PHILLIPS ACADEMY
3 1867 00072 9298

Library

of

Phillips Academy

Accession No.
15203

Shelf No.
Lat
871
Ov4mm
v.1

Ovidius Naso, Publius. Metamorphoses. 1914.

P. OVIDI NASONIS METAMORPHOSEON LIBRI XV

LACTANTI PLACIDI QVI DICITVR
NARRATIONES FABVLARVM OVIDIANARVM

RECENSVIT APPARATV CRITICO INSTRVXIT

HVGO MAGNVS

ACCEDVNT INDEX NOMINVM ET TRES TABVLAE PHOTOGRAPHICAE

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCCXIV

L

Ed
871
Ov4mm
v.1

L 15203

PRAEFATIO

P. Ovidius Naso Metamorphoses suas, adhuc crescens et rude carmen, priusquam ex urbe relegaretur, nondum se edidisse ipse testatur[1]*). eundem in exsilio rem retractasse et quaedam mutasse idque eo consilio, ut gratum faceret Caesari Augusto et poena liberaretur, non sine aliqua veri similitudine nuper contendit Maximilianus Pohlenz*[2]*). quod si verum est, colligere licet nostros libros, ut qui habeant hos duo locos sane memorabiles III 141/42 et XV 822 sq, redire ad illud exemplum, quod, ut principi legendum traderetur, Romam poeta videtur misisse (cf trist II 557 sq). atque quaerendum est, utrum variae quaedam lectiones aut ad singulas voces eligendas*[3]*) aut ad totos versus constituendos pertinentes ex*

---

1) *Cf trist I 7, 37* haec non sunt edita ab ipso, *III 14, 21 sq* illud opus potuit . . . certius a summa nomen habere manu: nunc incorrectum populi pervenit in ora.

2) *Cf MPohlenz Hermes XLVIII 1 sq . certe mirum est, poetam de Actaeone (met III 141 sq) dicere haec:* at bene si quaeras, Fortunae crimen in illo, non scelus invenies: quod enim scelus error habebat? *de se ipso (trist IV 10, 89 sq)* scite, precor, causam . . . errorem iussae, non scelus, esse fugae *vel* inscia quod crimen viderunt lumina, plector, . . . sed partem nostri criminis error habet *(trist III 5, 49 sq). quid quod exsul se comparat ipse cum Actaeone:* cur inprudenti cognita culpa mihi? inscius Actaeon vidit sine veste Dianam: praeda fuit canibus non minus ille suis *(trist II 104 sq). ac ne illud quidem neglegendum esse monuit Pohlenz, quod poeta ea, quae de laude Augusti dixerat (met XV 446 sq), aucta et ornatiora repetivit Tiberiique addidit mentionem blandam (ib 822 sq, 835 sq) et quod in carmine illo, quo ad misericordiam principis confugit (trist II), cum oraret, ut is Metamorphoses legere dignaretur,* adspicies, *ait,* quantum dederis mihi pectoris ipse, quoque favore animi teque tuosque canam *(561 sq).*

3) *Primum, ni fallor, hoc placuit Baumgarten-Crusio, qui in praef editionis anni 1834 p IV* certissime, *ait,* persuasum habeo, fontem multiplicis lectionis ipsi Ovidianae aetati deberi, poetam, ut affluebat ei venae ubertas, multos locos diversissime conscriptos et ultima manu elimandos reliquisse, tum amicorum, qui maximae partis venustatem admirati omnia servata vellent, iudicio in alia exempla alias lectiones receptas, denique per insequentes aetates doctis pariter imperitisque hominibus opportunam emendandi, mutandi et quovis modo grassandi materiam propositam fuisse. *similia protulerunt ARiese in praef ed² p VIII et RHelm Festschrift f Vahlen p 365.*

apographis ante relegationem poetae descriptis (e quibus unum, id scilicet, quod ipse lectitabat, urbe discedentem sua manu maestum in igne se posuisse dicit) illatae, an aut libidini aut neglegentiae posterorum tribuendae sint. ac de illis quidem quamquam aliquot locis utramque lectionem ad poetae manum non redire certis argumentis probari non potest, tamen multo pluribus potest. quare in eam sententiam inclino, ut uno quoque loco e duplicibus lectionibus alterutram poetae abiudicem et tribuam socordiae illi et libidini, quae vitia propria fuisse constat antiquitatis, exeuntis inprimis, in arte critica exercenda[1]*). de totis vero versibus vel singulis vel iunctis copulatisque in quibusdam libris dupliciter constitutis olim demonstravi (cf Hermes XXXX 1905, 191 sq et quae adnotavi ad met I 544 VI 280 VIII 285 VIII 595 sq VIII 651 sq VIII 693 sq XI 57 XII 192) hic quoque alteram ex binis recensionibus non poetae esse, sed certo apertoque consilio interpolatam, neque habeo quod mutem sententiam*[2]*). nec credibile est, Nasonem*

---

1) *Cic ad Qu fr III 5/6, 6*: de latinis (libris) quo me vertam nescio; ita mendose et scribuntur et veneunt *et Dziatzko Pauly-Wiss III (cf 965 sq 976 sq) 969:* Zahlreich liefen Exemplare der ersten privaten Verbreitung und des Buchhandels nebeneinander her, erstere natürlich durch die letzteren entwertet . . . Manches, was jetzt als Rest sog. doppelter Recension erscheint, ist vielleicht in dieser Weise zu erklären. *cf ThBirt Abriss d antik Buchw (Handb d Kl Altertw I 3³ 1913) p 14:*

Dagegen ist es unglaublich, daß Textvarianten oder Doppellesungen, die uns heute vorliegen, bis auf das Brouillon des Autors selbst zurückgehen könnten. . . Auch für Ovids Metamorphosen läßt sich solche Vermutung nicht genügend begründen, *cf ib p 325. cf etiam quae dixi Hermes XXXX 193 sq et dixerunt KFuhr BPhW 1908 Sp 201, FBick Lit Centralbl 1908 Sp 440). veteres autem in suis Metamorphoseon libris nonnumquam eosdem, quos nostri habent, errores legisse, hoc exemplo demonstratur: VII 390* natam ***A***, filiam *Lact narr 670, 8,* natum *Ovidius.*

2) *Sed tamen falsum est, quod dixi et ibi (p 194) et ante (NJhbb 1893, 601), unum tantum exemplar carminis in medium aevum venisse (cf p IX). atque etiam erravi fortasse, quod dixi (Hermes XXXX 201) Daphnen, Penei filiam et in Thessalia mutatam, Graecis omnino non esse notam. attulit enim ACastiglioni (Studi p 118) hoc ad Nicandri Alexiph 198 scholion: ἢ ἀπὸ δάφνης] Θεσσαλικῆς διότι πρῶτον ἐκεῖ εὑρέθη τὸ φυτόν. κατέστεφε δὲ χαίτην Δελφίδα εἶπε διὰ τὸ τὴν κόρην διωκομένην ὑπ' Ἀπόλλωνος εἰς τοῦτο τὸ φυτὸν μεταβληθῆναι, ἐξ οὗ ἔχει καὶ τὸ ὄνομα. Δάφνη γὰρ ἡ κόρη ἐλέγετο. neque tamen res certa est, cf quae dixi BPhW 1907 Sp 946. denique quod scripsi olim (Hermes XXXX 211) invocationem Terrae (I 546/547ª) interpolatam esse post aetatem Lactanti qui dicitur Placidi, ut qui eam non novisset (cf p 635, 16 sq editionis huius), hoc absolute non teneo. potuit enim fieri, ut illa invocatio ante Lactantium inventa ex apographis quibusdam vulgatae formae ab illo non correctis flueret in libros classis* ***X*** *et inde a manibus recentioribus in margine Marciani et Neapolitani adscriberetur.*

carmen suum retractantem eo proposito, ut quam maximam gratiam apud principem iniret, addidisse quae et ab illo et a ratione totius carminis essent aliena[1]*. ac ne hoc quidem credibile est, illud exemplar ex Ponto missum bibliopolae cuidam urbano traditum et poeta vivo iustam editionem factam esse*[2]*. nam quem bibliopolam hoc ingratum munus suscepisse putas? in bibliothecis publicis nullus certe locus erat carmini*[3]*. immo illud ad mortem poetae rarius, postea saepius descriptum et lectum satis diu privatis apographis propagatum est*[4]*, in quae quin paullatim inreperent errores eorumque correcturae, variae lectiones, interpolationes, glossae fieri non potuit. eiusmodi igitur exempla legerunt sine dubio postea inde a Seneca et Lucano ad èxitum aevi antiqui plerique scriptores Romani ut non christiani, in quibus tamen non inveniri Nonium Marcellum Donatum Macrobium Martianum Capellam memorabile est*[5]*, ita christiani, in quibus Augustinum non esse mentione dignum videtur*[6]*. nam quae dixit OKorn*

---

1) *Cf praeter ea quae dixi l c p 207 sq 218 sq 221 sq 231 sq 238 sq nunc MPohlenz l c p 13*: Selbst wenn man annehmen wollte, daß in die vom Dichter selber besorgte Ausgabe *[?]* nachträglich Varianten aus den früher in Umlauf gesetzten Exemplaren hineingekommen wären, so bleibt es doch ganz unwahrscheinlich, daß Ovid bei den Änderungen der letzten Ausgabe der Daphnesage eine neue Fassung gegeben haben sollte.

2) *Fieri potuisse, ut poeta per amicum aliquem exemplum illud, ut ipsius sumptibus* ('im Selbstverlag') *prodiret, mercennario bibliopolae traderet (cf CDziatzko sub* 'Buchhandel' *Pauly-Wiss III 980, Birt Abr d ant Buchw p 320), hoc ut non praefracte negandum, ita parum credibile est.*

3) *Cf trist III 1, 65 sq, ubi tertius Tristium liber ad templum Apollinis Palatini ductus sic queritur:* quaerebam fratres exceptis scilicet illis, quos suus optaret non genuisse pater: quaerentem frustra custos e sedibus illis praepositus sancto iussit abire loco, *ex P I 1, 5* publica non audent *(libelli)* intra monimenta venire.

4) *Nam siquis forte bibliopola, id quod nescimus, post mortem poetae ausus est editionem parare, non tamen ea, quippe quae non niteretur codicillis auctoris aut certe bonis et auctoritate quadam insignibus exemplis, adeo videtur percrebruisse, ut exempla privata non dico tollerentur, sed postponerentur (cf Birt Abr p 325).*

5) *Cf praeter testimonia nostrae editionis REhwald Ad historiam carminum Ovidianorum recensionemque symbolae I II Progr Gotha 1889 1892 et quae congessit Schanz Gesch d röm Litt II³ 1, 351. legerunt igitur, ut nomina quaedam insignia proponam, Metamorphoses Seneca, Lucanus, Valerius Flaccus, Homerus Latinus, Statius, Martialis, Calpurnius, Ausonius, Ammianus, Maximianus, auctor historiae Apollonii.*

6) *Cf praeter testimonia nostra CPascal Letteratura Latina medievale (Catania 1909) p 167*[1]*. MManitius Beiträge zur Geschichte des Ovidius und anderer röm Schriftsteller im Mittelalter Phil Suppl VII 1899, 723/767 (et quae add Lit CBl 1900 Sp 1129/30 CWeyman) ac multis locis eiusdem liber locupletissimus*

in praef ed crit p VII, ante Prisciani tempora a docto quodam homine factam esse novam recensionem Metamorphoseon, hoc quo iure dixerit non video. immo omnibus locis a Prisciano allatis, in quibus inveniuntur lectiones a librorum Ovidianorum consensu (**A**) *recedentes, cum aliae rationes discrepantias interpretandi praesto sunt tum communis grammaticorum in laudandis auctoribus neglegentia et indiligentia. exeunte tandem aevo antiquo fuisse hominem non plane indoctum, qui carmen male habitum et deformatum emendaret, interpretaretur, commentariis adornaret*[1]*), colligere licet ex reliquiis, quae hic illic deprehenduntur in Lactanti Placidi qui dicitur narrationibus huic editioni adiectis, apud mythographos, qui hinc pendent, Vaticanos, apud Probum (ad georg I 399, cf test nostra ad XI 736), Servium, Vibium Sequestrem*[2]*). hac igitur aetate recensio nova facta esse videtur, cuius aut unum aut pauca (cf p XII) exempla (classem* **O** *dico) coniuncta cum illis, quas modo dixi, fabularum narrationibus, in medium aevum venerunt. Item servata sunt exempla aliquot atque, ut videtur, multo plura librorum a correctore non emendatorum ideoque neglegentius habitorum, exempla dico classis vulgatae* (**X**).

Optime autem accidit, quod homines, qui tum erant, ea quae acceperant multo magis pie religioseque colebant et servabant quam ipsi veteres. nam eorum opera singulari et gratissima factum est, ut medii aevi ne primis quidem et obscurissimis temporibus non modo non exstingueretur, sed ne inminueretur quidem aut neglegeretur memoria Metamorphoseon[3]*). quare quam non fieri potuit,*

Geschichte der Lat Literatur des Mittelalters I Von Justinian bis zur Mitte des X Jahrh München 1911, STafel Die Überlieferungsgesch von Ovids Carmina amatoria. Verfolgt bis zum 11 Jahrh Münch Diss 1910 p 62 sq, GPrzychocki Accessus Ovidiani (Krakau 1911) p 1 sq, KBartsch Albrecht v Halberstadt und Ovid im Mittelalter (Leipzig 1861) Einleitung p XI sq XLIII sq, ceterum Schanz Gesch d röm Lit II³ 1, 352.

1) *Cf Ehwald Progr Goth 1889, 1.*

2) *Cf testimonia nostra ad XI 751 et passim. ceterum de his testimoniis hoc monere velim, me non id egisse, ut enumerarem quam plenissime imitationes et similitudines Ovidianas; quae opera fuisset et inmensa et inutilis. satis igitur habui attulisse (quaedam me fugisse scio) primum eos locos, qui poetae nomine addito laudarentur, tum totos versus aut ad verbum aut parva mutatione descriptos, deinde eas imitationes, quae essent et certissimae et memorabiles ob id ipsum, quod lectas esse tempore aliquo Metamorphoses eis probatur. quos huius carminis locos post saec XII laudatos videbam, eos (nisi quod Vincentium Bellovacensem accedere iussi) fere omisi.*

3) *Cf et eos quos supra laudavi testes et praeter ceteros librum opti-*

ut, id quod olim putabant, omnes nostri libri ad unum medii aevi archetypum redirent! ac legerunt, ut ex multis paucos praecipue commemorem, Metamorphoses saeculo sexto Isidorus, septimo Aldhelmus Malmesburiensis (cf testimonia nostra ad XIV 55 sq), octavo vel nono auctor vitae Leudegarii Martyris (quem post annum 684 scripsisse testatur Traube III 1), Theodulfus Aurelianensis (Manitius I 540), Micon[1]*), Wandalbertus (Manitius I 558), Heiricus (cf testim nostra ad III 704 X 84 XII 54), decimo Notker (cf testim ad IX 187) et auctor carminis illius, quod inscribitur Ecbasis Captivi*[2]*). saeculo autem undecimo non est quod enumerem eos, qui Metamorphoses legerint, aut bibliothecas, in quibus exempla fuisse veteres catalogi confirmant*[3]*). easdem, cum essent in iis libris, qui in scholis legerentur*[4]*), medio quoque aevo commentariis instructas esse non mirum videtur. horum antiquissimus, ut qui sit scriptus saec XI, est is, de quo disputavit Meiser*[5]*). sed auctor eius Ovidium temporibus Domitiani floruisse et christianum fuisse fingit! neque quicquam in notis istis est, quod veterem doctrinam sapiat, nihil quod commune sit cum Lactanti Placidi narrationibus, nihil denique, quod sit alicuius pretii. illud tamen memorabile videtur, scholiastam ad IX 294, ubi lemma est* lucinam nexusque pares, *haec notare:* vel aliter secundum quod quidam libri habent ‚nexasque deas'. *nam si ille non unum sed ‚quosdam libros' in scribendo ante oculos habuit, fieri potuit, ut iam saeculo XI exempla*

mum et doctrinae plenum 'Poetae aevi Carolini ed Duemmler Berlin 1884' et inprimis tomum III, quem LTraube annis 1886/96 edidit. cf etiam STafel l c p 72 'Die Kenntnis Ovids bricht offenbar niemals ganz ab' *et quae dixit Sedlmayer Beiträge z Gesch der Ovidstudien im Mittelalter (Wiener Studien VI 1884) p 148:* 'Die Metamorphosen hießen im Mittelalter Ovidius magnus oder Ovidius maior'.

1) *Cf HKeil Ind schol Hal aest 1872, Manitius I 472.*

2) *Cf EVoigt, Ecbasis Captivi, Straßburg 1875 p 28 et test ad I 11 X 559.*

3) *Cf Przychocki Accessus Ovidiani p 6 et Tafel l c p 59 sq.*

4) *Multa, quae huc pertinent, congessit Przychocki l c p 9. hoc idem valere de carminibus Pseudoovidianis, ut quae poetae nomen prae se ferentia perinde ac genuina in scholis sint lectitata, demonstravit idem p 34 sq, cf CPascal Letterat Lat Mediev p 81 sq et Tafel l c p 57 sq.*

5) *Sitzungsber d Münch Ak 1885, 47 sq. similitudinem quandam huius commentarii habent 'scholia Amploniana', quae sunt adscripta in margine Erfurtani codicis Amploniani prioris* **(e)**, *cf RGrau, De Ov. Met. cod. Ampl priore Diss. Hal. 1892, 73. idem exscribenda curavit (p 81 sq) scholia potiora ad libros II et VII pertinentia. de alio commentario, qui est saeculi XIV dixit Hauréau Sur un commentaire des Métamorphoses d'Ovide, Mémoires de l'Institut National de France, Académie des Inscr et Belles lettres XXXI 2 (1883) 45 sq. plura collegit Przychocki l c 38*[16].

non ex uno sed conpluribus libris describerentur, id est contaminarentur[1]*). ceterum Metamorphoses inde a saec XII magis magisque placuisse et admirationem habuisse ex eo efficitur, quod bis in alios sermones translatae sunt. ac primum quidem vertit eas circa annum 1210 Germanice Albrecht de Halberstadt. sed is adeo non verbum e verbo expressit, ut neque quicquam ad Ovidi verba emendanda inde proficiatur nec quali usus sit codice statui possit*[2]*). iam vero in sermonem Graecum vertit carmen ante annum 1295, ut videtur (cf Müller p 97 sq), Maximus Planudes monachus Byzantinus*[3]*). qui cum tam religiose verbum pro verbo in vertendo reddidisset, ut quid latine legerit fere omnibus locis dignosci possit, exstitit vir doctus*[4]*), qui demonstrare conaretur, illum codice usum esse optimo dignoque qui esset dux et interpres classis X. cui opinioni cum obstitissem*[5]*), adiuvit me gravissimisque argumentis allatis rem absolvit (l c p 260 sq) ACastiglioni. nusquam enim Planudes meliora legit quam quae nobis praesto sunt. quid quod certis de causis ad eam sententiam inclino, ut censeam (cf l c Sp 1102 sq) illum Metamorphoses vertentem conplures libros inspexisse et quidquid praeplaceret hinc illinc sumere non dubitasse. eundem non nego et de suo quaedam nomina propria (Graeca scilicet) in codicibus graviter corrupta bene correxisse et locis inpeditioribus nonnumquam genuinam lectionem (eam quidem aliunde notam) elegisse. quare quamquam auctoritatem huius versionis non agnosco, tamen verba eius, ubi e re videbatur, exscripsi.*

1) *Obiter moneo, iam huic commentario antecedere praefationis loco ex illo more, qui postea medio aevo percrebruit, normam quandam additam ad scriptorem secundum scholae regulam interpretandum, quae tum* Accessus *nomine ferebatur. quaerere enim solebant tum interpretes, quae esset libri* materia, intentio, utilitas et cui parti philosophiae supponeretur. *docte de hoc more disputavit GPrzychocki in libello anno 1911 edito, qui inscribitur Accessus Ovidiani. cf Ehwald Progr Goth 1892, 1.*

2) *KBartsch Albrecht von Halberstadt und Ovid im Mittelalter Quedlinburg und Leipzig 1861. cf inprimis praef p CLXIII sq (nec tamen omnia quae is de codice Albrechti Ovidiano statuisse sibi videtur, certa sunt). ORunge, Die Metamorphosenverdeutschung Albrechts von Halberstadt, Palaestra (Untersuchungen und Texte) 73, Berlin, 1908.*

3) *Versionem Planudeam edidit (Paris 1822) ex duobus codicibus Parisinis JFBoissonade. sed eius editionis, ut malis codicibus nitentis, fidem suspectam et parum firmam esse demonstravit nuper collatis tribus codicibus Ambrosianis probabiliter in libello, qui inscribitur 'Analecta Planudea' (Studi italiani di filologia class XVIII 1910, 189|283) Aloysius Castiglioni. cf quae dixi BPhW 1911 Sp 208.*

4) *Henricus W. H. Müller, De Metamorphoseon Ovidii codice Planudeo. Diss Gryph 1906.*

5) *BPhW 1906 Sp 1099 sq.*

Sed redeo ad libros nostros. atque olim[1]*) congessi errores permultos aut omnium codicum nostrorum aut paene omnium communes id agens, ut probarem eos derivandos esse ex uno eodemque archetypo, quem tribui dubitanter aetati Carolingicae, saeculo nono vel decimo*[2]*). in qua re minoris est momenti, quod in illis, quos dicebam, erroribus sunt multae, ut nunc ex editione nostra vides, lectiones verae genuinaeque. gravius est aliud. nullis aevi antiqui exeuntis temporibus notitia Metamorphoseon adeo evanuisse potest, ut credibile sit eam uno exemplo propagatam esse. idem (cf p VI sq et testimonia nostra) cadit in ea tempora, quibus transitus fiebat ex antiquo aevo in medium, idem in aetatem Carolingicam, idem in ea quae subsequebantur tempora. nullus hic locus archetypo, si archetypum dicis unum quendam codicem, ex quo ceteri omnes fluxerint — nisi forte eo nomine vocas codicillos poetae autographos vel illos, quos 'ipse sua posuit maestus in igne manu' vel illos, quos postea, ut gratum faceret Caesari Augusto, in Ponto aliquot locis mutavit. immo errores illi communes codicum nostrorum, quatenus errores sunt, reperiebantur et in eis libris, quos legebant veteres, et in illis, qui veniebant ex antiquo aevo in mediun, nec tamen in omnibus omnes, sed paullatim hinc illinc illati, 'mensuraque ficti', ut est de Fama, 'crescit et auditis aliquid novus adicit auctor'! hos igitur libros aetati Carolingicae, pignoris depositi fidae illi sanctaeque custodi*[3]*), traditos cum suis erroribus, non scribae alicuius insipientis sed saeculorum culpa commissis, verius dicas archetypum codicum nostrorum, verius signes siglo A*[4]*). etenim si duo libri C et D ex eodem exemplari B descripti eosdem errores habeant, num recte concludes eos omnes fuisse in A, ex quo B fluxerit? mirum quantum nocuit arti criticae recentiorum vanum istud et saepe male intellectum nomen archetypi: nam illa, ut Narcissus iste, corpus putat esse, quod unda est! nec dubito, quin veteres ipsi habuerint in suis*

1) *Cf NJhbb 1893, 602 sq.*

2) *Octavum praefert Müller l c p 82*[260]*.*

3) *Cf ENorden Einl in d Altertumsw I' 556:* Das Mittelalter war ein besserer Verwalter der alten Literatur als es die letzten Jahrhunderte des Altertums selbst gewesen waren. Es rettete, was noch zu retten war.

4) *Cf quae dixit de archetypo, quem vocabant, carminum amatoriorum STafel l c p 32*: Freilich muß ja in letzter Instanz ein solcher Stammvater aller unserer Hss existiert haben, aber es ist durchaus nicht notwendig, daß alle Arme der Überlieferung, die heute für uns durch die einzelnen Hss repräsentiert sind, sich gerade von einer Urhandschrift abgezweigt haben, sondern dies kann allmählich im Laufe der Überlieferung geschehen sein.

libris varias quasdam lectiones, quae in nostros transierint velut I 70 et massa latuere sub illa *et* fuerant caligine caeca *vel V 541 et* silvis peperisse sub atris *et* furvis p. sub antris *vel XIV 8 et* vectus *et* lapsus *vel XV 92 et* terra parit *et* terra creat *alia. eius modi locis quid ipse poeta scripserit, nos, ut sumus subsidiis et rationibus artis criticae multo melius instructi quam illi, qui olim satis habebant fabulis lepidissimis legendis animos oblectare, saepe pro certo statuere possumus, rarius non possumus; ceterum cf quae dixi supra p III sq. neque quod certis quibusdam indiciis ad eam sententiam ducimur, ut putemus lacunas aliquotiens in A esse, inde colligendum est, illas cunctas et iunctas ad unum archetypum referendas esse. si quid (exempli gratia hoc dico) et post IX 651 et post IX 777 desideratur, quis cogit nos putare id utroque loco antea omissum esse in uno eodemque exemplari? quid? fieri nonne potuit, ut duo illi errores ex duobus exemplis distantibus inter se duobus vel pluribus saeculis in multa apographa ex iisque in altera multa propagarentur? eadem ratione similes loci iudicandi videntur velut III 641 V 370 VII 186 VII 509. idem valet de versibus transponendis ut VI 203 et VI 495 sq.*

Iam describam codices a me adhibitos. initium autem faciam a fragmento plane egregio, quod a ceteris libris seiunctum sua via haud scio an paene ad aetatem Ovidianam redeat.

α *Antiquissimum fragmentum Bernense. exstat in foliis 187r/188v codicis Bernensis 363. continet hos versus: I 1/199 304/309 773/779 II 1/22 III 1/56. exaratum est scriptura insulari satis neglegenti post medium fere saeculum nonum*[1]*). praesto mihi fuerunt praeter imaginem photographicam*[2]*) collationes, quas fecerunt HHagen (cf Riese*[2] *p VIII), quam postea supplevit in litteris ad me datis (cf quae dixi NJhbb 1891, 690 sq), et REllis (Anecdota Oxoniensia I 5 1885). hoc fragmentum, ut est longe antiquissimum, ita solum praebere aliquotiens lectiones veras l c*

---

1) Il codex Bernensis 363 fu certamente trascritto tra l' 856 e l' 868: probabilmente dopo l' 860 *ABernardini Appunti cronologici intorno al codex Bernensis 363 (Sinigaglia 1911) p 18. cf praeterea de toto hoc codice maxime memorabili: HHagen Catal cod Bern 1875 p 346 sq, Riese ed² Metam p VIII, AReuter Hermes XXIV 1889, 161 sq, quae dixi ipse NJhbb 1891, 689 sq, LTraube O Roma nobilis (München 1891) p 56 et passim, ABernardini Il Fragmentum Bernense. Studi italiani di Filol class (Firenze 1909) XVII 203 sq.*

2) *Cf Codices Graeci et Latini photographice depicti duce SG de Vries. Tomus II. Codex Bernensis 363. expressa sunt fragmenta Metamorphoseon p 373/376.*

demonstravi[1]*). sed pauca addenda sunt de loco quodam (I 304 sq), quem non inmerito magni momenti esse putant viri doctissimi* AGercke[2]*) et* REhwald[3]*). nam ibi praebent omnes libri recentiores cum Planude et edd veteribus (desideratur autem pars antiquior libri Marciani 223 = F) hanc, quam confirmat Sen NQu III 27, 3, lectionem iure ab editoribus receptam:*

nat lupus inter oves, fulvos vehit unda leones,
unda vehit tigres, nec vires fulminis apro,
crura nec ablato prosunt velocia cervo

at omnes boni codices antiquioris notae, nec solum M + N = O, sed etiam alterius classis (X) antiquissimi codices mutilati ε τ falso ab oves *ad* tigres *transeuntes omissis duobus hemistichiis, quae sunt* fulvos vehit unda leones *et* unda vehit tigres *habent haec:*

nat lupus inter oves nec vires fulminis apro
crura nec ablato prosunt velocia cervo

sunt autem in O τ (non item in ε) duo illa omissa hemistichia aut suprascripta aut adscripta atque ea in O a manibus sine dubio recentioribus. α solum versu pleno ex eis male conglutinato et male postposito haec habet:

nat iupus *(sic)* inter oves nec vires fulminis apro
unda vehit tigris fulvos trahit *(sic)* unda leonis
crura nec ablato prosunt velocia cervo

varie haec explicari posse olim (cf NJhbb 1891, 704 et BPhW 1896 Sp 1167 sq) demonstravi, nunc haec via rei expediendae, qua cum Gerckio et Ehwaldo una me iturum esse spero, facillima et apertissima videtur. si verum est, quod supra (p VII et IX) dixi, neque antiquo aevo exeunte Metamorphoses lectitari desitas esse et satis multa exempla earum medium in aevum venisse aut correcta ab homine aliquo non indocto (cf p VI et ed nostrae p 638, 17; 639, 8; 720, 15), aut classis vulgatae, in illis (O) duo ista hemistichia omissa esse liquet, in

---

1) *Frustra oblocutus est* ABernardini. *ac de I 56 fulgora α* (frigora *A*) *cf BPhW 1911 Sp 206 sq. de I 82 hoc addo,* pluvialibus *in α pro* fluvialibus *in A (idem error III 594) confirmari hac Lactanti Placidi (p 632, 8) metaphrasi:* Prometheus Iapeti filius terram imbre mollivit et ex hac hominem ad dei similitudinem et imaginem finxit. *neque illud neglegendum est, quod cum in Lactanti narrationibus praeposita sit singulis Metamorphoseon libris series titulorum, series etsi non eadem sed tamen similis in α praecedit libros II et III. colligo inde eam seriem non factam esse a scriba fragmenti α, sed exstitisse in eo, quo ille usus est, exemplari.*

2) *Senecastudien (NJhbb Suppl XXII 1895) p 53 sq.*

3) *Krit Beitr zu Ov Epp ex Ponto (Gotha 1896) p 10.*

his (X) quid fuerit, minus liquet. nam ut non habent ea ε τ[1], *sic habent recentiores (m n* τ[2] *f* ς* ς *Plan ω). ergo omissa sunt in aliquot libris classis X, non tamen in omnibus. vides, unde in illis (excepto ε) postea adscripta sint. antiquo igitur aevo ea, quae in manibus hominum erant exempla, partim habebant illa, partim non habebant. sic origo erroris inde repetenda videtur, quod in aliquo nobili exemplo[1]), ex quo multa apographa postea venerunt, hemistichia primo omissa, post suppleta sunt. qui exemplar illud descripserunt librarii veteres haec suppleta aut (neque enim sensus flagitabat) omiserunt aut in textum inseruerunt, atque alii (velut librarius eius exempli, quod Seneca legit) iusto, alii (velut is, qui illud exemplum, ad quod α redit, exaravit) falso loco.*

Bernensi aetate proximum est alterum fragmentum, quod utrum classi **O** *an (id quod malim) X attribuendum sit parum constat.*

λ *Fragmentum Lipsiense Rep I nr 74. est membranaceum, saeculo X scriptum. insunt met III 131/252 in foliis 28ᵛ/31 . sequitur autem post am III 5 hic titulus:* Idem eiusdem ex libro metamorphoseon acteon in ceruum. *ac dixerunt de hoc insigni codice in Berichte d kgl sächs Ges d Wiss II 1850, 1 sq (Opusc I 286 sq) MHaupt, in Überlieferungsgesch von Ov Carmina amatoria (Diss Monac 1910) p 8 STafel et nuper in editione Aldhelmi (Mon Germ auct antiquiss XV 1) I 48 REhwald. contulit post Clementem Hellmuth (Sitzungsb d kgl Bayer Ak d Wiss 1883 II 222 sq) FVollmer collationemque suam benigne mihi permisit. totum codicem redire ad antiquissimam aetatem Carolingicam et artissime cohaerere cum Paulo Diacono, Theodulfo, Alcuino eorumque studiis docuit me olim per litteras LTraube. sane multa habet λ notatione digna. ad exemplar maiusculis litteris scriptum pertinere videtur III 219* aflio *pro* aello (A E L L O). *vocabula saepissime falso divisa sunt ut 195* cacumina taures, *208* gentem elampus, *233* oros itraphos, *236* Ceteratur bacoit *alia. formas Graecas in-*os *exeuntes nonnumquam solum servavit λ ut 210* pamphagos — oriuasos, *211* Nebrophonosque, *220* thoos. *idem veram lectionem non semel solum vel paene solum videtur servasse, cf 205* timor hoc pudor, *206* primique, *de aliis (ut 149* Fortunaeque, *152* idem meta) *adhuc dubito.*

O *Classis* **O**[2]) *perpauca exempla aetas Carolingica accepisse et*

---

1) *Quidni in illo, quod poeta ex Ponto ad principem misisse videtur? licet enim hariolari in re incerta.*

2) *Siglo* **O** *complector hic, ut brevitati serviam,* **M N** β ϰ π, *cum in adnotatione*

posteris tradidisse videtur. certe post saec XII nullum iam reperitur eius vestigium.

Codex Marcianus Florentinus 225. is fuit olim in biblio- **M** *theca Dominicanorum S. Marci, nunc servatur in bibliotheca Laurentiana. est membranaceus, saeculo XI scriptus, 176—178 mm latus, 312 mm altus. constat ex quindecim quaternionibus, ex quibus ultimus est septem foliorum, cum octavum sit abscisum. sunt igitur 119 folia. habet in singulis foliis prioribus lineas 41—43, in posterioribus (a folio 17 ad finem) 53. in folio membranaceo singillatim ante primum quaternionem inserto a manu saeculi XV scripta sunt haec:* Iste liber ē cōuētuſ S. Marci de flō ordīs p̄dic' Quē hūit de hereditate Nicolai de Nicolis florētini uiri doctissimi. *inter textum carminis scriptae sunt ab eadem manu prima Lactanti Placidi qui dicitur narrationes fabularum Ovidianarum. in fine folii*^{r} *119 est XIV 830* Irim adhersilem descendere limite curuo, *fol 119*^{v} *est vacuum. desunt igitur XIV 831/851 et liber XV cum suis narrationibus fabularum totus. correctus est codex a diversis manibus. hi correctores aut rem suo arbitrio egerunt aut lectiones inculcaverunt classis* ***X****. quas correcturas* (***m***) *quamquam expressi, tamen, ut quae nullius pretii viderentur, non distinxi, cum praesertim vix id fieri posset, nisi quod recentissimas nominavi m 3. quantum ad rem orthographicam,* **M** *mira inconstantia et licentia bonas atque barbaras scripturas miscuit. nam ut multa vetusta servavit (cf quae congessit Merkel*[1] *p 7 sq), sic multa corrupit velut haec:* cœpi *pro* cepi, asta *pro* hasta, inhertes *pro* inertes, phedus *pro* foedus, menbra, exalare, ammonitu, supprema *alia. vocativo haud raro praeponitur* o. — *notus fuit liber NHeinsio. qui quamquam eum laudat ut* 'omnium optimum' *(cf ad met X 596 XIV 476 passim), tamen nescio quo pacto in textu recensendo turbam deteriorum plerumque sequi maluit. qui post Heinsium Metamorphoses ediderunt, plane neglexerunt Marcianum. multo post RMerkel usus est collatione ab Henrico Keil confecta, cum curavit primam editionem Teubnerianam anni 1861. eandem adhibuit ARiese, cum primum edidit carmen apud Tauchnitzium anno 1872. altera collatione, quam fecit GMeyncke, non bene usus est OKorn in editione Weidmanniana anni 1880. atque ego adiutus et Keilii et Meynckii autographis excussi bis Marcianum, primum anno 1900 Florentiae, iterum*

---

critica sic signaverim exemplar illud in fine mancum ex quo fluxerunt **M** *et* **N**. *ceterum si quis suspicetur illud solum in medium aevum venisse, non habeam, quo haec coniectura refellatur:* $\beta\varkappa\pi$ *certe non obstant.*

anno 1912 liberalitate praefectorum Laurentianae huc transmissum in bibliotheca regia Berolinensi[1]*).*

N *Codex Neapolitanus IV F 3. hunc librum optimum, Marciano cognatum et paene parem, ab NHeinsio raro laudatum primus contulit et collationem publici iuris fecit in praefatione editionis alterius Tauchnitzianae anni 1889 ARiese. postea ipse eum excussi anno 1901 Neapoli. ac repetere hoc loco libet quibusdam inmutatis quae dixit de eo l c p XXX ARiese:* 'Codex est saeculi undecimi litteris longobardicis *[immo Beneventanis, cf LTraube D Lit Z 1902 Sp 3158]* diligenter *[si spectas sc formas litterarum, erravit tamen saepe in exarando scriba multosque versus omisit]* et distincte scriptus et a folio 3^{v}—181^{v} picturis permultis ad Ovidium haud *[adde* saepe, *pertinent enim aliquot ad Ovidium]* pertinentibus sed eiusdem saec XI pingendi rationem referentibus ornatus. foliis constat 201, paginae pleraeque sunt versuum tricenorum. folia 82^{v}—90^{v} (VII 4—488) et 103 (VIII 340—402) ab alia manu scripta sunt *[de priore loco dubito].* manus prima desinit fol 188^{v} versu XIV 838 [paret et in terram pictos delapsa per arcus]'. *quod* **M** *desinit octo versibus ante, versu 830, id olim (N Jhbb 1894, 197) recte ita explicasse mihi videor, ut dicerem, librum* **O** *versu 838 desiisse. huius codicis facta esse duo apographa, ex quibus fluxissent et* **M** *et* **N**. *ex quibus id, ad quod rediret* **M**, *aliquanto post descriptum esse quam illud, ex quo penderet* **N**. *spatio autem aliquo interiecto postremos octo versus, ut saepe est in fine librorum, aut perisse aut evanuisse. iam post fol* 188^{v} *sequitur folium singillatim insertum, in quo scripti sunt XIV 839/51 XV 1/47. proximum folium habet versus XV 48/122 exaratos ab eadem manu recenti, quae scripsit II 121/181. sequuntur XV 123/842 uno tenore ab alia manu scripti. in ultimo folio scripsit illa recens manus, cuius XV 48/122 sunt, versus XV 844 (843 excidit) ad finem carminis. conspectum bonarum lectionum expressi N Jhbb 1894, 644 sq.*

M *et* **N** *sunt sola integra, nisi quod omittunt librum XV, exempla familiae* **O**, *qua inprimis textus Metamorphoseon nititur*[2]*). ceterum* **M** *vera et genuina saepius servasse quam* **N** *(praesertim cum in hoc vetus lectio saepissime erasa sit) conceditur. accedunt fragmenta tria codicum mancorum, qui et propter narrationes fabula-*

---

1) *Magnum numerum bonarum lectionum, quas habet* **M** *solus aut paene solus, congessi NJhbb 1894, 760 sq.*

2) *Cf quae dixi NJhbb 1894, 191 sq. congessi ib p 198 lectiones bonas multas nec tamen omnes, quas servavit solus* **O**.

rum textui carminis insertas et propter naturam lectionum classi **O** *attribuendi sint.*

Fragmentum Londinense musei Britannici 11967. est β *membranaceum, oblongum. utrum sit saeculi X exeuntis an XI ineuntis nescio. exemplum scripturae habes apud Châtelain pl XCV. contulit post Carolum Dziatzko (cf Korn ed p VIII, ipsa collatio apud me est) Theodorus Gottlieb (Wiener St XII 1890, 137 sq) et contuli ipse, atque ille, ut denuo conferret partes servatas librorum IV V VI, ego librorum II et III. insunt autem II 833/875 III 1/510 IV 298/803 V 1/389 588/678 VI 1/412. descriptum esse* β *ex codice litteris minusculis insularibus exarato colligas ex huiuscemodi erroribus:* aſpe *pro* harpe, tenebrata *pro* terebrata, lucrantia *pro* luctantia. *in orthographia cum* **M** *congruit* β *mirum quantum. consonantes praepositionum in conpositis plerumque adsimilantur. saepissime mutata vides* i *et* y, e *et* ae, t *et* c. h *falso saepe aut omittitur* (exibuit) *aut ponitur* (cohercuit), s *post* x *plerumque excidit,* timpora michi menbra *ut in* **M** *sic etiam hic saepe falso scripta sunt. quas habeat* β *narrationes fabularum, vide p 628. valde dolendum est hunc codicem maxima ex parte perisse. nam ut fuit Marciani simillimus, ita ei et aetate et pretio aliquanto praestitit. atque quam arte* β *et* **M** *coniuncti sint, exposui N Jhbb 1893, 623 sq. sed cum* β *aliquot locis meliora suppeditet quam ipse* **M** *(IV 340* flexaque *IV 388* incesto *V 163* echemmon *V 199* silex *V 343* sumus *alia), nescio an illic p 626 paullo iniquius de eo iudicaverim.*

Fragmentum Parisinum 12246. est membranaceum, sae- π *culi X. insunt (de narrationibus fabularum cf p 628) I 81/193 II 67/160. contulit in journ of ph XV 30, 244 sq REllis.* π *congruit fere cum* **O**. *notandum tamen est, in eo solo exstare II 69 id quod verum est,* tethys. *vocabula nonnumquam falso divisa sunt ut I 149* cedema dentis, *I 155* pelio nossae, *II 122* suis acro.

Fragmentum Hauniense Ny kgl Saml 2^0. *56. contuli co-* ϰ *dicem huc transmissum in bibliotheca regia Berolinensi anno 1905.* ϰ *est membranaceum, saeculi, ut videtur, XII exeuntis, binis in unaquaque pagina columnis. singulae columnae habent fere 41 lineas. insunt IX 324/797 X 1/707. multa sunt evanida. post hoc fragmentum ne vestigium quidem ullum reliquum est familiae* **O**. *ac memoria dignum est inveniri in* ϰ *manifesta indicia contaminationis ex* **X** *in* **O** *inrepentis velut haec: IX 364* querunt ubi sit driope, *IX 489* Quam bene tu pot. nostro gener, *IX 503* precor ipsa thoroque, *IX 593* submersaque, *IX 707* facti. *at habet* ϰ *quasdam lectiones*

suas propriasque non malas, cf IX 422 Iasonia ceres *(proxime ad verum), X 402* traxit *(cf II 753 XI 709), X 536* Fine genus.

Venio nunc ad classem **X**. *hac dicebam contineri exempla carminis satis multa, quae curas editoris illius veteris non passa, vulgatam orationis formam exhibentia, neglegentius*[1]*) et plerumque a privatis hominibus scripta, ut erant, ab antiquo aevo exeunte aetati Carolingicae tradita sunt. ea, ut quae essent certa lege soluta, licentiae et neglegentiae plena, fuisse et deteriora et inter se ipsa multo magis diversa quam ea, quae sunt familiae* **O**, *facile intellegitur. cave tamen libros huius classis* **X** *plane spernas. nam quis neget, eum, quisquis fuit, qui carmen recensuerit, ediderit, commentariis instruxerit, errori obnoxium fuisse? en lectiones aliquot veras genuinasque, quas debemus soli* **X**: *IV 143* carissime, *IV 198* temperius, *IV 792* alternis, *V 151* impugnante, *V 314* cedemus, *V 558* remis, *VIII 85* fatali, *VIII 87 habet X, VIII 340/402 habet X, IX 348* seruato, *IX 668* mutata, *IX 718* par aetas par forma, *X 169* eurotan, *X 345* sperare, *X 493* it in, *XII 108* ualuit, *XII 470* femina, *XIII 374* capi faciendo, *XIII 464* gemenda, *XIII 607* uera, *XIII 700* aere, *XIII 726* expositum, *XIII 794* pomis, *XIII 849 habet X, XIV 215* moriri, *XIV 254* stetimusque in, *XIV 286* Claudor hara, *XIV 421* haec tamen, *XIV 557* naides, *XIV 641* putentur. *aliae, ut V 267* studiique locique, *quamquam minus certae, tamen venustae sunt, cf N Jhbb 1894, 192 sq.*

ε *Fragmentum musei Britannici, servatum in codice Harleiano 2610. contulit REllis*[2]*). insunt Metam I—III 622. scriptus est, ait vir doctissimus, codex exeunte fere saeculo X [immo XI ineunte, cf Ehwald l c p 181] in Germania; certe I 298 super* vineta *scriptum est eadem, ut videtur, manu* winstete *et I 303 super* agitataque robora 'getribenen bŏ̈ma'. *codex est, si orthographiam spectas, inter optimos (cf Ellis l c p V), idem, si spectas historiam textus, ut longe antiquissimus omnium librorum, qui ad classem X redeunt, magni pretii. valde igitur dolendum est partem multo maiorem eius perisse. et habet aliquot lectiones genuinas in* **O** *corruptas ut I 747* linigera, *II 128* uolentes, *II 284* oculis tantum tantum super, *II 436* quem, *II 476* aduersam.

---

1) Verwahrloste Leseexemplare *audiunt eius modi exempla apud ENorden Einl in d Altertumsw I 555.*

2) *Anecdota Oxoniensia. Classical Series. Vol I Part 5, p 1—15. cf REhwald Jhb f cl Altw XLIII (1885 II), 180 sq. ipse de ε disputavi BPhW 1885, Sp 1160 sq et NJhbb 1893, 629, sed, ut nunc concedo, paullo iniquius.*

de aliis (cf l c Sp 1163) etiamnum dubito, velut de II 633 semiuir *II 691* tenuit. *utut est, hoc constat habere* ε *multas gravissimasque interpolationes nec solum eas, quae totius classis* ***X*** *communes, sed etiam suae ipsius sint ac propriae velut I 312* inopes ieiunia uictus, *I 591* altorum nemorum sed demonstrauerat umbras, *III 55* leto data corpora, *III 397 sq* et a corpore sucus Corpore somnus abit, *III 584* duris colerentur rura iuuencis. *atque haec ipsa interpolandi mira libido antiqui, non medii aevi videtur esse.*

Duo folia codicis Vaticano-Urbinatis 342 ad Iuvenalis sa- ***v*** *tiras adsuta, saeculo XI a duabus manibus scripta. insunt met V 483—VI 45 VII 731—VIII 104. protulit eorum lectiones prudenterque de iis disputavit RhMus XLVI 291 sq CHosius. utrumque fragmentum classi* ***X*** *tribuendum esse (id quod N Jhbb 1893, 627 negare non debebam), apparet cum ex eo, quod Lactanti Placidi narrationes desiderantur, tum ex ipsis lectionibus, cf V 558* remis, *VII 731* calebat, *VII 756* manibus quod cernis, *VIII 85* fatali. ***v*** *quamquam suis interpolationibus non plane caret (ut V 566* nomen commune deorum*), tamen ille codex deperditus, cuius haec folia olim fuerunt, in optimis classis* ***X*** *videtur fuisse, ut qui habeat pro varia lectione solus ex vetustioribus VIII 103* impelli.

Codex Marcianus Florentinus 223, qui olim fuit in ***F*** *bibliotheca conventus S. Marci, nunc servatur in bibliotheca Laurentiana. qui codex nobilissimus cum accurate descriptus sit ab Āntonio Kunz*[1]*), SGOwen*[2]*), Theodoro Gottlieb*[3]*), gravissima tantum hic repetantur additis de meo paucis, quae e re videntur. constat igitur codicem esse e duabus diversissimis partibus conflatum. nam postquam antiquorum quaternionum conpage soluta folia satis multa perierunt, ea praeter duo suppleverunt duae manus recentes. praefixa autem sunt antiquiori codicis parti tria folia partis recentioris, quorum primum vacuum est, nisi quod habet hanc inscriptionem*: Liber Conuentus sc̄ti Marci de flā *(i e Florentia)* ord^{is} p̄dicatorum hītus *(i e habitus)* a frē Georgio Ant^{o} uespuccio filio natiuo 1499. *en ea quae insunt in ceteris foliis:*

fol 2 et 3: met I 1/445 (sed 442/445 adscripti i mg inferiore). manus recens 1

fol 4/9: met I 446/III 110. manus antiqua 1

---

1) *P. Ovidii Nasonis libellus De medicamine faciei Wien 1881 p 5 sq.*

2) *P. Ovidii Nasonis Tristium libri V (Oxford 1889) p XXI sq.*

3) *Wiener Studien 1890 p 141 sq. addidit nonnulla Progr Gotha 1892, 3 REhwald.*

fol 10/12:	*met III 111/IV 39.*	*manus recens 1*
fol 13:	*met IV 40/260,*	*manus antiqua 1*
fol 14 et 15:	*met IV 261/701.*	*manus recens 1*
fol 16/56:	*met IV 702 ad finem carminis.*	*manus antiqua 1*
fol 56v:	*Nux et libellus De medicamine faciei.*	*manus antiqua 2, eadem, quae libros Tristium scripsit*
fol 57 et 58:	*trist I 1, 1/I 5, 10.*	*manus recens 2*
fol 59/64:	*trist I 5, 11/III, 7, 1.*	*manus antiqua 2*
	(III 7, 2/IV 1, 11,	*qui 398 versus occupaverunt duo folia, perierunt nec suppleti sunt).*
fol 65/66:	*trist IV 1, 12/IV 7, 5.*	*manus antiqua 2*
fol 67/71:	*trist IV 7, 6 ad finem libri V.*	*manus recens 2.*

Est autem codex membranaceus, forma maxima, binis in unaquaque pagina columnis versuum plerumque 55—57 praeter 55v, quae pagina quattuor columnas habet. ac de aetate codicis Owen (praef Trist p XXIV) sibi aliisque persuasit Metamorphoseon partem antiquam saeculo XII, Tristium saec XI, universi codicis partes recentes saec XV scriptas esse. a quo ita dissentio, ut dicam, antiquae partes Metamorphoseon utrum saec XI exeunte an saec XII ineunte scriptae sint incertum esse, idemque sensit Aemilius Jacobs, quem saepius adii, cum anno 1906 codicem huc transmissum in bibliotheca regia Berolinensi excussi. recentes vero partes Metamorphoseon malim cum Kunzio (l c p 6) saeculo XIV dare quam XV. codicem esse et a familia **O** *alienum et classi* **X** *addicendum, quam, cum in ea sit turba deteriorum* (ς)*, vulgatam dicas, ex multis indiciis apparet. primum habet librum XV, qui in* **O** *deest, integrum, tum non habet narrationes illas, quas Lactanti Placidi esse Italus quidam voluit, deinde lectiones eius sescentis locis congruere vides cum deterioribus. quibus omnibus cum sine dubio praestet bonis lectionibus, cumque multas interpolationes, quae magnam partem deteriorum occupaverunt, non habeat, suis propriisque vero, ut videtur, plane careat, hunc potissimum idoneum esse puto, qui nobis sit auctor et dux classis* **X***. quid quod aliquotiens verum vel id quod vero proximum est solus vel paene solus servavit ut V 112* mouendo, *V 484* sideraque uentique, *V 598* propiori, *VI 495 496 497 sic, VII 115* subito *om, VII 144 145 146 sic, VII 439* eleusin, *VIII 528* planguntur, *XI 610* ebeno sublimis in atra, *XIII 174* me thenedon, *XIII 698* coronos, *XIV 501* cubitusque leuis sinuatur, *XIV 671* ulixei, *XV 230* solidorum more ferorum, *XV 546* accensior.

Huic proximus videtur et aetate et pretio:

τ *Codex Tegernseensis, nunc servatus in bibliotheca publica Monacensi (Fasciculus 29007). est saeculi XII. quae supersunt*

folia sunt partes codicis alicuius olim pleni et integri, qui (nam et inest liber XV neque insunt narrationes illae fabularum) classi **X** *tribuendus sit. dixit de* **τ** *ClHellmuth*[1]*), cuius collatione uti mihi licuit. sed post eius curas novum fragmentum eius codicis invenit WMeyer*[2]*), cuius lectiones addidit, qui Hellmuthii collationem in meum usum supplevit et correxit, STafel. denique de lectionibus quibusdam, quae sunt in fragmentis libri XV benigne me certiorem fecit FrVollmer. habent autem ea codicis folia, quae supersunt, hos versus carminis: I 135/189 295/350 IV 160/189 482/543 VI 574/700 VIII 179/234 632/687 IX 754/797 X 1/384 XI 670/795 XII 68/131 325/386 XIII 1/126 191/318 383/832 897/968 XIV 1/54 183/246 375/438 567/630 696/761 XV 231/363 430/491 621/748.* **τ** *quamquam suis interpolationibus non plane caret (ut XI 774* metus celer urget amorem*), tamen est inter optimos classis* **X** *et, praeterquam quod mancum habemus, codici* **F** *conparandus. atque habet solus vel paene solus, quae sint recipienda, cf XV 340* ethne, *XV 438* helenos, *XV 479* instructum pectora, *XV 675* castos, *XV 718* antium.

Minoris pretii est:

Codex Monacensis 23612, saec XIII, is quoque mutilatus[3]*). insunt X 283/XIV 746. contulit ClHellmuth et post eum STafel. uterque mihi ut suis opibus uterer, liberalissime permisit.* **μ** *videtur fluxisse e codice quodam ita ex* **M** *descripto, ut omitterentur Lactanti Placidi narrationes, inculcarentur multa per contaminationem ex libro aliquo classis* **X** *(cf quae dixi l c 637 et supra p XV). est igitur inter codices mixtos. nec video, quid boni suppeditet, quod non aliunde petere liceat.* **μ**

Codex Laurentianus 36, 12, membranaceus, saec XII ineunte scriptus. is, cum folia sint 74, continet in foliis septuaginta duobus (in primo enim folio scripta sunt pauca, quae ad rem astronomicam pertinent, ultimum vacuum est) Metamorphoseon libros I—XII 298 exitus assidue successu caedis ouantem, *ita ut* **l**

1) *Sitzungsb d Münch Akad 1883 II 231 sq. iudicavi ipse paullo iniquius de* **τ** *NJhbb 1893, 634 sq.*

2) *Cf eius notam in folio quodam adiecto, ut testatur STafel, fasciculo illi 29007:* Dazu kommt 5 Juli 1883 das von Hellmuth noch nicht benutzte Fragment VI 574/637 638/700, das ich aus der Indersdorfer Hs 7742 abgelöst habe, ein weiterer Beweis, daß die Tegernseér Hss nach Indersdorf geschenkt oder verkauft haben.

3) *Dixit de eo ClHellmuth Sitzungsb d Münch Akad 1883 II 241 sq, cf tamen NJhbb 1893, 635 sq.*

prima pagina habeat 55 versus, ceterae 60—64. codex iniquis casibus male habitus est, multa aut evanida aut deleta, multa redintegrata sunt. in paginis prima et ultima perpauca legi possunt. exaratus est codex a conpluribus librariis deinceps munere suo functis. textui carminis additae sunt multae correcturae et glossae a diversis manibus scriptae. collationes suppetebant Henrici Keil et Gustavi Meyncke, illa olim in Rudolfi Merkel, haec in Ottonis Korn usum facta. atque hanc supplevit a me rogatus Camillus Vitelli, adulescens patri optimo studiisque antiquitatis nunc inmatura morte ereptus. huic codici **l** *RMerkel (ed[1] p IV sq) olim tantum tribuit, ut eum Marciano (***M***) parem esse iudicaret. et est in antiquissimis classis* **X** *propriisque interpolationibus paene caret (nisi quod librarius aliquas lectiones e familia* **O** *arcessivisse videtur). qui quamquam non sine fructu adhibetur, cum quaeritur, quid sit commune classis* **X***, tamen vix habet, quae ad textum emendandum valeant.*

h *Codex Hauniensis 2008, olim Hamburgensis, nunc in bibliotheca regia Hauniensi servatus. forma est quaternaria. saeculi XIV eum esse testatur catalogus. sed mihi, cum codicem huc transmissum anno 1905 excuterem, saec XIII potius scriptus esse videbatur adsensusque est Aemilius Jacobs, vir harum rerum peritissimus. forma litterarum aliquantulum in angulos exit Gothicisque est similis. habet carmen integrum. in fine est subscriptio manus recentioris haec:* Fol 156 Joh Mart. Winckler Lt. Rev. Capit Hamb. Secretarius. *in unaquaque pagina sunt versus 38—40. in margine et inter lineas adscriptae sunt a diversis manibus (in quibus est ipsius Winckleri) permultae notae, glossae, argumenta fabularum (quae tamen narrationibus Lactanti Placidi nusquam similia sunt). in orthographia sunt, quae antiquioris scripturae videantur velut* iuncxit reppulerint obprobrium karissime oblicum *alia. quamquam haud scio an haec sint fallacia, latius enim patent casus et libido librarii, quam ut hoc infirmo fundamento niti liceat. adspirationem etiam hic illic falso et omissam* (inesuro) *et positam* (cohercebat) *vides. conpendia sunt multa eaque quae huius aetatis sint communia. illud autem tenendum est in omnibus nostris libris virgulam* ¯*, qua consonantem omissam esse indicatur, poni et pro* m *et pro* n. *quare in terminationibus nonnumquam dubitationem moveri* (eneā *alia*) *apparet.* **h** *est procul dubio memorabilis lectionibus aliquot aut veris aut veri similibus, quas mera coniectura Italorum ortas esse vix credibile videtur ut I 15*

utque erat et, *II 249* Termodonque, *II 567* me petiit ipsa licet, *IV 562* inmeides, *VII 260* intinctas, *VII 731* triśti, *IX 257* nolet, *XII 494* rabidi, *XIII 385* sustinet, *XV 77* suos, *XV 714* liternum, *XV 755* metridateisque, *XV 776* en *(fortasse II 47* petit, *cf 44). sed cum sit inquinatus suis interpolationibus (ut I 660* nunc de grege, *II 44 sq* et illud me tribuente feres, *III 567* retinacula, *IV 493* pars iacet ex humeris*) neque absit semper suspicio contaminationis, nimium ei tribuisse videtur OKorn.*

Codex Erfurtanus collegii Amploniani numero I (prior) e signatus. est saeculi aut XII (Merkel, Grau) aut XIII (Korn). contulit post Merkelium et Kornium descripsitque RGrau[1]*), cuius verba (p 5 sq) paullulum contracta hic proponere libet:* est membranaceus, forma maxima, constat 58 foliis ita, ut quinque quaterniones (fol 1 7 15 23 31), quorum primi duo folia (versus I 608/II 227) perierunt, subsequantur duo quiniones (fol 39 49). versus in paginis bipertitis scripti sunt centeni, sed tituli singulorum librorum binos versus explent. scriptura est minuta eademque elegantissima . . . scripserunt codicem complures librarii: primus quinque quaternionum textum scripsit usque ad XI 126 . . . alter, qui eodem fere litterarum ductu usus est, desinit XIII 437 . . . ab his duobus librariis plane diversa est scriptura tertii (*e*[2]), qui postremam codicis partem scripsit et hanc subscriptionem addidit:

> Expl. lib. Ovidii Publii Nasonis metamorphoseon i. e. de transmutatione
>
> Versus millenos bis sex in codice scriptos
> Sed ter quinque minus contulit ouidius

hic idem librarius in priore parte codicis multa correxit, varias lectiones, glossas, notulas, scholiorum dimidiam partem addidit. habet enim codex multa scholia partim ab hoc librario, partim a manu etiam recentiore scripta. ac sunt ea similia scholiis codicis Monacensis 4610 (cf supra p VII[5]*), non similia Lactanti Placidi narrationibus. codex ipse in libris, qui sunt classis X, insignis est elegantia orationis. rectissime enim de eo dixit in praef ed*[1] *p XII RMerkel:* dignissimus liber, quem studiose pervestiget, si quis aevi illius eruditionem et interpolandi licentiam cognoscere voluerit. *quamquam et ipse et qui post eum codicem examinavit RGrau nimium ei in textu constituendo tribuerunt. nam quas hic enumerat (p 29 sq) plurimas lectiones tamquam veras genuinasque, eae maxima ex parte interpolatae, certe falsae, ceterae paene omnes*

1 *De Ovidii Metamorphoseon codice Amploniano priore. Diss. Hal. 1892.*

non propriae sunt codicis **l**, *sed totius classis* **X**. *restant aliquot, de quibus dubites. sunt autem hae: V 195* non uiribus, *VIII 206* nec te, *IX 273* steneleius, *X 363* consultaque qualem Optet, *XI 57* os petit et sparsos, *XII 255* belates, *XIII 678* antiquam matrem cognataque iussit, *XIII 684* Hyleus, *XIV 59* mediaque tenus descenderat aluo, *XIV 121* cum duce cumea, *XIV 561* nisi siqua uehebat achiuos, *XIV 582* coegerat, *XIV 646* Desectum p. gr. uersasse, *XIV 761* o mea, *XIV 779* premunt, *XIV 801* strata estque, *XV 42* culpa. *in his quamquam nonnullae eiusmodi sunt, quae scriba codicis satis doctus coniectura assequi potuerit, tamen paucae (X 363 XI 57 XIII 678 XIV 59 XIV 561 XIV 646) ut verae sunt, sic genuinae videntur. sed vel sic cave credas nimium huic testi male fido.*

s *Codex societatis Jesu Lovanensis. contulit NHeinsius in Mscr Diez Bibl Sant 148 (cf infra p XXIV) secundum editionem Elzevirianam anni 1629 et collationi hunc titulum praemisit:* Ovidii Metamorphosis *(sic)* collata cum MS° Codice Jesu Lovaniensis qui lib. IX. post v. 120 deficiebat. *ipse codex videtur perisse. fuit autem recentioris sine dubio aetatis, misere interpolatus, insignis plurimis variis lectionibus inter lineas scriptis. at ille ei tantum tribuit, ut sit in fundamentis recensionis Heinsianae*[1]*). et habet, quae haud displiceant ut I 187* circumtonat, *I 370* sequentis, *III 631* aque, *V 80* hamato. *potiores tantum lectiones exscripsi. — ei similis videtur fuisse et interpolationibus et turba variarum lectionum codex Sprotii, cuius lectiones aliquot expressi. de quo in Mscr Diez BSant 148e haec leguntur, quae non scripsit NHeinsius:* Ovidii Metamorphosis Collatus *(sic)* cum VC. Caroli Protii *(sic, sed cf Hs ad I 155)* Aquisgranii. *desinit collatio, quae non est a manu NHeinsii, in fine libri VIII. utrum ad finem non sit perducta an codex mancus, incertum est. hunc quoque Heinsius plurimi aestimavit. nec desunt plane lectiones bonae ut II 284* tantum tantum super.

In libro XV quoniam deficit **O**, *artem criticam ἐκλεκτικῶς exercendam esse olim (cf Progr SG 1893) demonstravi. quod quamquam verum esse etiamnum censeo, tamen ita circumscribo, ut dicam* **τ** **F** *ceteris aliquanto praestare. de turba deteriorum* (**ς**) *eis quae dixi in Conspectu siglorum p 2 pauca habeo, quae addam.*

a *Codicum Ambrosianorum collationem benigne mihi transmisit*

1) *Cf Hs ad VIII 775:* ita optime vetustus codex Lovaniensis, quo usus sum *et passim.*

Aloysius Castiglioni[1]*). hi quamquam sunt inter deteriores et graviter interpolatos, tamen, ut hic res se habet, non contemnendi. quid quod* a_8 *miro quodam casu servavit lectionem veram et genuinam, misera interpolatione ex* **A** *expulsam met XV 154* quid Styga quid manes et.

In codicibus Guelferbytanis, quorum discrepantias publici iuris w
*fecit ABernardini, bonam lectionem aliunde ignotam non (cf tamen ad XV 570) repperi. nec vero laborem inutilem suscepit vir doctus. in hoc enim libro XV, quae est misera condicio eius, omnia redeunt eo, ut appareat, quae lectiones consensu omnium librorum (***A***), quaeque aut paucis aut singulis exemplis traditae sint, idque nisi codicibus quam plurimis excussis fieri non potest.*

Codicis Graecensis 1415 (saec XIII) collationem, quam fecerunt g
MPetschenig et JRappold, permisit mihi, quem nuper e vita discessisse multi mecum dolent, HJMüller. exscripsi lectiones potiores codicis etiam in libris I—XIV. iam vero collationem codicis Leidensis Vossiani 51, saec XIII, debeo comitati viri optimi, Scatonis v
de Vries. dixi autem et de g v *et de duobus codicibus cartaceis Basileensibus* $F_{V\,26}$ *et* $F_{VI\,12}$*, qui sunt saec XV, alibi fusius*[3]*). deni-* b_1 b_2
que tres codices Musei Britannici (Kings 26 saec XI—XII, Burn. 224 saec XIII, Harlei. 2742 saec XIII) contulit Housman, collatos x y z
publici iuris fecit JPPostgate[4]*). e quibus* z *semel (una cum* w_4*) verum servavit XV 570* et eodem lumina. *ceterum hi omnes, ut qui sint vulgatae, quae dicitur, orationis formae addicendi, interpolationibus redundant.*

Ad haec subsidia accedit voluminum manu scriptorum farrago quaedam, quae e bibliotheca Dieziana in bibliothecam regiam Berolinensem transiit. insunt in his copiis permulta Ovidiana, quae maxima ex parte videtur congessisse Laurentius Santen, partim codices, partim notae cum ab aliis auctoribus tum a NHeinsio scriptae. ac graviora suo quoque loco in adnotatione critica nominatim adscripta invenies. pertinent autem ad Metamorphoses fere haec:

Bibl Diez Qto. 1069 1072 1075. insunt notae criticae, partim lectiones codicum, partim coniecturae, partim loci similes. in fronte voluminis 1075 est hic

---

1) *Cf eiusdem Analecta Planudea p 262 sq.*

2) Studi intorno alla storia e alla critica del testo delle Metamorfosi d'Ovidio. II. Il libro XV nei codici Guelferbitani. Bologna. 1911.

3) *Progr Soph-Gymn 1893, 3 sq.*

4) *Journ of phil Vol XXII 154 sq.*

titulus: NHeinsii notae Mss. ad Ovidium Tom II ad tertium exemplar editionis Elzevirianae 1629.

Mscr BSanten 148b. inest conspectus veterum editionum Metamorphoseon ab ipso Laurentio Santen scriptus. idem hoc loco refert ea, quae NHeinsius in schedis tomo secundo tertii exemplaris ed Elzevirianae 1629 praefixis de collationibus librorum a se aut factis aut adhibitis scripserat. haec tantum inde exscribo: Ante VIII aut VII cent scripti: Horum omnium optimi et veterrimi sex. Nempe Florentinus Sancti Marci, primus Mediceus, primus Palatinus, Berneggerianus [Argentoratensis], Neapolitanus Parrhasii et Urbinensis, qui duo ultimi literis scripti Longobardicis.

Mscr Diez BSant 148c I 11. insunt 'PBurmanni patrui notae autographae ad Ovidium'. *quod additum est* Edita sunt uberiora, *id non valet de notis exegeticis, quae multae in parte II inveniuntur.*

Mscr Diez BSant 148d. inest NHeinsii commentarius Ovidianus ipsius manu scriptus. ac foliis 152—236v continetur commentarius in Metamorphoseon libros I—XIV 148 faciet. *cetera desunt.*

Mscr Diez BSant 148e. insunt (p 100 sq) notae criticae hoc titulo signatae: In Metamorphoses variae lectiones *et in fine (post VI 107):* Hic desinunt Excerpta Metamorphoseon. *scripsisse ea videtur NHeinsius. sequitur p 141 sq) collatio codicis Lovanensis (cf supra p XXII) item scripta, ut videtur, a manu NHeinsii, deinde (p 151 sq) ab alia, ut videtur, manu scripta* Ovidii Metamorphosis Collatus cum VC. Caroli Protii *[immo Sprotii, cf supra p XXII], tum (p 198 sq) exstant lectiones quaedam codicis anonymi ab anonymo descriptae. has excipiunt (p 237 sq)* Notae in Ovidii Metamorphoses *ab ignota manu scriptae. eas sequuntur lectiones quaedam, quas habet* Fragmentum vetustissimum unius folii *(signavi in adnotatione critica siglo φ, insunt lectiones ad I 1/114 pertinentes). in fine libri (p 311 sq) notantur permultae coniecturae virorum doctorum ad Metamorphoses spectantes, pleraeque aliunde notae.*

Praeterea exstant in copiis Diezianis septem Metamorphoseon codices saeculo aut XII aut XIII exarati: Mscr Diez BSant 9 10 11 12 13 22 23. sunt hi omnes, ut qui exhibeant vulgatam carminis formam, e numero deteriorum. exscripsi in adnotatione aliquas eorum lectiones. ceterum contuli Mscr BSant 10, siglo d ignatum a XIV 830 ad finem carminis et notavi discrepantiam lectionis.

Quibus rebus expositis si quis quaerat, quasnam rationes in Metamorphosibus recensendis et in arte critica exercenda adhibere oporteat, ei haec fere respondere velim. carmina illa mutatas hominum dicentia formas antiquis temporibus pessime et neglegentissime habita, medio aevo ineunte pie inviolateque servata, postea (inde a saec XII—XV) iterum graviter interpolata habemus nunc Italorum pigmentis fucoque, quibus referta est turba deteriorum (ς), detersis ea fere forma, qua aetas Carolingica accepit. accepit autem eius recensionis emendatae, quam ab homine satis docto factam et commentariis instructam esse supra (p VI) diximus, exempla aut perpauca aut unum. certe M N fluxerunt ex uno exemplari (O) in fine libri XIV manco. ad hoc idem quin redeant illi tres libri,

*quorum partes parvas (β ϰ π dico) manibus tenemus, equidem non dubito. haec familia, ut videtur, post saec XII propagari desita est. alterius classis (**X**) sunt omnes libri pleni (i e librum XV habentes), quos antiquo aevo exeunte illius, quam modo dixi, recensionis expertes, aetate Carolingica et post eam magno numero propagatos hominumque manibus frequenter versatos pro vulgata scriptura fuisse puto*[1]*). principem autem locum in classe **X** obtinere mihi videtur **F**, ut qui aetate ceteris praestet et habeat sua bona, non habeat suas interpolationes. hic quaerat quispiam, potueritne fieri, ut post aetatem Carolingicam per contaminationem lectiones quaedam aut ex **O** in **X** aut ex **X** in **O** inculcarentur. atque hoc ut fieri nullo modo potuisse probari non potest, ita certe raro accidisse videtur, siquidem post saec XII, quo mos ille contaminandi percrebruit, exempla classis **O** describi et versari desita sunt*[2]*). quae mihi perpendenti norma artis criticae exercendae in Metamorphosibus Ovidianis recensendis valere videbatur haec:*

1. *Ubicumque classes **O** et **X** inter se pugnabunt, maiorem auctoritatem habebit illa. quare si quando ab illius lectione discesseris, eam non veram esse certis argumentis vel a loci vi et sententia vel a sermone Ovidiano vel a re metrica petitis demonstrabis. hic tamen cautissime, quaeso, agas in locis similibus afferendis, quibus pro re et tempore saepe probare poteris scripsisse hoc illudve aut Ovidium aut imitatorem Ovidianum.*

2. *Ubicumque **M** et **N** ita inter se dissentient, ut alter eorum a classe **X** stet, diligenter, ut modo dixi, inquirendum erit, utra lectio culpa librarii vel per errorem vel correcturam vel glossam vel interpolationem aliunde*[3]*) inrepserit.*

---

1) *Huic classi addico, ut par est, etiam illum codicem, cuius partem servatam siglo ε signavimus. de λ parum liquet. plane diversa est ratio fragmenti Bernensis (α). illud enim excerptum (cf p XI sq) e codice quodam pervetusto misso olim, ut videtur, in Angliam vel Hiberniam, et saeculorum et regionum spatio ab **A** longe longeque remotum longe aliam fortunam passum longe aliam faciem non habere non potest.*

2) *Cf tamen quae dixi in proxima nota*[3]*, de ϰ l autem cf p XV et XX. classis vero **X** libros recentiores (ς) mutuis contaminationibus ultro citroque illatis et acceptis madere quis negat?*

3) *Cf VII 268* luna pernocte *ex Heinsii emendatione Ovidius,* lunae pernota ***M***, lunae de nocte ***N X ω***. *apparet **N** corruptelae, quae erat in **O**, ita mederi voluisse, ut lectionem interpolatam classis **X** reciperet. qui utrum eam pro correctura adscriptam invenerit in suo exemplari an ipse sumpserit e codice aliquo alterius, ut sit contaminatio, classis, nescimus. alia exempla, illa quidem rara, sed tamen rara collegi NJhbb 1894, 760 sq.*

3. *Ubicumque lectionem aliquam in* **O** *inventam falsam, sive corruptam sive interpolatam, esse tibi persuaseris, confugies ad* **X**. *neque tamen, nisi* **F** *ceteris praesidio sit, agnoscam classem integram. est enim periculum, ne ceteri, ab* **F** *destituti, habeant interpolationes post originem illius saec XII vel serius natas et per contaminationem in multos libros illatas.*

4. *Quoniam constat* **O** *omisisse (causae plerumque patent) versus quosdam vel versuum partes, cave abiudices poetae quicquam propterea, quod id in* **O** *deest. at ubicumque quae ibi desiderantur habebunt aliquam offensionem sive sensus sive sermonis sive rei metricae, ut insiticia delenda erunt.*

5. *In coniecturis faciendis et recipiendis viri docti, qui huic carmini operam dabunt, omni genere cautionis et modestiae utantur velim. mutare enim quod exstat in* **A** *idem est atque mutare id quod ipsi veteres legerunt et medio aevo prodiderunt.*

6. *Ut novis codicibus indagandis et adhibendis futurum esse spero, ut uno et altero loco poetae suum reddatur, ita, quoniam Metamorphoses iam nunc tales fere habemus, quales habuit aetas Carolingica, monere velim nova recensionis fundamenta iaci non posse nisi libris eius modi inventis, qui aut similes sint fragmento illi α seiuncto a grege ceterorum et quasi solitario aut sint familiae* **O** *membra atque ea librum XV servantia.*

Coniecturas et notas veterum interpretum ex editione Petri Burmanni (tomus II, Amsterdam 1727) sumpsi et in meam rem converti. praeterea elegi tres editiones vetustissimas has, quarum lectiones praecipuas in adnotatione exscriberem:

R 1. *Editio princeps Romana*[1]) *anni 1471. 4. 177 folia. praesto mihi fuit exemplar in bibliotheca Gottingensi sub titulo 'Auct Lat III 4930' adservatum. desunt hic frons et primum folium cum versibus I 1/53*[2]), *qui versus in folio postea inserto manu multo, ut videtur, recentiore suppleti sunt. in fine libri subscriptio est, cuius postrema disticha haec sunt:*

---

1) *Non vidi editionem Parmensem in f° eiusdem anni, de qua haec scribit LSanten in Mscr Diez BSant 148e:* Solae insunt Metamorphoses et Ovidii vita. Edidit et praefatus est Franciscus Puteolanus Parmensis. Impressit Balthasar Azoguidus, civis Bononiensis, primus in sua civitate artis impressoriae inventor. 1471. exemplar magnificum.

2) *Docet nos HStSedlmayer (Wiener Studien VI 1884, 142 sq) editionem hanc curatam ab episcopo Johanne Andrea de Aleria habere in fronte titulum 'POvidi Nasonis Magni operis Metamorphoseos liber primus'.*

Cōradus fuueynheim: Arnoldus pānartzq; magistri
Roma impresserunt talia multa simul.
Petrus cum fratre Franciscus Maximus ambo
Huic operi aptatam contribuere domum.

textus carminis conflatus est ex conpluribus codicibus, in quibus tamen **M** *principem locum obtinet.*

2. *Editio Veneta tertia*[1]) *anni 1486. forma maxima. edito-* V
rem in praefatione se profitetur Bonus Accursius Pisanus. praemissa est vita Ovidii. inter textum insertae sunt Lactanti Placidi qui dicitur narrationes fabularum Ovidianarum (cf huius ed p 629). in fine est haec subscriptio: Impressum uenetiis per Bernardinum de Nouaria MCCCCLXXXVI die XIII Januarii. *textus est inquinatus satis multis mendis typographicis. ceterum haec editio inter vetustissimas haud scio an maxime memorabilis sit. editor enim et in textu carminis et in narrationibus adhibuit cum alios codices melioris notae tum Marcianum (M). quare eius lectiones auctoritatem quandam habere mihi videntur. usus sum exemplari Gothano, quod una cum Aldina liberalissime huc misit REhwald, praefectus bibliothecae ducalis Gothanae.*

3. *Editio Aldina anni 1502. 12⁰. subscriptio haec est in fine:* A
Venetiis in aedib. Aldi Mense Octobri MDII. *ipsi carmini praemissus est index Graeco-Latinus nominum propriorum. textus ut est multo magis emendatus quam in Romana et Veneta, ita multo magis recedit a libris manu scriptis. ad hanc igitur tamquam ad exemplar specimenque eae, quae secutae sunt, editiones proxime accedunt.*

Passim exscripsi lectiones editionis, quam suis commentariis instructam prodire iussit Raphael Regius anno 1510 Mediolani apud Leonardum Pachel. usus sum exemplari in bibliotheca regia Berolinensi adservato sub litt W 3875.

Nihil deinde vel paene nihil aut emendatio aut interpretatio carminis adiuta est iis editionibus, quae illo saeculo et priore decimi septimi parte prodierunt. exstitit tandem Nicolaus Heinsius[2]*), vir summus et de Nasone unice meritus, qui ingenium assidua poetarum Latinorum lectione excultum et ad omnem venustatem percipiendam egregie praeparatum ad restituenda in pristinum nitorem carmina Ovidi converteret quique, cum centum quinquaginta codices*

---

1) *prima prodiit anno 1474, secunda 1484. cf Panzer Ann typogr III 236 935.*

2) *POvidii Nasonis opera cum notis Nic Heinsii Amst. 1652 1658 1661. commentarium Heinsianum uberrimum habes in ed Burmanniana Amst. 1727. novam editionem curavit JFFischer Lipsiae 1758.*

aut ipse contulisset aut conferendos curasset, efficeret, ut omnis Ovidi crisis ab ipsius supellectile pendeat. modo immensis copiis ratione et via uti voluisset! nam cum parum curaret, essentne sui codices veteres an recentes, sinceri an interpolati (nec raro eosdem meliores vel vetustiores appellasse videtur, qui alibi deteriores vel recentiores audiunt), cumque in textu constituendo libros, quos sequeretur, numeraret potius quam examinaret et recenseret, reticeret saepissime, quo quid libro scriptum vidisset, cumque fretus sagacitate sua et singulari poetarum Romanorum eorumque sermonis notitia saepe coniecturas faceret per se non necessarias aut nulla librorum auctoritate aut deteriorum et recentiorum dubia fide fultas, Nasoni quantum profuit, tantum paene obfuit ac posteris editoribus, qui eius arbitrium libidinemque sequi nollent, novam inquirendi et iudicandi necessitatem inposuit, novas difficultates explicandas reliquit.

Heinsii vestigiis ingressi sunt proximi editores carminis. ac meruit bene de eo Petrus Burmannus, cum anno 1727 instructum notis Heinsii aliorumque edidit suasque observationes haud spernendas adiecit[1]*). neque, ut alios, qui occasione data in adnotatione nostra laudabuntur, taceam, sua laude fraudandus est JChrJahn*[2]*). is enim in editione utilissima sano iudicio usus non modo commentarios priorum criticorum, quos in editione Burmanniana invenerat, excerpsit et summatim proposuit, sed etiam sedulo collegit (velut ex Heinsii epistulis, adversariis itemque ex commentariis Heinsianis Burmannianis aliorum ad varios libros conscriptis) quidquid lectionibus codicum Heinsianorum supplendis erroribusque in Burmanni editione emendandis inservire posset.*

Longo temporis spatio interiecto nova prorsus aetas Metamorphoses recensendi et emendandi initium duxit ab editione Rudolfi Merkel Teubneriana anno 1861 emissa (altera prodiit anno 1875). in hac enim, quamquam caret adnotatione critica, primum ratione adhibitus est ad textum constituendum e collatione Henrici Keil codex optimus Marcianus (M), ille, quem olim Heinsius ut noverat

---

1) *Publii Ovidii Nasonis Metamorphoseon libri XV. Cum integris Jacobi Constantii Fanensis, Henrici Loritii Glareani, Jacobi Micylli, Herculis Ciofani, Danielis et Nicolai Heinsiorum et excerptis aliorum notis, quibus et suas adnotationes adiecit Petrus Burmannus. Tomus II. Amsterdam 1727. 4°. inter textum carminis expressae sunt cum notis variorum criticorum narrationes illae fabularum, quae Lactanti Placidi esse dicuntur.*

2) *P. Ovidii Nasonis Metamorphoseon libri XV. Ad codicum Mss. et editt. fidem recognovit et cum varietate lectionis edidit Joannes Christianus Jahn. Lipsiae 1832.*

sic non cognoverat. sed in hoc studio, ut fieri solet, nonnumquam modum excessit vir doctissimus, ut meros errores Marciani pro emendationibus venditaret. idem coniecturis faciendis et interpolationibus[1]) late patentibus multis locis indagandis, falsis his et illis, saepissime a vero aberravit. denique multum profuerunt nuper carmini Alexander Riese et Rudolfus Ehwald, atque ille cum in editione Tauchnitziana altera, quae anno 1889 prodiit, in lucem protraxit et adhibuit codicem Neapolitanum, hic quod in editione, quam instructam optimo commentario exegetico apud Weidmannos post Mauricium Haupt et Ottonem Korn curavit[2]), aliquot locis lectionem veram bene restituit. ipse num quid profecerim in carmine recensendo et emendando alii viderint.

Recentioris aetatis editiones et alia subsidia critica, quae ex parte, ubi res poposcerat, iam supra proposuimus, haec fere in adnotatione nostra laudari solent; alia rarius adhibita suo quoque loco adscripta videbis.

AAlgermissen, Quaestiones Ov. criticae. Diss. Münster 1879.

ECChrBach, Ovidii Metamorphoses. Mit kritischen und erläuternden Anmerkungen. Hannover 1831/36.

GBaumgarten-Crusius, Ovidii Metamorphoses cum perpetua annotatione. Lipsiae 1834.

ABernardini, Studi intorno alla storia e alla critica del testo delle Metamorfosi di Ovidio.

I Il Fragmentum Bernense. Firenze 1909.

II Il libro XV nei codici Guelferbitani. Bologna 1911.

FHBothe, Vindiciae Ovidianae. Accedunt JHVossii lectiones et notae. Göttingen 1818.

LBraune, De Ov. Met. locis quibusdam disputatio critica. Progr Cottbus 1849.

Luigi Castiglioni, Studi intorno alle fonti e alla composizione delle Metamorfosi di Ovidio. Pisa 1906.

„ „ Analecta Planudea ad Ovidii Metam. spectantia. Firenze 1910.

REhwald, Ad historiam carminum Ov. recensionemque symbolae I II. 2 Progr Gotha 1889 et 1892.

REhwald MHaupt OKorn, Die Metam. des P. Ov. Naso erklärt. Berlin 1903. 1898.

JGilbert, Ovidianae quaestiones criticae et exegeticae. Progr Meissen 1896.

FGnesotto, Animadversiones in aliquot Ov. Met. locos. Padua 1881.

JJHartman, De Ovidio poeta. Leiden 1905.

---

1) *cf REhwald Jhb f d Altw XLIII (1885 II), 265.*

2) *Die Metamorphosen des P. Ovidius Naso. Erster Band. Erklärt von Moriz Haupt. In achter Auflage von REhwald. Berlin 1893. — Zweiter Band. Erklärt von OKorn. In dritter Auflage von REhwald. Berlin 1898.*

EHedicke, Studia Bentleiana. V Ovidius Bentleianus. Progr Freienwalde 1905.

ClHellmuth, Emendationsversuche zu Ov. Metam. Progr Kaiserslautern 1880.

RHelm, De Metam. Ovidianarum locis duplici recensione servatis. Festschrift f. JVahlen. Berlin 1900. p 337/365.

„ „ Vindiciae Ovidianae. RhMus NF LVI 340/368.

JHilberg, Serta Harteliana. Wien 1896.

AEHousman, Transactions of the Cambridge Ph Soc 1889.

OKorn, editio Metam. Berlin 1880.

CHLenz, Erklärende Anmerkungen zu Ovids Metam. Braunschweig 1792.

JNMadvig, Adversaria critica II p 66/109. Kopenh. 1873.

HMagnus, Die Metam. des P. Ov. Naso erklärt. Gotha 1886/1908.

*„ „ Studien zur Überlieferung u. Kritik der Metam. Ovids. I Das Fragmentum Bernense NJhbb 1891, 689/706. II Der Archetypus NJhbb 1893, 601/638. III Die Familie **O** NJhbb 1894, 191/207. IV Marcianus und Neapolitanus NJhbb 1894, 637/655 et 759/799. V Liber XV. Progr Soph-Gymn Berlin 1893. VI Noch einmal Marcianus und Neapolitanus. Progr Soph-Gymn Berlin 1902.*

„ „ Neue Studien zur Überlieferung u. Kritik der Metam. Ovids. Hermes XXXIX 1904, 30/62.

„ „ Ovids Metam. in doppelter Fassung? Hermes XXXX 1905, 191/239.

RMerkel, P. Ovidius Naso. Tomus II Metam. Lipsiae 1861, ed II 1875 et 1881.

CPascal, De Metam. locis quibusdam. Turin 1902.

„ „ Letteratura Latina medievale. Catania 1909.

JRappold, Beitrag zur Erklärung und Kritik der Ovidianischen Metam. Progr Leoben 1871.

ARiese, Ovidii carmina. Vol. II Metamorphoses. Lipsiae 1872. Ed. II 1889.

RSuchier, Kritisches zu Ovids Metam. nebst Proben einer Übers. Progr Hanau 1853.

WVollgraff, Nikander und Ovid. I. Groningen 1909.

AZingerle, P. Ovidii Nas. Metam. Lipsiae 1884. praef p VII—XX.

„ „ Zu Ovids Metam. Wiener St VI 1884, 59/73.

In re orthographica secutus sum normam vulgarem grammaticorum, nolui, difficilem et lubricam hanc viam esse ratus, revocare veram, quam dicunt, et antiquam orthographiam aetatis Augusteae[1]*). nec multum curavi librorum scripturam haud raro barbaram. idem non dubitavi, ubicumque vestigia antiquioris scripturae aut in omnibus aut in optimis libris tam manifesta*

1) *Fugit me, ut alia taceam, quatenus meus Naso illi orthographiae, quae est in lapidibus, addictus consecratusque fuerit. certe ille in vocabulis Graecanicis terminationes et in-*os *et in-*us *exeuntes sine ulla dubitatione promiscue adhibuit. quamquam hoc ita circumscribo, ut dicam, optimis libris inter-*os *et* -us *fluctuantibus illud esse praeferendum.*

exstant, ut neque casui neque librariorum libidini tribuenda, sed sic ex antiquo in medium aevum transisse videantur, ea in editione servare. scio fore, ut haec ratio, quippe qua forma textus aliquotiens parum constans aequalisque fiat, non omnibus probetur. sed alia est, si me audis, ratio editionis viris doctis, alia scholae et pueris servientis. in adnotatione levissima quaeque orthographica omisi. notavi tamen, ubi e re videbatur, ut in nominibus propriis, vel e *pro* ae, i *pro* y *alia eiusmodi. conpendia vulgata, qualia in libris passim inveniuntur, plerumque solvi, eadem, cum censui alicuius esse momenti scire, utrum exstaret conpendium necne, servavi et, quantum fieri poterat, imitatus sum.*

Restat, ut vere et ex animo gratias agam viris doctis, qui me in hac editione adornanda opera et consilio iuverunt. et miserunt ad me eius specimina typographica emendatiora et egregiis observationibus aucta Rudolfus Ehwald amicus, cuius sano iudicio in his rebus permultum tribuo, Fridericus Vollmer, qui cum alia tum coniecturas aliquot ingeniose excogitatas in medium proferendas mihi permisit, Carolus Weyman, qui inprimis testimoniis augendis gratam acceptamque operam mihi praebuit. eodem animo memini et collationes suas benigne mihi suppeditasse Aloysium Castiglioni, Robinsonem Ellis, Henricum Meyer, Sigmundum Tafel, Fridericum Vollmer, Scatonem de Vries, et me, cum codices excuterem Berolini in bibliotheca regia, Florentiae in Laurentiana, dubitantem saepe confirmatum esse, illic ab Aemilio Jacobs, hic ab Henrico Rostagno. indicem nominum confecit diligenter, ut solet, Paulus Klink, discipulus olim dilectissimus.

Opere perfecto laudatus abunde ero, si aliqua dicar recte iudicasse, plura legentibus sic reliquisse, ut recte iudicarent.

Berlin-Pankow *Hugo Magnus*
Scripsi mense Novembri 1913

ADDENDA ET CORRIGENDA

p 3 IV in medio lege: a. 1861

I 15 adn lege: Quaque (*i r* ***m***). — *sub finem lege: NJhbb 1887, 129.*

I 31 adn, ante solidum *lege*: possidet $\overset{i}{\varepsilon}$ *(quod delendum est in proxima nota).*

I 33 adn adde: secuit, sectamque in m. coegit Principio (*ut* que *sit pro* quoque *coll eleg in Maec I 8 et ut vertatur 'als er zerteilt hatte, formte er auch zu Gestalten') distinx Vollmer. an lacuna post* coegit *statuenda?*

I 117 in testimoniis adde: Mythogr Vat III 8, 15 (208, 39 Bode): unde etiam Ovidius in primo Metamorphoseon autumnos inaequales, id est morbidos vocat.

I 132 adn l: $\overset{|||}{\text{dabat}}$ (*ras supra* a) ***M***

I 162 adn adde: scire $\overset{s^2}{\text{se}}$ ***M***

I 460 adn l: Strauimus innocuis tumidum pythona sagittis (*sine ras aut corr*) ***M***

I 462 adn l: inflamare *i r* $\boldsymbol{F}^2$

I 504 adn l: inseq(uor h *i r m 2*)ostis ***M***

I 542 adn l: cri/nen

I 747 in test adde: *Mythogr Vat III 15, 2 (253, 43sq B)*: quae [*Io*] translata est in caelum in signum amoris Iovis, unde Ovidius in Metamorphos: Nunc dea linigera colitur celeberrima turba

II 37 adn l: clymete$^{n^1}$ ***M***

II 340sq in test adde: *Mythogr Vat III 8, 14 (208, 14sq B)*: huius sorores gemmeis guttis lucentibus, ut Ovidius in secundo Metamorphoseon refert, fraterna deplorant incendia, sucinaque diruptis iaciunt inaurata corticibus

II 382 adn l: ficit *i mg* ***m***

II 497 adn l: natalibus ///// (actis *eras*, annos *i mg m 3*) ***M***

II 514 adn l: obscurum nisi *sq*

II 555 adn l: *item i mg* ***m l***^{3}

II 582 adn l: mollibar ***M***

III 15 adn l: l(o *ex* e *m 2*)n(g *ex* t *m 2*)e ***M***

III 140 adn l: *sic* β ε *sq*

III 210 sub finem notae l: orbasus β ***l***

III 247 adn, post signum ‖ *adde*: sed ad $\bar{\text{e}}$/// (esse *fuit*) ***M***

III 418 adn l: Ad stupet (d *partim eras*, t *bis sscr a m 1 et 2*) ***M***

III 566 adn: retent(a *ex* u) *fortasse est etiam in* ***M****, sed dubito de correctura.*

IV 1 adn l: minias (ł $\overset{\text{minēieias}^3}{\text{minieias}^2}$ *i mg*) ***M***

IV 20 adn l: abusque (adusque *i mg m 2*) ***M***
IV 371 adn l: d *partim i r*
IV 527 adn l: riget ***A*** *ω*, rigent ***n*** *ς*
IV 558 adn l: arrectum (*corr* ***m***) *β* ***M***

V 88 in fine notae adde: acerbos$^{v^2}$ ***M***
V 199 adn l: sile(t *ex* x *i r*) ***M***
V 295 adn l: V(o *i r*)xque salutat$^{n^2}$(aĩ *i e* ũ *ex* a) ***M***
V 539 adn, post signum ‖ *l*: orphne *ς (i mg* ***m****) Plan ω vulgo,* or(phene *i r m 3*) *[sed* ospes *in argum, cf ad p 656, 11]* ***M****. — in proxima linea lege* orphe ***F h l***

V 628 adn l: uepre$^{\text{ł uepres}}$ *i mg* ***m***

VI 159 adn l: hismedes (*corr m 2*) ***M***
VI 203 adn, in initio adde: Latone/ (ã *vel* ũ *eras videtur*) ***M***
VI 485 adn, post signum ‖ *l*: erat ***A*** *ω Jahn,* erit *cHamb Hs vulgo* (*nam cum* erat *etiam sit, ut nunc video, in* ***M****, id sine dubio recipiendum est*).
VI 498 adn l: perq(ue *i r m 2*) // (f *ex corr m 2*)idem ***M***
VI 516 adn l: predat̄/ obuncis (praedator aduncis *i mg*) ***M***
VI 517 adn: *praeter locos allatos cf VII 836 XIV 160*
VI 539 adn, in fine adde: ne/ quod ***M***
VI 541 adn l: criminib:
VI 675 adn adde: senect(e *i r m 2*) ***M***
VI 706 hanc notam adde: Veri/t(i *fuit*) ***M***

VII 1 adn, post ***h*** *adde*: myni/e (i *eras*) ***M***
VII 8 adn l: V$^{\text{ł uox}^2}$ isq: ***M***
VII 162 adn adde: victima vota datur *coll fast I 386 IV 634 937 coni CBrakman Miscella (Leiden 1912) p 40.*
VII 171 adn l: qđ (*i e* quod *ex* quid?) ***M***
VII 262 adn, in initio l: ualidum (*non* ualidam).
VII 293 adn l: nunc reminiscitur$^{se^2\ tal\bar{e}}$ ***M***
VII 365 adn adde: rodon ***M***
VII 509 in textu carminis l: omnia quae
VII 686 adn l: q/ (s *eras videtur*) tanti (m *ex* n *m 2*)u/neris (numeris *fuit*) ***M***
VII 805 adn l: silua$^{s^2}$ (*sed* a *ex corr*) ***M***

VIII 121 adn: Armeniae et tigres *coll fast VI 752 coni l c Brakman.*
VIII 180 adn adde: gem(m *ex* in *m 2*)e̥ ***M***
VIII 218 adn l: stiuaq: (*sed* a *ex* æ *m 2,* q: *i r m 2*) ***M***
VIII 504 adn l: primo ***N***
VIII 528 adn, post ***M*** *adde:* ∵ oneus^{e} atq: *i mg* ***m***
VIII 551 adn adde: Cecropid(a *i r*) ***M***
VIII 701/702 adn l:

Stramina flauescunt · aurataque (que *om* ***F***) marmore tellus
Cælatæq: fores ad(o *i r* ***m*** ***n***)ptaque (que *om* ***F***) tecta uidentur ***O F***

IX 593 adn l: submersaque ***ϰ X*** *ω*

IX 647 sq in test adde: *Mythogr Vat III 14, 5 (253 13 sq B)*: hanc [*Chimaeram*] satis aperte, sed fabulose describit Ovidius dicens: Quoque Chimaera — serpentis habebat.

IX 797 adn, post textum libri IX haec habet a m 2 ***N***: Explicit nonus Incipit lib decim'

X 148 adn, in fine l: cedant *Hs*

XI 102 sq in test adde: *Mythogr Vat III 10, 8 (226, 42 sq B)*: idem Midas, ut Ovidius refert, a Baccho petiit et impetravit, ut quicquid tetigisset aurum fieret. *cf etiam Myth Vat I 88 (30, 10 sq B).*

XI 523 adn l: accensos arsisse

XII 69 adn l: Huygens.

XIII 383 sq adn l: 383/832 exstant in τ

XIII 607 adn l: mox uera $\mu\,\tau^2\,X\,\omega$ *vulgo*

XIII 751 adn adde: patris ille sui *coni JHilberg*

XIII 905 adn l: uersis an. membris $F\,\mu\,e^2\,\varsigma$ *V A vulgo*

descendit ad aluum[2]

XIV 59 adn l: mediaque t. descenderat aluo μ [*nihil sscr in* ***N***]

XIV 320 sq in test adde: *Myth Vat III 11, 11 (235, 13 sq B)*: illum [*Picum*] namque, ut vult Servius [*in Aen VII 190*], amavit Pomona, id est pomorum dea eiusque est sortita coniugium; quod tamen Ovidius in quarto decimo Metamorphoseon de nympha nomine Canente fabulatur. nam aliam fuisse Pomonam Vertumnoque nupsisse refert.

XIV 582 adn l: coegerat $e^2\,g^2\,\varsigma$ *Hs vulgo*

XV 154 adn: praeter locos allatos cf met V 115 sq XIII 465.

XV 389 sq in test adde: *Myth Vat III 6, 19 (185, 18 sq B)*: qui [*Pythagoras*] primus de medulla, quae in spina hominis est, anguem creari deprehendit. quod et Ovidius in XV Metamorphoseon inter Pythagorae dicta commemorat.

XV 591 adn l: cornua *(non* cornu) lauro $h\,e^2$ *sq*

p 641, 12 adn l: sororis herses exacer(b *vel* v)atam ***N***

p 683, 8 in textu l: Teleste

CONSPECTVS SIGLORVM.

A = consensus librorum manu scriptorum omnium praeter eos qui nominantur, et meorum et ab aliis collatorum.

I. Codices integri vel paene integri.

1. Antiquissimi.

M = codex Marcianus Florentinus 225 saec XI. insunt I—XIV 830.
N = codex Neapolitanus IV F 3. saec XI. insunt I—XIV 838.
O = consensus librorum *M N*.
F = codex Marcianus Florentinus 223. saec XI ex.
X = consensus codicis F cum recentioribus aut omnibus aut fere omnibus et meis (ς^* *g*) et aliorum opera collatis (ς).

2. Recentiores.

e = Amplonianus prior Erfurtanus I saec XII vel XIII. contulit Grau.
h = Hauniensis 2008. saec XIII exeunte scriptus.
l = Laurentianus XXXVI 12. saec XII ineunte scriptus. insunt I—XII 298. contulerunt HKeil, Meyncke et Camillo Vitelli.
m, *n* = correcturae a manibus recentioribus (*m2*) vel recentissimis (*m3*) in *M N* factae.
f = eae partes codicis *F* quae *a* manu recentiore (saec XIV) scriptae sunt I 1—445 III 111—IV 39 IV 261—701.

ς^* = consensus codicum *e h l*.
ς = codices aliquot recentioris, ut videtur, aetatis, cum ab aliis viris doctis tum ab NHeinsio ita adhibiti, ut aut nominatim non significentur aut nunc deperditi sint.

g = Graecensis 1415. saec XIII. contulit Petschenig.
p = Palatinus 1661. saec XII. contulit Bothe.
s = codex Societatis Jesu Lovanensis. contulit Heinsius. insunt I—IX 120.

Ben = lemmata codicis Monacensis Benedictoburani 4610. saec XI. contulit Meiser.

II. Codices mutilati et Fragmenta.

a = antiquissimum Fragmentum Bernense 363 saec IX. insunt I 1—199 304—309 773—779. II 1—22. III 1—56. contulerunt HHagen et REllis.

β = Fragmentum Londinense Musei Britannici 11967. saec X exeunte scriptum. insunt II 833—875 III 1—510 IV 298—803 V 1—389 588—678 VI 1—412.

$\gamma_1 \gamma_2$ = Fragmenta duorum codd deperditorum, quorum lectiones publici iuris fecit in Pr 1821 gymnas Confluentini FNKlein. insunt I 192—281 III 33—126 et V 433—522.

ε = Fragmentum Harleianum Musei Britannici 2610. saec X ex vel XI in. insunt I—III 622. contulit REllis.

$\varkappa$ = Fragmentum Hauniense 2° 56. saec XII exeunte scriptum. insunt IX 324—X 707.

λ = Fragmentum Lipsiense Rep I nr 74. saec IX ex. insunt III 131—252. contulit FVollmer.

μ = Fragmentum Monacense 23612. saec XIII. insunt X 283—XIV 746. contulerunt Hellmuth et STafel.

π = Fragmentum Parisinum 12246. saec X. insunt I 81—193. II 67—160. contulit REllis.

τ = Fragmentum Tegernseense (cMonacensis 29007). saec XII. insunt I 135—189 295—350 IV 160—189 482—543 VI 574—637 638—700 VIII 179—234 632—687 IX 754—797 X 1—384 XI 670—795 XII 68—131 325—386 XIII 1—126 191—318 383—832 897—968 XIV 1—54 183—246 375—438 567—630 696—761 XV 231—363 430—491 621—748. contulerunt Hellmuth et STafel.

υ = Fragmentum Vaticano-Urbinas 342. saec XI. insunt V 483—VI 45 et (ex alio codice) VII 731—VIII 104. contulit Hosius.

φ = Fragmentum 'vetustissimum' unius folii, cuius aliquot insignes lectiones afferuntur ex I 1—114 in Mscr Diez Sant 148° p. 237.

III. Codices in libro XV (vel potius a XIV 831—XV 879) adhibiti.

De F g h cf. quae dixi supra.

A = consensus codicum aut omnium aut omnium praeter eos qui nominantur.

e^2 = manus recentior Amploniani prioris, quae scripsit textum inde a XIII 438 ad XV 879.

n = tres illae diversae manus, quae partes deperditas codicis N inde a XIV 839 suppleverunt.

X = consensus codicum $F h e^2 n$.

a = codices Ambrosiani aut omnes aut fere omnes. contulit Aloysius Castiglioni.

a_1 = Ambr. R 22 sup. saec XI vel potius XII.

a_2 = Ambr. F 102 sup. saec XII ex.

a_3 = Ambr. S 32 sup. saec XIII—XIV.

a_4 = Ambr. H 64 sup. saec XIII—XIV.

a_5 = Ambr. E 85 sup. saec XIII—XIV.

a_6 = Ambr. E 54 inf. saec XIII—XIV.

a_7 = Ambr. P 43 sup. saec XIII—XIV.

a_8 = Ambr. C 116 inf. saec XIV. (1362).

a_9 = Ambr. I 75 inf. saec XIV (1397).

a_{10} = Ambr. G 126 inf. saec XV (1456).

a_{11} = Ambr. B 18 inf. saec XV (1420).

α_{12} = Ambr. A 116 inf. saec XV in.
α_{13} = Ambr. N 254 sup. saec XIV.
w = codices Guelferbytani aut omnes aut fere omnes. contulit Antonius Bernardini.
w_1 = c4—11 Aug^4. saec XI—XII.
w_2 = 13—10 Aug^4. saec XIII—XIV.
w_3 = 13—9 Aug^4. saec XIII.
w_4 = 5—4^4 Aug. saec XIII.
w_5 = 139 Gud lat^8. saec XIII.
w_6 = 123 Gud lat^4. saec XIV.
w_7 = 30—2 Aug fol. saec XV.
w_8 = 149 Gud lat^4. saec XIII.
b_1 = cBasileensis F V 26. a. 1465 scriptus.
b_2 = Basil F VI 12. ante 1478 scriptus.
v = cLeidensis Vossianus 51. saec XIII in. contulit de Vries.
c = Berolinensis 270. 4. saec XIII. desinit in XV 262.
d = cDiez 13 Sant 10. saec XII.
x = cKings 26 Musei Britannici. saec XI—XII.
y = cBurn. 224 Mus Brit. saec XIII.
z = cHarleianus 2742 Mus Brit. saec XIII. contulit x y z Postgate.
ς^* = consensus codicum in hac editione adhibitorum praeter ***F***.
ς = aliquot codices deperditi aut ab NHeinsio aut ab aliis collati.

IV. Alia sigla saepius adhibita.

Plan = versio Graeca a Maximo Planude confecta (ed Boissonade 1822).
L = Lactanti. Placidi qui dicitur argumenta Metamorphoseon.
R = ed princeps Romana a. 1471 inpressa. exemplar Gottingense.
V = ed (III) Veneta a. 1486.
A = ed Aldina 1502.
ω = consensus editionum *RVA*.
vulgo = editiones aut omnes aut fere omnes praeter meam vel eam quae nominatur.
vulgo olim = editiones aut omnes aut fere omnes quae ante ed primam Rudolfi Merkel a. 1851 emissam prodierunt.
s Hs vel ς *Hs* = e libro Lovaniensi vel ex aliquot libris suis recentioris, ut videtur, aetatis recepit vel probavit primus Nic Heinsius.
Hs = lectio praecedens, quae quod sciam, in libris manu scriptis omnino non exstat, est coniectura Nic Heinsii. haec eadem de ceteris editoribus dicta esse volo.
F^2 = ea quae sunt ante hoc siglum non scripsit is qui exaravit librum ***F***, sed pro correctura manus recentior vel (= ***F***^{3}) manus recentissima saeculi fere XV. idem valet de ceteris libris.
sscr = supra (vocem illam sc, cuius antea mentio facta est) scriptum est vel supra scripsit.
s l vel *i l* = supra lineam, inter lineas scriptum.
ex corr = littera vel aliquot litterae modo notatae per correcturam factae sunt
i mg = in margine scriptum.

om = omisit, omissa, non scripta sunt.
del Hs = delevit haec ut subditicia primus Heinsius. idem valet de ceteris viris doctis.
// /// = duae, tres litterae erasae sunt.
cett = ceteri libri praeter eos qui nominantur.

Tenendum est fieri potuisse ut e libris antiquissimis me non notante aliquot lectiones in aliquot ϛ transirent.

LIBER PRIMUS.

In nova fert animus mutatas dicere formas
corpora: di, coeptis (nam vos mutastis et illas)
adspirate meis primaque ab origine mundi
ad mea perpetuum deducite tempora carmen.
Ante mare et terras et quod tegit omnia caelum — *Mundi origo.*
unus erat toto naturae vultus in orbe,
quem dixere chaos: rudis indigestaque moles,
nec quicquam nisi pondus iners congestaque eodem
non bene iunctarum discordia semina rerum.
nullus adhuc mundo praebebat lumina Titan,

TESTIMONIA.

1 *Stat Silv II 7, 78*: et qui corpora prima transfigurat.

1 *sq Hugo de Trimberg (ca 1260) Registrum multorum auctorum p 19 Huemer*: 'In nova—mutastis et ipsas—tempora carmen'.

5 *sq Lactant div inst II 8, 8 Brandt*: nec audiendi sunt poetae, qui aiunt chaos in principio fuisse, id est confusionem rerum atque elementorum, postea vero deum diremisse omnem illam congeriem singulisque rebus ex confuso aceruo separatis in ordinemque discriptis instruxisse mundum et ornasse.

P' OVIDII NASONIS METAMORPHOSES LIBER. I. CVM SVIS NARRATIONIBVS INCIP' *M* INCIPIT OVIDII (NAS METAM *paene evanida*) ORPHOSEO *l* INCIPIT. I. LIBER OVIDII METAMORPHOSEOS *e* Inuocatio. metamorphoseon. I. liber p ouidii *α* incipit p. n. o. Metamorpho sis *ε nullus titulus in N h f.*

1/199 *exstant in α* ‖ *primae paginae (1/55) versus ita evanuerunt, ut perpauca legi possint l* **1/4** *del (cf p 27 Hedicke) Bentley* **1** En noua (*sed primum fol continens vv 1/53 deperditum manu scriptum exstat*) *R* **2** düceptis *ε M* corp. concoeptis *α* uos *i r n h*³ nam di mutastis et illas *α ε φ ς* illa ‡ *μεταβάλλετε* (= mutatis) *Plan* illas *e* mut. easdem *ς* et ipsas *Hugo de Trimberg* et illac *Merkel*² et illa (cœpta *sc, cf De Ov poet p 83 Hartman*) *Lejay* ‖ vos *accusativum atque* et *copulativo sensu esse vult (p VI) Pascal* **4** continuum *ς* **5** et tellus *cc Viviani et Medic Burm* **6** uůltus *α* **7** rudis digestaque (*corr m2*) *ε* **8** *om α* coniestaque (*sic*) *e* eḍodem *ε* cong. in unum *ς* **9** dissortia *Hs* **10** adhuc tytan pr. l. mundo *e*

nec nova crescendo reparabat cornua Phoebe,
nec circumfuso pendebat in aëre tellus
ponderibus librata suis, nec bracchia longo
margine terrarum porrexerat Amphitrite;
utque erat et tellus illic et pontus et aër,
sic erat instabilis tellus, innabilis unda,
lucis egens aër: nulli sua forma manebat,
obstabatque aliis aliud, quia corpore in uno
frigida pugnabant calidis, umentia siccis,
mollia cum duris, sine pondere, habentia pondus.

---

11 19 25 *Ecbasis Captivi 722/24 Voigt* frigida dum pugnant calidis, humentia siccis Dum nova crescendo reparabit cornua Phoebe, Sit nobis solidum concordi fedele pactum.

13 *Charisius Ars Gramm I (Keil I 65)*: apud auctores margo masculino quoque dicitur genere, ut apud Ovidium: 'brachia longo margine'. ‖ *Schol Iuv Sat I 5 Jahn:* marginem feminino genere dicit, Ouidius masculino dicit.

15 *Porfyrionis Commentum in Hor. Flaccum ad c III 4, 29 (ed Holder)*: 'Vt' enim veteres nonnumquam pro locali particula ponebant, ut Vergilius in quinto: 'Caesis ut forte iuuencis' pro ubi caesis', ut Ouidius: 'Qua[e]*que* fugit [quae refugit *cod antiquissimus saec IX Vatic 3314 sive Ursin.* quaq; fugit *Par 7988 saec XV* quaque fuit *Fabricius*] tellus illuc ut pontus et aer'.

19 *sq Orientius Commonitorium I 603 Ellis*: Et cum flammiferis frigentia, mollia duris, Siccis cum pugnent umida, lenta citis. ‖ frigida pugnabant—habentia pontis] *citat nomine Ovidii non addito Isidor Orig I 35 (36), 21.*

---

11 nascendo φ Nec sua cr. renouabat *cBersmanni* reparabat (n̓ nn̄ fac̄ *sscr*) ***M*** 12 arce (*incertum*, ære *sscr*) ε 13 libranda ς br(ac *ir*)hia ***M*** 14 amphitrite α amphitri/tes (d *eras videtur*) ***M*** amphitrites ε *f* ς amphi(y)trides ***N e Ben*** 15 *sic h* ς *Merkel²* Utque erat et tellus illic et pontus et aether (*item p 222 sq Bernardini*) φ Útque erat tellus illic et pondus et ær α Vtq^{a} (^{a} *incertum*) erat et t. i. et p. et ether ε Quaque (*i r* ***M***) erat et t. i. et p. et aether ***M f*** ς ω Ut qua erat et t. illic et p. ær *e l* ς *ὡς ἔνθα γῆ ἦν, ἐκεῖ καὶ πόντος ἦν δυοῦ καὶ ἀήρ· οὕτως Plan* Set qūa erāt t. *cLeid Voss 51* Quaque erat tellus *vel* Qua erat et t. *vel* Quamquam erat et t. *vel* Atque ubi erat t. *vel* Ast ubi erat t. ς Atque (ub *ir*)i tellus illic et p. et ether ***N*** Quaque fuit tellus — ær ς *vulgo olim* Quae refugit t. illuc ut pontus et ær *cUrsin (saec IX) Porfyrionis* ‖ quoque ierat tellus *coni Hs* utque fuit t. illic, ut (*vel* ubi) *Burm* utque ær, tellus illic — aether (*cf Hauptii opusc II 195sq et quae dixi NJhbb 1887, 199) Haupt* iunctaque erant tellus *Korn* utque ubi erat t. *PrLeoben 1871, 13 Rappold* qua refugit tellus, illuc et p. et ær (*ex Porf*) *RevdPh 1895, 153 Lejay* atque erat ut (= ubi) tellus, illic et p. et aēr *Fr Vollmer* 16 inna bilis ε 17 ^{a}ęr α 18 corpora in unum ε φ 19 pungnabant ε ca/lidis ***M*** humentia α ε 20 pondere, habentia *distinx praef p VI Merkel², virgulam omittunt vulgo* // sine pondere pondera rebus *RevdPh 1884 Desrousseaux*

Hanc deus et melior litem natura diremit.
nam caelo terras et terris abscidit undas
et liquidum spisso secrevit ab aëre caelum.
quae postquam evolvit caecoque exemit acervo,
dissociata locis concordi pace ligavit.
ignea convexi vis et sine pondere caeli
emicuit summaque locum sibi fecit in arce;
proximus est aër illi levitate locoque;
densior his tellus elementaque grandia traxit
et pressa est gravitate sua; circumfluus umor
ultima possedit solidumque coërcuit orbem.
Sic ubi dispositam quisquis fuit ille deorum
congeriem secuit sectamque in membra coegit,
principio terram, ne non aequalis ab omni
parte foret, magni speciem glomeravit in orbis.
tum freta diffudit rapidisque tumescere ventis

---

21 *sq Lactant div Inst I 5, 13 Brandt*: Ovidius quoque in principio praeclari operis sine ulla nominis dissimulatione a deo quem ‘fabricatorem mundi’ [57], quem ‘rerum opificem’ [79] vocat, mundum fatetur instructum. — *idem in epitom. Div Inst 3, 5*: ne Ovidius quidem ignoravit a deo instructum esse mundum: quem interdum ‘opificem rerum’, interdum ‘mundi fabricatorem’ vocat.

22 *citatur* [abscidit in undas] *in c Vat Bibl reg Christinae 215 (saec IX), cf ad I 219.*

36 *sq Lact div Inst II 5, 1 sq*: ubi sedes, ubi habitatio est, qui terram stabili firmitate suspendit, qui caelum distinxit astris fulgentibus, qui solem rebus humanis clarissimum ac singulare lumen in argumentum suae unicae maiestatis accendit, terris autem maria circumfudit, flumina sempiterno lapsu fluere praecepit, ‘iussit et extendi — lapidosos surgere montes’, quae utique omnia non Iuppiter fecit, qui ante annos mille septingentos natus est, sed ‘ille opifex rerum, mundi melioris origo’.

---

21 Hanc litem d. et m. natura *Ben* aut melior *ad Lucr II 119 Wakefield* litem (t limitem *sscr*) *α* 22 celo et terras *l* abstulit *ε* 23 æthere (æth *i r*, ære *sscr m2*) cēlū *M* (a *i r*)ere *N* ethere *ε ς* 24 diremit *e* 25 concordia pace locauit (t ligauit *sscr*, locauit *virgula del*) *α* legauit *ε* 27 fecit *α ε M ς* leget *l* legit (*ex X 43*) *cett ω* 29 Densior hic *α* /elementaque (h *eras*) *M* densior his (est *sc*), el. *distinx Burm, sed* que—et *inter se respondent cf Rappold p 19sq* 30 sua *α ε O ς* sui (*de l non liquet*) *h e f ς ω vulgo olim* circumpluus (*ut videtur*) *α* humor *α ε* 31 extima (*probante Opp II 200 Hauptio*) *ad Lucan IX 456 Bentley* solidum cohercuit *e* 34 33 (*sed signo ↰ addito verus ordo restitutus est*) *α* possidet *ε* 33 coegit *α Ehwald* redegit *A ω vulgo* 34/35 aequ. ab omni Ab omni parte (*sic*) *α* 36 Tunc *M f* diffundit *α* diffundi *ς Burm* tumidisque *e* rabidisque *ς Burm*

iussit et ambitae circumdare litora terrae.
addidit et fontes et stagna inmensa lacusque
fluminaque obliquis cinxit declivia ripis,
quae, diversa locis, partim sorbentur ab ipsa,
in mare perveniunt partim campoque recepta
liberioris aquae pro ripis litora pulsant.
iussit et extendi campos, subsidere valles,
fronde tegi silvas, lapidosos surgere montes.
utque duae dextra caelum totidemque sinistra
parte secant zonae, quinta est ardentior illis,
sic onus inclusum numero distinxit eodem
cura dei, totidemque plagae tellure premuntur.
quarum quae media est, non est habitabilis aestu;
nix tegit alta duas: totidem inter utrumque locavit
temperiemque dedit mixta cum frigore flamma.
Inminet his aër, qui quanto est pondere terrae,
pondere aquae levior, tanto est onerosior igni.
illic et nebulas, illic consistere nubes
iussit et humanas motura tonitrua mentes

37 *Priscianus X 56 ed Hertz* (*Keil II 547*): quippe producta paenultima: ‘ambītus ambīta ambītum’. ut Ovidius in I metamorphoseon: Iussit et ambītae circumdare [circundare *GLK*] litora terrae. — *ib XI 33*: ab ‘ambio ambitus’ correpta paenultima, quando nomen est; nam in participio producitur. Ovidius in I metamorphoseon: Iussit et ambītae circumdare [circundare *GLK*] litora terrae.

37 iussit—terrae] *citat Ovidii nomine addito* (OVĪD) *bis* (*vv 24. 98*) *Mico, qui ab anno 825 ad a 853 floruit, in opere prosodiaco. cf Traube poetae Lat aevi Carol III 272. 280. 283.*

55 *Seneca N Q II 1, 2 Gercke*: haec sunt nubila imbres nives ⟨venti terrae motus fulgura⟩ ‘et humanas motura tonitrua mentes’.

37 litera (*corr m 2*) ε 38 īmīsa α immensaque stagna ς *Burm* fontes immensa et st. *Misc cr² 287 Dawes* 39 cincxit *M* cigxit (nc) declidia (v) ε 41 conueniunt *vel* proueniunt ς partim partimque rec. ε ς campoque recepto α 43 ualles subsidere campos α 44 rurgere (*corr*) α 45 Atque duae ε caelum dextra *e* 46 secent *e* 49 estu *i r n* 50 inter utrumque ς *Burm* in utrumque α inter utramque *A* utranque *A* inter utrasque *ZÓG 1881, 805 Rappold* 52 pondere terrae *i r N* 53 *om* (*add m 2*) *N* pondere aquae leuior *recepi* (*cf NJhbb 1891, 692*) *ex A ω* pondus aquae leuius (*item Exc Calandrae*) *ex cod* ‘*pervetusto*’ *Alexandri Philomeni* (*cf Coll hecatostys Fani 1508*) *Constantius Fanensis vulgo* ‖ igne ε *e f n ω* ignem *h* 54 considere *Hs* 55 motura] *omnes litt praeter* n (*priores dico virgulas litterae* m) *a m 2 M*

et cum fulminibus facientes fulgora ventos.
his quoque non passim mundi fabricator habendum
aëra permisit: vix nunc obsistitur illis,
cum sua quisque regant diverso flamina tractu,
quin lanient mundum: tanta est discordia fratrum.
Eurus ad auroram Nabataeaque regna recessit
Persidaque et radiis iuga subdita matutinis;
vesper et occiduo quae litora sole tepescunt,
proxima sunt Zephyro: Scythiam septemque triones
horrifer invasit Boreas: contraria tellus
nubibus adsiduis pluviaque madescit ab Austro.
haec super inposuit liquidum et gravitate carentem
aethera nec quicquam terrenae faecis habentem.
vix ita limitibus dissaepserat omnia certis,
cum, quae pressa diu massa latuere sub illa,

---

61 *sq Seneca N Q V 16, 1*: venti quattuor sunt, in ortum occasum meridiem septemtrionemque divisi; ceteri, quos variis nominibus appellamus, his applicantur. 'Eurus ad Auroram Nabataeaque [nabatheaque *optimi libri*] regna recessit —proxima sunt zephyris. Scythiam septemque triones—pluvioque madescit ab austro'.

64 *Diomedes Ars Gr* (*Keil I 436*): Continuatio est rerum contexta dictio ut 'Scythiam septemque triones' [trionis *BM*].

---

56 fluminibus ε facientis *R* fulgora *recepi* (*cf NJhbb 1891, 697 sq*, fulgura *olim e coni Jac a Cruce*) *ex* α frigora (*frustra def p 226 Bernardini, cf BPhW 1911, 206*) *A* ω *vulgo* uentes ε **57** frabricator *l* **59** rotat—fulmina α regant *M V Hs* regat ε *N e l* ς *Jahn* regat rectur' *h* flamina motu *s* tactu (*corr*) *l* **60** Cum lauent ε **61** furus (ł eurus *i mg m1*) — nabateaq̄ (q̄ = quae) α nabataeaque ς *V vulgo* nabateaque ς nabathaeaque ς *A Burm* εἰς ἕω καὶ τὴν Ναβαταίαν *Plan* nabatheaque *O* ς* *f* ς *R* **63** Vespere et ε Uesper et (ł uesperet verbum primę coniūg *sscr*) α **64** tradita sunt *Bentley* zephiro α zephyris *Seneca* quae lit. s. t. proxima, sunt Zephyri *inde Fr Vollmer* ‖ si(y)thiam *e l* ς scythian *cBerol R Bothe* ‖ septemque triones α ε ς* *f n* ς *Seneca wRiese* Σκυθίαν δὲ καὶ Ἄρκτους *Plan* trionis *Diomedis cc Par 7493 et Monac* septemque trionem *O ccBernegg et Urbin Hs vulgo* **66** pluviaque (*sic cGoth, item cMediol Senecae*) *Pr Meissen 1896 J Gilbert* καὶ ὑετοῖς *Plan* pluuioque *A* ω *Seneca vulgo* **67** Nec super *f* et grauitate carentem *add* l^2 **68** Aera (*corr m 2*) *N* **69** Atque ea lim. α Vix ea (e *i r M*) *M* ς *Hs* Vix ita ea *l* Vix à lim. φ Vixque ita *ccSprotii et Ups* // dissaepserat *Merkel* dissepserat α φ *frg Leodiense Hs vulgo* disserpserat *N* discepserat ς dicerpserat ε discerpserat *M n* ς* ς *RV* discerserat *s* discreuerat l^2 *f* ς *A* **70** Cumq, (= cumque) α *l* Tum quae *M* Quaeque diu pressa massa lat. ε *cRhenov* pressa diu fuerant caligine ceca (multa *N*) α *N Ehwald* massa lat. sub ipsa ς *f* ς ω

sidera coeperunt toto effervescere caelo.
neu regio foret ulla suis animalibus orba,
astra tenent caeleste solum formaeque deorum,
cesserunt nitidis habitandae piscibus undae,
terra feras cepit, volucres agitabilis aër.
Sanctius his animal mentisque capacius altae
deerat adhuc et quod dominari in cetera posset.
natus homo est, sive hunc divino semine fecit
ille opifex rerum, mundi melioris origo,
sive recens tellus seductaque nuper ab alto
aethere cognati retinebat semina caeli;
quam satus Iapeto mixtam pluvialibus undis
finxit in effigiem moderantum cuncta deorum.
pronaque cum spectent animalia cetera terram,
os homini sublime dedit caelumque videre

---

76 *sq Lactant div inst II 8, 64 Brandt*: Ovidius perfecto iam mundo et universis animalibus figuratis hoc addidit 'sanctius his animal mentisque capacius altae derat [derat PV^1 deerat *BR* dederat *H*] adhuc et quod dominari in cetera posset, natus homo est'.

84 *sq Lactant div inst II 1, 15*: quod optime ingeniosus poeta signavit 'Pronaque cum — tollere vultus'.

Baeda Hexaemeron I p 29 (*Migne 91*): iuxta quod quidam poetarum dixit: 'Pronaque cum — tollere vultus' ‖ *Isidor Orig XII, 5*: Graeci autem hominem *ἄνθρωπον* appellaverunt eo, quod sursum spectet sublevatus ab humo ad contemplationem sui. Quod Ovidius poeta designat, cum dicit: 'Pronaque cum spectent—tollere vultus'. ‖ *Joannes Saresber Policrat VIII 24* (*II 414 Webb*): cuius est, cum cetera animalia prona ferantur in terram, celum et quae celestia sunt erecta dignitate corporis et animi contemplari. ‖ *In cod Prudentii Oxon* (*Bibl Bodl Auct F III 6*) *adscriptum est i mg fol 168^b ad librum contra Symm II 260 sq a manu saec XI ineuntis hoc scholion, quod mecum communicavit REllis:* Inter reliqua animalia solus homo rectus incedit et celum aspicit de quo ouidius 'cœtera eum prona ∾speetent animalia ternvs (*sic*) os hominis sublime—et erectus ad s. tollere uultus'.

---

71 feruescere *l f ς* clarescere *vel* splendescere *ς* 72 orba suis animalibus ulla *l* animantibus *ς Hs vulgo olim* 74 habita/te *ε* 75 coepit *M f* abitabilis (*corr m 2*) *N* habitabilis *φ cBersmànni* 76 his *i r M* 77 et qui *f ς* cetā (= cetera, ¯*i r*) *M* possit *N ς* deerat adhuc. et qui—possit, natus *Animadv in Ov* (*1814*) *Kromayer* 79 Ille (dſ = dominus *sscr*) *α* melioris imago (ł origo *sscr h*) *h ς* 80 sū recens t. eductaque *α* 81/193 *insunt in π* 81 retinebant *α* 82 sat usia peto *α* pluuialibus *recepi* (*cf NJhbb 1891, 700 et IV 282*) *ex α L* fluuialibus *A ω vulgo* 83 Fin(xit ab et effigiem moderantium c. deorum *i r m 2*) *M* moderantum (i *add m 2*) *N* moderancium *l* cunc(ta deorum *i r m 2*) *N* 84 quom *f* 85 Os hominis ubi me *α* Os ominis h *e* caelumque tueri (*ex Aen IV 451*) *ς Hs vulgo olim*

iussit et erectos ad sidera tollere vultus.
sic, modo quae fuerat rudis et sine imagine, tellus
induit ignotas hominum conversa figuras.
Aurea prima sata est aetas, quae vindice nullo, *Quattuor aetates. Gigantes.*
sponte sua, sine lege fidem rectumque colebat.
poena metusque aberant, nec verba minantia fixo
aere ligabantur, nec supplex turba timebat
iudicis ora sui, sed erant sine vindice tuti.
nondum caesa suis, peregrinum ut viseret orbem,
montibus in liquidas pinus descenderat undas,
nullaque mortales praeter sua litora norant.
nondum praecipites cingebant oppida fossae;
non tuba directi, non aeris cornua flexi,
non galeae, non ensis erant: sine militis usu
mollia securae peragebant otia gentes.
ipsa quoque inmunis rastroque intacta nec ullis
saucia vomeribus per se dabat omnia tellus;
contentique cibis nullo cogente creatis
arbuteos fetus montanaque fraga legebant
cornaque et in duris haerentia mora rubetis
et quae deciderant patula Iovis arbore glandes.

---

100 *Orientius Commonitorium II 339 Ellis:* Mollia securis ducentes otia rebus.

105 *Petronius Frg XXXV 3 Buechel*[4]: Vile holus et duris haerentia mora rubetis.

---

89 satest[a] ε aetas *om* f iudice f *R* 90 rectamque tenebat *cUps* 91/93 *om* α ε π N h e ς *add i mg* l n 91 minantia h ς ω *Jahn* minācia (= minancia) M l n minacia (*sed cf PrSG 1887, 11*) ς *Burm vulgo olim* uincla min. s *cUpsal* ς minantia collo s fisso ς fixta (*ut videtur*) l 92 ligabantur M l n g ς *cUps R Jahn* ἐν χαλκαῖς πύρβεσιν ἐκολάπτετο *Plan* legebantur f ς *VA Hs vulgo, sed recte dicit poeta in legum tabulis fixis verba minantia ligata sive iuncta (cf. 25) esse, i e* ‘*wurden verbunden zu einem zusammenhängenden* ‘*Texte*’ ‖ simplex turba ς timebant ς *Burm* 93 iudice f ς ω *vulgo ante Riesium* tuti] leges i r l 94 ut *om* f uiserat α uisceret ε 95 d//enderat (en i r m 2) c transcederat *R* 96 mortales, praeter sua, litora *distinx Bentley* 97 cingebant moenia *cSprotii* 98 Non(dum *paene eras*) tuba—carnua α derecti *post Pollium Housman* 99 erant α ς *vulgo* erat (*fort recte, cf Tib I 10, 9*) A ω *Jahn* non militis usus ε 100 secure (*sic R*) — ocia l mentes ł cultore[2] *cGronov Burm* 102 Saucea (*corr*) ε 103 gogente (*corr*) α cogente l cultore g ς 104 Arboreos ς *R* fragra f 105 herencia l horrentia ς poma rubetis (. i . rubus *sscr*) α

ver erat aeternum, placidique tepentibus auris
mulcebant zephyri natos sine semine flores.
mox etiam fruges tellus inarata ferebat,
nec renovatus ager gravidis canebat aristis;
flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant,
flavaque de viridi stillabant ilice mella.
Postquam, Saturno tenebrosa in Tartara misso,
sub Iove mundus erat, subiit argentea proles,
auro deterior, fulvo pretiosior aere.
Iuppiter antiqui contraxit tempora veris,
perque hiemes aestusque et inaequalis autumnos
et breve ver spatiis exegit quattuor annum.
tum primum siccis aër fervoribus ustus
canduit et ventis glacies adstricta pependit.
tum primum subiere domos (domus antra fuerunt
et densi frutices et vinctae cortice virgae),
semina tum primum longis Cerealia sulcis
obruta sunt, pressique iugo gemuere iuvenci.
Tertia post illam successit aënea proles,
saevior ingeniis et ad horrida promptior arma,
non scelerata tamen. de duro est ultima ferro.

---

111 *Lactant div inst V 5, 7 Brandt*: ut intellegamus tam liberales fuisse homines, ut natas sibi fruges non includerent nec soli absconditi incubarent, sed pauperes ad communionem proprii laboris admitterent, ‘flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant.’ ‖ *Hieron comm in Js IX 30 (t IV A p 416 Vallarsi)*: tunc de montibus et collibus iuxta fabulas poetarum et Saturni aureum saeculum lactis rivos fluere et de arborum foliis stillare purissima mella.

---

107 euris *α* austris (ł auris *sscr n*) *N ς* 108 Mulgebant — zephiri *α* nato (s *add m 2*) *l* 109 terra inarata *R* 110 ager placidis *cUpsal* canebat *l* candebat *f* 113 Tartara merso *g* 114 *bis scriptus* (*corr m 2*) *h* subiit *α φ N ς R* subſit *ε* subiitque *M n ς V Regius* subiit hinc *l* subit hic *f* 116 aeterni *ς* 117 Per qd’ (*i e* quod) hyemes *f* inaequalis *α N* inaequales *ε π M f* *ς** *ς vulgo* autumnus *α* 118 In (*corr m 2*) bre(ue uer *i r m 2*) *N* uer *om f* Et breuibus spatiis *ς* IIII annū *α* quatuor *ε* diuisit *vel* perfecit *ς* 119 *om f* Tunc *N ς* ictus *g* 120 et tectis *cBas* astricta *α* 121*sq* Tunc *N ς* sub. domos *α N l g e*² *ς ω Hs* sub. domus *ε M h ς Jahn vulgo* fuere *ς R Jahn* fructices *α f* iunctae *g ς V Regius* uictae *f parenth posuit Ehwald* 123 tunc *ς* 124 Obruta subque iugo *cUps* iemuere (*corr m 2*) *M* 125 illas *l ς vulgo ante HAKochium* 126 promtior *ε* 127 Nec scelerata *h ς Burm* celerata (*corr m 2*) *ε*

protinus inrupit venae peioris in aevum
omne nefas: fugere pudor verumque fidesque;
in quorum subiere locum fraudesque dolique
insidiaeque et vis et amor sceleratus habendi.
vela dabat ventis (nec adhuc bene noverat illos)
navita; quaeque diu steterant in montibus altis,
fluctibus ignotis exsultavere carinae,
communemque prius ceu lumina solis et auras
cautus humum longo signavit limite mensor.
nec tantum segetes alimentaque debita dives
poscebatur humus, sed itum est in viscera terrae:
quasque recondiderat Stygiisque admoverat umbris,
effodiuntur opes, inritamenta malorum.
iamque nocens ferrum ferroque nocentius aurum
prodierat: prodit bellum, quod pugnat utroque,
sanguineaque manu crepitantia concutit arma.
vivitur ex rapto: non hospes ab hospite tutus,
non socer a genero; fratrum quoque gratia rara est.

---

138 *sq Lactant div inst VII 3, 9*: ad eruendas opes interiora terrae viscera effodiuntur.

140 Effodiuntur — malorum] *citatur versus nomine Ovidii non addito in libello, qui inscribitur 'Exempla diversorum auctorum' quae congessit (cf Ind. schol. aest Hal 1872) HKeil Nr. 152.*

144 *sq Seneca De ira II 9, 2*: undique uelut signo dato ad fas nefasque miscendum coorti sunt: 'non hospes ab hospite tutus — patrios inquirit in annos'.

144 *sq Seneca De benef V 16, 3 Hosius*: ex medio conventu populos gentesque damnatura vox mittitur: 'non hospes ab hospite — illa mariti'.

---

128 irrumpit ς *Burm* erupit ς irrupit — p̄ (*i e* per) oris *α* uaene pei. *π* 129 fugitque pudor *α Ehwald* 130 loco ς dolisque *α* 131 Insidiaeque tuis *α* uis (et *add m 2*) amor *l* 132 dabat (at *partim i r* ***M***) ***O h l f g*** ς *VABach* dabant *α e* ς *R Hs vulgo* dabunt *ε* ‖ neque *α ε π e* ς 133 quaeque prius *α* montibus alni *Gronov* 134 exultauere (*cf NJhbb 1891, 700*) *α* insultauere ***A*** *ω vulgo* 135/189 *exstant in τ* 135 auræ(e) *ε τ m* ς* ς aura *cSprotii* 136 humanum *f* mensor (n *et* r *ex corr i r*) ***M*** messor *f* ς *ω* fossor *cSprotii ὁ γεωργός Plan* 137 alimentaque micia (*cf II 288 V 342*) *cUps* per uiscera ***N*** 139 stygiis (que *add* h^2) *α h f* stigisque *ε τ* (ad *i r m 2*) mouerat *l* 140 Effoduntur (*corr m 2*) ***M*** inritamenta *ε π* irritamenta (irita m̄ta *sscr m*) ***M*** *cett* 142 Prodiderat *α ε* Prodi/erat (d *sscr e*) *e τ* Prodierant *cGronovii Burm vulgo olim* prodiit *α* 143 trepidantia ς 144 raptu *ε τ* ς ospes—ospite (*corr*) *ε* 145 Nec socer *ed Vincent 1555*

inminet exitio vir coniugis, illa mariti;
lurida terribiles miscent aconita novercae;
filius ante diem patrios inquirit in annos.
victa iacet pietas, et virgo caede madentis,
ultima caelestum, terras Astraea reliquit.

Neve foret terris securior arduus aether,
adfectasse ferunt regnum caeleste Gigantas
altaque congestos struxisse ad sidera montes.
tum pater omnipotens misso perfregit Olympum
fulmine et excussit subiectae Pelion Ossae.
obruta mole sua cum corpora dira iacerent,
perfusam multo natorum sanguine Terram
inmaduisse ferunt calidumque animasse cruorem,
et, ne nulla suae stirpis monimenta manerent,
in faciem vertisse hominum. sed et illa propago
contemptrix superum saevaeque avidissima caedis
et violenta fuit: scires e sanguine natos.

---

148 *sq* filius ante diem — terras Astraea reliquit] *citat Vincentius Bellovacensis Speculum historiale VI 116 Tom IV 215 ed. a. 1624* [148 filius ante patrem].

150 *citat* [caelicolum] *Otto de Freising Gesta Friderici I 8 (Waitz p 19).* || *Joann Saresber Policrat VII 21 (II p 200 W)*: nostro tempore quo . . Astream relictis hominibus ad celos constat rediisse.

---

146 *i mg* h^2 congis ε 147 Lurida *l* Pallida *cUps* terribilis α 148 incurrit *e* ς occurrit ς desyderat annos *f* 149 Pietas (*maiuscula littera*) *Burm* madentis α *N* cedema dentis π madentes *cett* ω *vulgo* 150 caelest/um τ caelestium *f* caelicolum *Otto de Freising* astra ea α 152 Affectasse α ε ς Infectasse ς gigantas α ε *N* ς gigant(e *i r*) s*M* gigantes π *n* ς^* ς ω 153 Altaque (turris nebroth *sscr*) — montes α coniectos *e* ς duxisse *l* 154 omnipudens *N* 155 subiectae (*cf ZGW XXXIX 96 HJMüller*) α *et pro div lect cSprotii τὸ Πήλιον ἐξετίναξε τῆς ὑποβεβλημένης Ὄσσης Plan* subiect(æ *eras*, o *sscr*) *M* subiecto pelion osse *N* subiecto pelio nossæ π subiecto pelion osso(æ) ε τ ς *vulgo olim* subiecto p. ossa *n g* ς *Bothe* subiectum (t to *sscr* e^2) pelion ossæ ς^* *f* ς ω subiectam Pelio Ossam *vel* subiecto Pelio Ossam (*coll Verg georg I 281*) *Hs* 156 *om* ε τ *i mg* (um corpora *abscisa*) τ quom *f* 158 incaluisse *cMedic Burm vulgo olim* tabidumque *ex* calidumque l^2 159 Et (ne *ex* e) *M* nulla fere — monumenta ε monumenta ς *vulgo olim* ferae st. *ccThuan et VossBurm* 160 fatiem ε et *om h* 161 saevæque *om M* seue (que *om*) *m* au. necis (cedis *i mg m 2*) *l* 162 *om* (*i mg add m 2*) *h* sciri/// ε de sanguine *s* ex sanguine *cGoth R* nata(s *fort a m 2*) *l* natam *p* ς

Quae pater ut summa vidit Saturnius arce, *Lycaon.*
ingemit et, facto nondum vulgata recenti,
foeda Lycaoniae referens convivia mensae,
ingentes animo et dignas Iove concipit iras,
conciliumque vocat: tenuit mora nulla vocatos.
Est via sublimis, caelo manifesta sereno:
lactea nomen habet, candore notabilis ipso.
hac iter est superis ad magni tecta Tonantis
regalemque domum. dextra laevaque deorum
atria nobilium valvis celebrantur apertis
(plebs habitat diversa locis): hac parte potentes
caelicolae clarique suos posuere penates.
hic locus est, quem, si verbis audacia detur,
haud timeam magni dixisse Palatia caeli.
Ergo ubi marmoreo superi sedere recessu,
celsior ipse loco sceptroque innixus eburno
terrificam capitis concussit terque quaterque
caesariem, cum qua terram, mare, sidera movit.
talibus inde modis ora indignantia solvit:
'Non ego pro mundi regno magis anxius illa
tempestate fui, qua centum quisque parabat

---

173 *sq Lactant div Inst I 16, 12 Brandt*: si domos habent, consequens est ut et urbes habeant, et quidem auctore Nasone, qui ait 'plebs habitat diversa locis, a [ac PRV hac SH] fronte potentes—penates'.

---

163 uidit summa *N* ς ab arce *h* **164** Ingemuit et *l f* nundum *e* **165** licaoniæ *α* licanię *l* conuiuia cęnę *e* ς **166** animo et dignas *α N Hs vulgo* animos (s *virgula del* ε, ł mo *sscr* e^2) *ε M τ l e n* animo // (et *eras*) dignas *h* animo dignas *f p RV* digna(s *i r*) *M* Ioue *om O* animos, dignas I. c. iras ς *Plan Jahn* animos digna Ioue conc. ira *Capoferreus* **167** Onciliumque ε Consiliumque *cRhenov Hs vulgo olim βουλήν Plan* **170** superis *i r n* **172** balbis *N* **173/74** *del De Ov poet p 87 Hartman* pleps (*corr m 2*) *N* habitant ς *Burm vulgo olim* ‖ hac parte *recepi* (*cf NJhbb 1891, 701*) *ex α* hac fronte (*sic fort Lact Firmianus*) *ε π N τ et e coni Merkel*² a (*i r*, ha *fuit*) fr. *M* a fronte *e f h* ς *ω vulgo* Plebs diuersa locis habitat a fr. *l* potentis *f cUps* a fronte potentes cæl. sibi quisque suos p. penates *Fabri* **176** Haud dubitem ς dixisse magni (*corr*) *h* caeli] regis ς *et i r m* **177** ubi in marmoreo *l* marmorio *τ* marmor(io *sscr*) *ε* **178** ille loco *N* loco (est *virgula del m 2*) *M* insignis (*ex VII 103, sed cf XIV 819*) *cBersmanni Vivianus* **180** mouet *f* **181** ora *om α* indignatia (*corr m 2*) *N* **182** ulla *ε* **183** fuit *α* fui quam (cum *sscr*) *ε* cum (qua *sscr m 2*) *τ* parabant ς *Burm vulgo olim*

inicere anguipedum captivo bracchia caelo.
nam quamquam ferus hostis erat, tamen illud ab uno
corpore et ex una pendebat origine bellum.
nunc mihi, qua totum Nereus circumsonat orbem,
perdendum est mortale genus: per flumina iuro
infera, sub terras Stygio labentia luco!
cuncta prius temptata, sed inmedicabile corpus
ense recidendum est, ne pars sincera trahatur.
sunt mihi semidei, sunt rustica numina, nymphae
faunique satyrique et monticolae silvani:
quos, quoniam caeli nondum dignamur honore,
quas dedimus certe terras habitare sinamus.
an satis, o superi, tutos fore creditis illos,
cum mihi, qui fulmen, qui vos habeoque regoque,
struxerit insidias notus feritate Lycaon?'
Confremuere omnes studiisque ardentibus ausum

184 *Joann Saresber Policrat VII 1 (II 94 W)*: ac si secundum fabulas essent celo captivo brachia iniecturi.

184 v angipedum — brachia α brahia ε 185 quaquam α 187 qua latum (*coll her 9, 14*) *Bauer* circumtonat s ς *Burm vulgo olim* 188*sq* Perdendus f est *om* ς *del Hs* sub terras A *VA* sub terra f ς *Riese* sub terris (*cf V 504*) ς R stigo ε l(u *ex corr*, a *fort fuit*)co M 190 temptata (*cf Prop III 21, 5*) l ς *Merkel* tētata α tentata ς *Hs vulgo olim* tem(ptanda i r m 2) N temp(ten)tanda (sunt *sscr* m) ε π M h e f l^2 ς ω *Bothe* ‖ corpus *recepi* (*cf NJhbb 1891, 694*) *ex* α ε π M l ς uulnus (*i r* n, s. corpus *sscr* h^2) h m n e f l ς ω *vulgo* ‖ *distinxerunt post* (*cf Vind Ov p 3*) *Bothium Suchier* (*NJ hbb 1859, 571*) *et Ehwald, cum vulgo* (*ὄμνυμι . . πάντα μετελήλυθέναι Plan*) iuro *cum* temptata (esse *sc*) *coniunctum esset* ‖ inmedicabile cura *vel* curae *Merkel*^{2} 191 inse α est *om* (*add* n) α N *del Burm* 192/281 *exstant in* γ_1 192*sq sic* α ε π O h ς *Hs* nymphæ Sunt fauni satyrique et R numina (nomina *Regius*) fauni Et nymphæ satyrique et *cMaffeianus VA Regius* sunt mihi r. n. nymphæ Fauni satyrique l nymphæ Et fauni satyrique et e ς Faunique et saty(i)ri et γ_1 g Faunique$^{\text{ot}^2}$ sat. M ‖ monticulæ N silvani] u hic solnitur in uocal ut sit dactil *sscr* α 194 nundum e dignantur f 195 terras certe e R 196 ^{superi}pueri α credimus γ_1 ς 197 cui fulmen *in Bibl Diez 1075 Hs* fulmen uiuos h. α $^{\text{h}^2}$abeoque M 198/255 *om* N *in folio postea inserto add* n 198 motus n notus erit ^{r}ate α 199 confremuere (*cf XV 606 Aen X 96 Il Lat 62*) g ς *A Regius vulgo* Non fremuere α Con(t *ex* f)remuere f Contremuere (*sed cf* studiis ardentibus deposcunt *et 206*) A *Jahn* ausu α 199 304/309 *nullo spatio intermisso* α

talia deposcunt. sic, cum manus inpia saevit
sanguine Caesareo Romanum exstinguere nomen,
attonitum tanto subitae terrore ruinae
humanum genus est totusque perhorruit orbis:
nec tibi grata minus pietas, Auguste, tuorum est,
quam fuit illa Iovi. qui postquam voce manuque
murmura conpressit, tenuere silentia cuncti.
substitit ut clamor pressus gravitate regentis,
Iuppiter hoc iterum sermone silentia rupit:
'Ille quidem poenas, curam hanc dimittite, solvit.
quod tamen admissum, quae sit vindicta, docebo.
contigerat nostras infamia temporis aures;
quam cupiens falsam, summo delabor Olympo
et deus humana lustro sub imagine terras.
longa mora est, quantum noxae sit ubique repertum,
enumerare: minor fuit ipsa infamia vero.
Maenala transieram latebris horrenda ferarum
et cum Cyllene gelidi pineta Lycaei:
Arcadis hic sedes et inhospita tecta tyranni
ingredior, traherent cum sera crepuscula noctem.
signa dedi venisse deum, vulgusque precari
coeperat: inridet primo pia vota Lycaon,
mox ait „experiar, deus hic, discrimine aperto,

---

214 *sq Vincent Bellovac Spec hist VI 116 (IV p 215 ed. a. 1624)*: Quantum noxae sit ubique repertum Enumerare piget. Minor fuit i. inf. vero.

219 *Citatur* [Ingredior—noctem] *in Exemplis diversorum auctorum, quae edidit (Ind schol Hal aest 1872) e cod Vatic Bibl reginae Christinae 215 (saec IX) H Keil. nomen* OVID̄ *additum est i mg., cf Poetae Lat aev Carol III 753 Traube.*

---

200 cum *om f* saevīt (= saeviit) *Douza* **201** cesar(e *ex* i)o *e* **202** tant(a)e subito *ε l ς Burm* subito tantæ γ_1 **203** perorruit *ε h* **204/06** *del p 88 Hartman* **204** augustæ *M* **205** Ioui (*i mg add*) *om ε* posquam *n* **206** *om* (*i mg add m*) *ε M* ‖ *quo versu deleto* Substitit et (qui clamor *sc*) *p 4 Bothe* ‖ comprexit *f* suppressit *ς* **207/08** *del Merkel* **208** rumpit *cRhenov Hs vulgo olim* **209** hanc *om ς* demittite *ς* **210** et quae *e* **212** cupi(ens *ex corr m 3*) *h* **214** noxe quantum *l* **215** Enumera(r *ex* u *m 2*)e *h* Enumerat *f* ‖ Enumerare piget *VincBellov* ‖ hec infamia *e* **216** Menela *ε h V* **217** *om M i mg m* ‖ E cum *ε g* ‖ Cyllene *Plan vulgo* sillene γ_1 cillen (o *ex* a) *h* cilleno *l m n* cylleno *e f ω Burm* spineta (s *a* h^2) *h ς R* licei *ε l ς* **218** hic *recepi ex ε M* hinc *n cett vulgo* ‖ Arcados hic sedes et inospita *ε* Archadis hic s. et in hospita *M* Archadas *n* Archadis *h* Archados *e* Archades *l f* **221** primum γ_1 **222** discrimine certo *n*

an sit mortalis. nec erit dubitabile verum.“
nocte gravem somno necopina perdere morte
me parat: haec illi placet experientia veri;
nec contentus eo est: missi de gente Molossa
obsidis unius iugulum mucrone resolvit,
atque ita semineces partim ferventibus artus
mollit aquis, partim subiecto torruit igni.
quod simul inposuit mensis, ego vindice flamma
in domino dignos everti tecta penates.
territus ipse fugit, nactusque silentia ruris
exululat frustraque loqui conatur: ab ipso
conligit os rabiem, solitaeque cupidine caedis
utitur in pecudes et nunc quoque sanguine gaudet
in villos abeunt vestes, in crura lacerti:
fit lupus et veteris servat vestigia formae.
canities eadem est, eadem violentia vultus,
idem oculi lucent, eadem feritatis imago est.
occidit una domus. sed non domus una perire
digna fuit: qua terra patet, fera regnat Erinys
in facinus iurasse putes. dent ocius omnes
quas meruere pati (sic stat sententia) poenas.’
Dicta Iovis pars voce probant stimulosque frementi

241 *sq* *Seneca N Q IV a praef 19 Gercke*: omnes timere a me incipe. Vergilianum illud exaudi . . aut Ovidianum ‘qua terra patet, fera regnat Erinys [erinis *libri*]: in facinus iurasse putes’.

223 uerom *ε* 224 nec opina *M l* non opina γ_1 225 *i mg ε* (M *i r m 2*)e parat *M* Comprimere haec *ε* 226 est *om h l del Hs* ‖ molosa γ_1 *e n* 228 seminicis *ε* 229 igne γ_1 *ε h* ς 230 Quod *M e f* ς *Ehwald* Quo *ε* Quos (s *i r n*) *h n* ς *vulgo* Q(°s *a m 2*) *l* ł quos *sscr* l^2 231 domino *e cSulmonensi post Ciofanum Hs vulgo*, dominum *A ω* ‖ dignosque *l p* ς *Jahn* dominum et dignos *cSprotii* ‖ et tecta *f εἰς σποδὸν μετέβαλον* (= In cinerem — converti?) *Plan* dominum indignosque everti (*cf 631 IV 138*) *in praef ed Riese* tecta ministros *Bentley* 232 ille *e* ς *Hs* 233 Exul(ulat frustraq; *i r*) *n* Exultat (uel exululat *sscr*) *s* ab illo (tempore *sscr m*) *M h* 235 Utitur γ_1 *M h e g n VA Ehwald*, Vertitur *ε l f s R vulgo* 236 uuillos *e* ui h///los (h *per ras in* l *corr*, l *sscr*) habeunt (*corr*) *M* 237 *del Hartman* 238 *i mg n* canicies *ε* eadem est eadem est *ccBersm et Vratisl* ‖ uultu (*cf ad 239*) ς *Hs vulgo olim* ‖ eadem feritatis imago (est *om*) *e* 239 occuli *ε* lurent *Cambr Ph Soc III 140 Housman* ‖ est *om* ς *R del Hs* ‖ eadem uiolentia uultu *e* 241 fera *om* (*add m 2*) *l* herinis (*i r n*) *f n* erinis (h *sscr m*) *ε M* 242 dent *om f* occius omnis *f* 244 probat *l ccDresd et Goth* ‖ furenti ς *Hs* trementi ς frementes (*cf 199*) *Eranos VII 13 Risberg*

adiciunt, alii partes adsensibus inplent,
est tamen humani generis iactura dolori
omnibus, et, quae sit terrae mortalibus orbae
forma futura, rogant, quis sit laturus in aras
tura, ferisne paret populandas tradere terras.
talia quaerentes (sibi enim fore cetera curae)
rex superum trepidare vetat sobolemque priori
dissimilem populo promittit origine mira.

Diluvium. Deucalion et Pyrrha.

Iamque erat in totas sparsurus fulmina terras:
sed timuit, ne forte sacer tot ab ignibus aether
conciperet flammas longusque ardesceret axis;
esse quoque in fatis reminiscitur, adfore tempus,
quo mare, quo tellus correptaque regia caeli
ardeat et mundi moles obsessa laboret.
tela reponuntur manibus fabricata Cyclopum:
poena placet diversa, genus mortale sub undis
perdere et ex omni nimbos demittere caelo.

Protinus Aeoliis aquilonem claudit in antris
et quaecumque fugant inductas flamina nubes,
emittitque notum. madidis notus evolat alis,
terribilem picea tectus caligine vultum:
barba gravis nimbis, canis fluit unda capillis,

256/58 *Lactant De ira dei 23, 6 (Brandt)*: unde apud Nasonem de Iove ita dicitur: 'Esse quoque in fatis — et mundi moles operosa laboret'.

265 *Hist Apoll reg Tyri XI 4 Riese*: Notus picea caligine tectus.

---

247 orbi ε 248 qui sit ε ς 249 p(are *i r m 2*)t ***M*** ‖ tradere gentes ς *Burm* 250 quaerentesibi$^{s^2}$ ***M*** enī (*ex corr*, ait *fort fuit*) ***h*** fore (-s-nt *sscr m 2*) ***e*** 251 Rex trepidare uetat superum ***l*** sobolemque ***A*** ω subolemque *Bach vulgo* 253 terras — totas γ_1 255 longusque ardes(ceret *i r*) ***n*** totus^{totus}que γ_1 ***e l*** ς *RV* 256 Ipse (*corr ex* esse) quoque γ_1 ‖ fa/tis (c *eras*) ***M*** ‖ a(f *ex* d)fore$^{e^2}$ ε 257 corruptaque regio ***l*** ianua cœli ***s*** 258 Ardebat ***f*** prolos^{e} ε proles (*corr* ***m n***, ł moles operosa *i mg m 3* ***m***) ***O*** ς, *def Boll Filcl XVII 208 Bernardini* ‖ obsessa ε ***O h*** ς *Ehwald*, operosa ***l h***^{2} ***f*** ς *Lactant Firmianus vulgo*, onerosa ***e*** oppressa *cRhenov* 259 fabricata manibus (*corr* ***h*** ciclopc$^{\bar{v}}$ ε 261 demittere ε ***M*** ς *Merkel* dimittere *cett vulgo olim* 262 claudit$^{s^3}$ ***l*** clausit ***e*** ς 263 fugent *Hs* nimbes (*virgula del*, nubes *sscr*) ε 264 Emittatque (*corr*) ***M*** Emittit nothum ***f*** euolat nothus ***h*** aduolat ***e*** nothum — nothus ε ***N l*** 265 uultus (*corr*) ***M*** 266 madidis fluit ς fuit (*corr*) ***N*** ruit ***e*** pluit *Hs*

fronte sedent nebulae, rorant pennaeque sinusque.
utque manu late pendentia nubila pressit,
fit fragor; hinc densi funduntur ab aethere nimbi.
nuntia Iunonis varios induta colores
concipit Iris aquas alimentaque nubibus adfert.
sternuntur segetes et deplorata coloni
vota iacent, longique perit labor inritus anni.
Nec caelo contenta suo est Iovis ira, sed illum
caeruleus frater iuvat auxiliaribus undis.
convocat hic amnes. qui postquam tecta tyranni
intravere sui, 'non est hortamine longo
nunc' ait 'utendum. vires effundite vestras:
sic opus est! aperite domos ac mole remota
fluminibus vestris totas inmittite habenas!'
iusserat; hi redeunt ac fontibus ora relaxant
et defrenato volvuntur in aequora cursu.
ipse tridente suo terram percussit: at illa
intremuit motuque vias patefecit aquarum.
exspatiata ruunt per apertos flumina campos

---

272 *sq Seneca NQ III 28, 2*: sed adhuc in damna profectum est: 'sternuntur segetes et deplorata colonis — labor irritus anni'.

274 *sq Scholia Bern in Lucan (Usener) V 621*: sic et Ouidius 'nec caelo — auxiliaribus undis'.

285 290 292 304 *Seneca NQ III 27,13,14 Gercke*: . . ut ait ille poetarum ingeniosissimus egregie, sicut illud pro magnitudine rei dixit 'omnia pontus erat [erant *c Berol 5 XIII*], deerant quoque litora ponto' [292], ni tantum impetum ingenii et materiae ad pueriles ineptias reduxisset: 'nat lupus inter oves, fulvos vehit unda leones' [304]. non est res satis sobria lascivire devorato orbe terrarum. dixit ingentia et tantae confusionis imaginem concepit, cum dixit: expatiata ruunt per apertos flumina campos [285] . . . [*cetera Sen non habet*] pressaeque labant [latent *F, de λ non liquet*] sub gurgite turres' [290].

---

268 lata (e *sscr* ε^2) ε '*meliores*' *Heinsii Burm* lente *cDresd* 269 et densi ε γ_1 *g* ς^* ς ω inclusi *Merkel* 270 indu/ta *e l* inducta ς 271 åffert ε 272 coloni (*cf VIII 291*) ε *N* ς colonis γ_1 *M n* ς^* ω *Seneca Jahn* 273 labor perit *l ccBersm et Vratisl Hs vulgo olim* 274 est *om e ccGoth Rhen, del Hs* ‖ illam *Hs* 275 auxiliantibus *N* 276 $\overset{i^2}{\text{ams}}$ (a *i r m 2*) *M* ł amnes *i mg m*, amnes *i r n* 277 non $\overset{\cdot\bar{e}\cdot^2}{\text{oms}}$ (oms *virgula deletum*) *M* 278 Hic ait *cPal* ‖ exundite *f* uestras effundite uires *h* 279 (S *i r*, H *fuit*)ic *M* ‖ $\overset{ł\ \text{remota}^2}{\text{retenta}}$ *e* 280 dimittite *vel* emittite ς 281 hii-hora *h* et f. γ_1 ς 282 aequore *e* 283 $\overset{ł\ \text{ille}}{\text{Ipse}}$ *l* 284 Infremuit (*corr m 3*) *N* motuque sinus ς *Burm vulgo olim* 285 Exspaciata (spercipennonte *sscr m 1*) ε Et spatiata *e f* ‖ campos *i r n*

cumque satis arbusta simul pecudesque virosque
tectaque cumque suis rapiunt penetralia sacris.
siqua domus mansit potuitque resistere tanto
indeiecta malo, culmen tamen altior huius
unda tegit, pressaeque latent sub gurgite turres.
Iamque mare et tellus nullum discrimen habebant:
omnia pontus erant; deerant quoque litora ponto.
occupat hic collem, cumba sedet alter adunca
et ducit remos illic, ubi nuper ararat,
ille supra segetes aut mersae culmina villae
navigat, hic summa piscem deprendit in ulmo.
figitur in viridi, si fors tulit, ancora prato,
aut subiecta terunt curvae vineta carinae;
et, modo qua graciles gramen carpsere capellae,
nunc ibi deformes ponunt sua corpora phocae.
mirantur sub aqua lucos urbesque domosque
Nereïdes, silvasque tenent delphines et altis
incursant ramis agitataque robora pulsant.
nat lupus inter oves, fulvos vehit unda leones,

---

304 *Eutyches Ars II 9* (*Keil V 479*): In no desinentia quacumque vocali antecedente brevi vel longa primae sunt solius coniugationis, ut no nas nat monosyllabum, Ovidius in libro I metamorphoseon: ‘Nat lupus inter oves’.

---

287 Tecta (que *om*) *f* 288 que *om f* 289 Indecta ε tamen *ex* tam *l* 290 pressaeque labant *Seneca Hs vulgo olim* gurgite terrae *f* 291 Namque *ω* 292 erant *M e* ς erat (*fort recte, cf XV 529*) ε *N f h l* ς *Seneca ω Bentley* ‖ quoque *om f* queque *l* ‖ deerant sed *Bentley* 293 colles *M l* ‖ cumba *Riese* c(i *ex* u)mba/ *N* kimba *M* cy(i)mba *cett ω vulgo olim* 294 arabat (*coll 299*) *Ehwald*, ara(r *ex* b)at *N* arabant *e* arauit *p* ‖ nuper aratra ς *Gronovius* 295/350 *exstant in τ* 295 super ς* ς *vulgo olim* ‖ greges (*corr*) *τ* 296 piscem sera *f* piscem summa ς pisces *e* ‖ piscem deprendit summa in ulmo *l* deprehendit *h* 297 uiridi/(s *eras*) *N* ‖ sic fors ς *Ciofanus* si (*vel* sic) sors ς ‖ ancora ponto *f* 298 terunt *N e* l^2 ς *vulgo*, te(gu *i r*)nt *M*, tegunt ε *τ f h l p* ς *ω* ‖ uineta (winstete *sscr*) ε 299 modo qua *f* ς *Plan ω* m. quo *A* ‖ fragiles ς kapellae *f* 300 deformis (*corr m 3*) *h* foce (pho *sscr τ*) *N h τ* 301 lepores (ł lucos *sscr m 2*) *e* 302 et in altis *τ* in a. ε *N e* 303 anestozent Incursant r. v getribenenboma agitataque ε 304/309 *exstant in α* 304/306 *sic f* ς* ς *ω Plan Seneca vulgo* ‖ Nat iup' int¯ oues nécui¯ res fulminis apro ‖ Unda uehit tigris. fuluos r t'hit (= trahit) unda leonis ‖ Cururanef ablato pft(= prosunt) uelocia ceruo *sic* (*secuntur haec nullo spatio intermisso post 199*) *α* ‖ Nat lupus inter oues nec

unda vehit tigres, nec vires fulminis apro,
crura nec ablato prosunt velocia cervo;
quaesitisque diu terris, ubi sistere possit,
in mare lassatis volucris vaga decidit alis.
obruerat tumulos inmensa licentia ponti,
pulsabantque novi montana cacumina fluctus.
maxima pars unda rapitur; quibus unda pepercit,
illos longa domant inopi ieiunia victu.
Separat Aonios Oetaeis Phocis ab arvis,
terra ferax, dum terra fuit, sed tempore in illo
pars maris et latus subitarum campus aquarum.
mons ibi verticibus petit arduus astra duobus,
nomine Parnasus, superantque cacumina nubes.

316 *Scholia in Lucan III 173 Usener*: Parnasos Focidis, de quo Ouidius mons ibi uerticibus ferit arduus astra duobus'.

vires fulminis apro | Crura nec ablato prosunt uelocia ceruo (nabat *i mg*) ε *et a m 1, ut videtur*, τ **O** ‖ fuluos uehit unda leones nec uires fulminis apro Crura *sq* (unda uehit tigres nec uires fulminis apro *i mg*) τ, ‖ nec uires fulminis apro (fuluos ueit unda leones unda ueit tigres nec uire² *fortasse erasum*) Crura nec ablato (nec uire *virgula deletum*) ***M***, *vv. 304/305 in summo mg pleni additi et* fuluos ueit unda leones unda ueit tigres *i dextro mg scripta a duabus manibus recentissimis m* ‖ Nat lupus inter oues / Crura nec *sq* ***N***, fuluos uehit unda leones *in illa ras et* unda u. tigres nec uires f. apro *i l n* ‖ *inde collegerunt ex eodem fonte* fluxisse *α ε τ O Senecastudien (1895) p 53 AGercke et (Krit Beitr z Ov Ep ex P p 10) Ehwald, sed cf quae dixi NJhbb 1891, 704 et BPhW 1896 Sp 1167 sq* 306 alato *Douza* prosunt ruunt ε 307 c̄ sitisq̄ (q̄ = quae) *α* ‖ ubi sidere *cMedic Hs vulgo olim* ‖ terris ubi sistere possit] *sic ε O τ h cUps ς RA*, terris subsistere possit *V*, posset *α e f ς*, sistere detur (t possit *sscr l*³) *ex Aen III 7 l ccBonon et Pal Hs vulgo olim* 308 dicidit ε 309 tumolos (*corr*) ε cumulos ς 311 Pars hominum rapitur *s* 312 inopes — uictus (*corr τ*) ε τ inopi/ (s *eras?*) — uictu ***M*** 313 t Soluerat² Separat *l* Seperat (*corr*) *h* Aonios Oetaeis *Gierig* Ionios Oetaeis *ad Sen Herc fur 1164 Delrius* ‖ aonios (adonios *f* aonyos *e* Aonis *R*) acte(ae)is (actheis *e* atheis *f*) ***A***, *def (Boll di Phcl XV 1909 fasc 9) Bernardini* ‖ phocis ***M*** *f ς ω* pho(cis *i r m 2*) ***N*** ph(f)ocas ε ς* pho/cas τ ‖ Sep. Haemonios *JHVoss* Aoniis Aetolos *vel* Aetolos Actaeis *NJhbb 1859, 571 Suchier* ‖ ab agris *Micyllus* 316 ferit arduus *scholia in Lucanum* stetit ard. ε 317 parnasos sv ε ‖ superantque cacumina ***M*** *cGoth Merkel* superantque cacumin(a *ex* e *m 2*) ***N*** supera/tque cacumine *h*, superatque cacumine (*cf VII 756*) ε τ *e l ς ω vulgo*

hic ubi Deucalion (nam cetera texerat aequor)
cum consorte tori parva rate vectus adhaesit,
Corycidas nymphas et numina montis adorant
fatidicamque Themin, quae tunc oracla tenebat.
non illo melior quisquam nec amantior aequi
vir fuit, aut illa metuentior ulla deorum.
Iuppiter ut liquidis stagnare paludibus orbem
et superesse virum de tot modo milibus unum,
et superesse videt de tot modo milibus unam,
innocuos ambo, cultores numinis ambo,
nubila disiecit, nimbisque aquilone remotis
et caelo terras ostendit et aethera terris.
nec maris ira manet, positoque tricuspide telo
mulcet aquas rector pelagi supraque profundum
exstantem atque umeros innato murice tectum
caeruleum Tritona vocat conchaeque sonanti
inspirare iubet fluctusque et flumina signo
iam revocare dato. cava bucina sumitur illi,
tortilis, in latum quae turbine crescit ab imo,
bucina, quae medio concepit ubi aëra ponto,
litora voce replet sub utroque iacentia Phoebo.
tunc quoque, ut ora dei madida rorantia barba

---

330 *sq Priscianus V 5, 30*: 'haec tricuspis'. invenitur tamen hoc etiam neutro adiunctum, sed per obliquos casus. Ovidius in I metamorphoseon: positoquc tricuspide telo [caelo G] mulcet aquas. — *ib VI 67*: 'tricuspis tricuspidis'. Ovidius in I metamorphoseon: positoque tricuspide telo mulcet aquas.

333 *Apul met IV 31*: hic (Triton) concha sonaci leniter bucinat.

---

318 (*et* 350) deucaleon *e* **319** consorte pari *f* rete *τ* **320** Orecidas (Oreadas *inde corr* ł corici *sscr* *τ*) *ε τ* Oreadas *g* Corri(y)cidas *h l* Contidas *f* Ἀμαδρυάδας *Plan* ‖ adorant (adhorant *M* ł rat *sscr m 2*) *ε O τ h l ς vulgo,* adorat *e ς ω* **321** te(t *ex* m *per ras*)in *ε* terin *τ* themim *l* themī *e h f* ‖ nunc *ς Burm* **322** quisquam melior *f s* ‖ reuerentior ulla *e h ς* dearum *e ς* **325** superasse (*corr*) *f* superesse uidet (rum *sscr n*) *N s ς Hs vulgo olim* ‖ milibus *i r M* **326** *om ε τ O, habent X et i mg ε τ m n* ‖ Ac superesse *l* **327** ambo (s *add* ε^2 *n*) *bis ε N Burm* ambos *bis cett ω vulgo* **328** Nulla disiecit *f* discussit *ς* deducit *cLeid* diducit *Burm* ‖ que *om h cGoth R* **330** telo *om* (*add m 3*) *h* **332** Extantem (atque *sscr m 2*) humeros *e* ‖ tinctum *cRhenov et e coni Bentley* **333** trimona (*corr m 2*) *e* ‖ conchaeque *ε τ h ς Plan* conchaque (aque *i r m*) *O e l ω Jahn* sonaci *excerpta Calandrae, mg ed Bas* (1551) ‖ conchaeque sonaci *Hs vulgo olim* **334** et *om* (*add m 2*) *h* ‖ in flumina *s* **335** (*et* 337) buccina *h f* **337** in medio (*corr l*) *l A* ‖ ut æra *ς Burm* ærea *τ* area *f* **338** latentia *ε τ* **339** Tum *ς* ς f vulgo olim* ‖ ut *om f*

contigit et cecinit iussos inflata receptus,
omnibus audita est telluris et aequoris undis,
et quibus est undis audita, coërcuit omnes.
iam mare litus habet, plenos capit alveus amnes,
flumina subsidunt; collesque exire videntur,
surgit humus, crescunt loca decrescentibus undis,
postque diem longam nudata cacumina silvae
ostendunt limumque tenent in fronde relictum.
Redditus orbis erat. quem postquam vidit inanem
et desolatas agere alta silentia terras,
Deucalion lacrimis ita Pyrrham adfatur obortis:
'o soror, o coniunx, o femina sola superstes,
quam commune mihi genus et patruelis origo,
deinde torus iunxit, nunc ipsa pericula iungunt,
terrarum, quascumque vident occasus et ortus,
nos duo turba sumus; possedit cetera pontus.
haec quoque adhuc vitae non est fiducia nostrae
certa satis; terrent etiam nunc nubila mentem.
quis tibi, si sine me fatis erepta fuisses,
nunc animus, miseranda foret? quo sola timorem
ferre modo posses? quo consolante doleres?
namque ego (crede mihi) si te quoque pontus haberet,
te sequerer, coniunx, et me quoque pontus haberet.
o utinam possim populos reparare paternis

---

340 iussus *f* ‖ infata (*corr m*) *ε M* receptus *ε τ ς* recessus (ssus *i r m*) *O ς** ς *g f* 342 undas *M h f* cohercuit *h* 343/344 plen os ł nus² capit *e* colles(que *om*) *e ς Hs* ‖ planos *ap Fabrum II ep 71 Schepperus* 344 *del Riese²* 344/343 *Merkel, ordinem codd def ZÖG 1881 Rappold* ‖ plenos c. a. amnes — collesque e. videntur *transpos Progr Kaisersl 1880 Hellmuth* 345 crescunt sola *Housman* 346 longum *e h ς* 347 fronte *ε* inf(r *i r m 2*)onde *M* at fronde *sscr m* 348 inanem *A* apertum (ł inanem *l²*) *e l ς A Regius vulgo olim* 349 desolatas *i r* (*partim a m 2*) *h* 350 phirram affatur *ε τ* pirram *h* sic Pyrrham *R* Pyrrham lacrymis ita fatur *s* ‖ obortis] *sic ε τ N e* abortis *M h l s ω* 351 O soror et *ε* 352 mihi *i r l* 353 iunexit *M l* Iunxit deinde thorus *s* 354 quoscumque *ε* 356 Nunc quoque *ς R Burm vulgo olim* 357 etiam nunc] e *i r n*, (etiam *i r m 3*, nunc *om*) nubila *l* etiamnum *ς Hs vulgo olim* 358 "erepta fuisses "fatis *h* 358 *sq* Quid tibi — nunc animi *ς Hs vulgo olim* 360 doleres *N e ς R* dol(e *ex* o *m 2*)res *M* ł le *sscr m* dolores *ε h l ς VA* dolorem *f* 361 te quandoque *ε* te modo *ς Hs vulgo olim* 362 *i l ε M* sed me (*corr m 2*) *N* 363 possim *ε O ς Hs* possem (*sed cf V 344*) *l f m ς vulgo* ‖ populos possem *h* posses *e* ‖ formare

artibus atque animas formatae infundere terrae!
nunc genus in nobis restat mortale duobus
(sic visum superis) hominumque exempla manemus.
Dixerat, et flebant. placuit caeleste precari
numen et auxilium per sacras quaerere sortes.
nulla mora est: adeunt pariter Cephisidas undas,
ut nondum liquidas, sic iam vada nota secantes.
inde ubi libatos inroravere liquores
vestibus et capiti, flectunt vestigia sanctae
ad delubra deae, quorum fastigia turpi
pallebant musco stabantque sine ignibus arae.
ut templi tetigere gradus, procumbit uterque
pronus humi gelidoque pavens dedit oscula saxo,
atque ita ‘si precibus’ dixerunt ‘numina iustis
victa remollescunt, si flectitur ira deorum,
dic, Themi, qua generis damnum reparabile nostri
arte sit, et mersis fer opem, mitissima, rebus’.
mota dea est sortemque dedit: ‘discedite templo
et velate caput cinctasque resolvite vestes
ossaque post tergum magnae iactate parentis’.
Obstipuere diu, rumpitque silentia voce
Pyrrha prior iussisque deae parere recusat,

---

366 *Pseudoacr Schol in Hor c I 33, 10 Keller*: Ut est ‘S i c u i s u m s u p e r i s’.

(ł reparare *sscr n*) *N* ς reuocare *Mscr Diez Sant 148e* renouare *vel* recreare ς 366 visum *A schol Hor*, ē *sscr* h^2 *m* uisum est *e l* ς 368 axilium ε 369 pariter *i mg h* ‖ cephisidas ς *VA τὰ τοῦ Κηφισοῦ ῥεῖθρα Plan* cephisidos ς *R* cephesidos ε caephesidis *M* cephesidis und(as *i r m 2*) *N* cęphesydos ε cefseidos *h* cefeidos *f* cephesidas *l* cepheidos *s* 370 Ut nondum ς *Hs vulgo*, (E *i r ex corr*)t nondum *M* (E *ex* U)t nond. *N*, Et nond. — sed iam ε *h e cUps* ς ω s(et *nigriore atram m 2*) iam *M* set *i r* (sic *fuit*) *n* Sed nond. — sed iam *l f* ‖ sequentis *s* sequentes *cUps* ς 371 libantes *Ben* irro-$^{v^2}$rarere *M* 372 fastigia ε sacræ ς 373 turbi *h* 374 Squalebant *V Hs vulgo olim* tabebant *vir doctus in Hall Litzg 1806* ‖ stabant (que *add m 2*) *N* 375 gradus *i r n* 376 P(ro *i r m 2*)nus *N* hum(i *ex* o *m 2*) *l* 377 ita dixerunt precibus si *h f s* i. dixerunt si precibus *l* 378 remolescent *h* 379 Dicite qua ε 380 iustissima *f* 382 cinctasque] *sic* ε *N h* ς cunctasque (*altera virg litterae* u *i r M*) *M e* ς cı/nctasque *l* recingite (*cf 398*) *cSprotii* ς 384 Obstipuere ε *M f* Obstipuerunt (*corr*) *h* Obstupuere *N m e l* ‖ rupitque *e l* ς *R* ru/pitque *N* 385 Pirra *h* ς

detque sibi veniam, pavido rogat ore, pavetque
laedere iactatis maternas ossibus umbras.
interea repetunt caecis obscura latebris
verba deae, sortis, secum inter seque volutant.
inde Promethides placidis Epimethida dictis
mulcet et 'aut fallax' ait 'est sollertia nobis,
aut pia sunt nullumque nefas oracula suadent.
magna parens terra est, lapides in corpore terrae
ossa reor dici; iacere hos post terga iubemur'.
Coniugis augurio quamquam Titania mota est,
spes tamen in dubio est: adeo caelestibus ambo
diffidunt monitis. sed quid temptare nocebit?
discedunt velantque caput tunicasque recingunt
et iussos lapides sua post vestigia mittunt.
saxa (quis hoc credat, nisi sit pro teste vetustas?)

---

388 *Seneca NQ V 14,1*: non tota solido contextu terra in imum usque fundatur, sed multis partibus cava et 'caecis suspensa latebris' [*cf Aetna 88*].

390 *Priscianus II 37*: '*Πηλεὺς Πηλέως* Peleïdes'; et per synaeresin e et i in ei diphthongum proferunt paenultimam, nos autem pro ea i longam ponimus . . . Ovidius in I metamorphoseon: Inde [Vnde RH] Promethides [prometides RB] placidis Epimethida [ephimetida R] dictis.

393 *sq Scholia in Pers sat VI 51 Jahn*: exossatus, lapidibus plenus, secundum eos qui diffiniunt, lapides esse ossa terrae, unde Ovidius: 'lapides in corpore terrae Ossa reor dici'.

400 *sq Respexerunt haec Iuv I 81sq et Claudius Marius Victor Alethias I 204/10 Schenkl, cf Pascal Letterat Lat Mediev p 169. non multo post a 425 obiisse Victorem putat Schenkl.*

---

386 timido rogat ore, paventi *Hs* ‖ timetque *cc Voss et Senat*, cavetque *Gronovius et (cf ed Burm p 1094) Capoferreus* 387 maternas iactatis ς 388 caecisque *ε h g* ς cetisque *l* caecis suspensa *Seneca* 389 deae sortis *recepi (ut* sortis *sit accus) ex ε*, dee sortes *M cMedic*, d(atae *i r m2)* sortis *N* datae sortis ς* *f* ς *ω vulgo* 390 Inde promethides placidis ep. dictis ς *ω Priscianus et (ἔνθεν ὁ Προμηθείδης) Plan*, Hinc promethides *ε O h l* ς Inde promethiades ς *Jahn* Inde promechyades *e* ‖ placidis *Prisc N* ς* *m* ς *Plan* placidamque *ε M* ‖ prometthida *ε* promotheides placidam epimetida *f* ‖ unde Promethides *ex codd RH Prisciani Merkel* 391 Mulcet aut² // /// fallax a//t (Mulcet et ait fallax aut *fort fuit*) est ol² solertia (o *i r*, sollertia *i mg adscr m 2) M* solercia *h l ἢ ψευδής, εἶπεν, ἡμῖν ἐστιν ὁ φόβος Plan* 392 A(u *inseruit m 2)*t pia — nephas *M* ‖ aut (pia sunt — suadent) magna p. *post Jacobum a Cruce distinx Ehwald* 397 nocebit *M h f l³* ς nocebat *ε N* ς* ς *R* 398 Descendunt *(cf 381 III 14) M e* ς *Hs vulgo olim* 399 iusso *ε*

ponere duritiem coepere suumque rigorem
mollirique mora mollitaque ducere formam.
mox ubi creverunt naturaque mitior illis
contigit, ut quaedam, sic non manifesta, videri
forma potest hominis, sed, uti de marmore coepta,
non exacta satis rudibusque simillima signis.
quae tamen ex illis aliquo pars umida suco
et terrena fuit, versa est in corporis usum;
quod solidum est flectique nequit, mutatur in ossa;
quae modo vena fuit, sub eodem nomine mansit;
inque brevi spatio superorum numine saxa
missa viri manibus faciem traxere virorum,
et de femineo reparata est femina iactu.
inde genus durum sumus experiensque laborum
et documenta damus, qua simus origine nati.

Cetera diversis tellus animalia formis *Python.*
sponte sua peperit, postquam vetus umor ab igne
percaluit solis, caenumque udaeque paludes
intumuere aestu, fecundaque semina rerum
vivaci nutrita solo ceu matris in alvo
creverunt faciemque aliquam cepere morando.

---

414 *sq Probi Comm in Georg I 63 (Hagen App Serv p 356)*: interpretati autem cum essent terram parentem, ossa eius lapides iecerunt post se, ex quibus hominum genus renatum est: cuius etiam Ovidius meminit, cum ait: ‘Unde genus durum — origine nati’.

---

401 duritiam ε *e* ς durutiem *M* duriciam *h* **402** moram mollitamque *f* **404** et quaedam *M* ‖ si(c *a m 2*) *N* **405** set *i r n* (d *a m 2*)e *N* ‖ de marmore ce(œ)pta (a *i r m*, ł ĩcepto *sscr m*) *A ω Jahn* ἐκ μαρμάρου ληφθεῖσα (λειφθεῖσα *cAmbr antiquissimus 119*) *Plan* ‖ cœpto ε *cPalat Hs vulgo* ‖ uti est de marm. cœptis *Merkel*², veluti de m. cœpta (*v 406 deleto*) *Jhb f cl Altw 1885 II 276 Ehwald* **406** similia *f* **408** E terrena ε **409** flecti(que *add m 2*) *N* ‖ mittatur ε **410** Quod modo (*ex codd?*) *Hs vulgo olim* **411** Iamque l ς *R* **412** cepere *vel* sumpsere (*cf 421*) ς ‖ uirilem (*cf III 403*) *cSprotii Hs* **413** reperata *N* **414** Unde genus *Probus* **416** an. glebis *cUpsal* **417** fetus humor ε ab igni *Bothe* **418** Incaluit — (h)udeque *h s* ς eęnumque *l* humidaeque ε u/deque (n *eras*) *M* ut aeque *f* **419** Intuere (*corr m 2*) *l* **420** ab aluo *l g* **421** aliam *cPar* ‖ cœpere ε *M* sumpsere *vel* traxere ς **421/23** *add i mg e*²

sic ubi deseruit madidos septemfluus agros
Nilus et antiquo sua flumina reddidit alveo
aetherioque recens exarsit sidere limus,
plurima cultores versis animalia glaebis
inveniunt, et in his quaedam modo coepta per ipsum
nascendi spatium, quaedam inperfecta suisque
trunca vident numeris; et eodem in corpore saepe
altera pars vivit, rudis est pars altera tellus.
quippe ubi temperiem sumpsere umorque calorque,
concipiunt, et ab his oriuntur cuncta duobus;
cumque sit ignis aquae pugnax, vapor umidus omnes
res creat, et discors concordia fetibus apta est.
ergo ubi diluvio tellus lutulenta recenti

---

422 *sq Lactant Placidi qui dicitur Comment in Stat Theb IV 704 Jahnke*: Ouidius libro primo 'Sic ubi — coepta per ipsum nascendi spatium, quaedam imperfecta [suisque Trunca uident numeris *om c Monac et cc Par 8063/64*].

430 *sq Lactant div inst II 9,20*: recte igitur Ouidius: 'quippe ubi temperiem — ignis aquae pugnax (pugnans *cod antiquissimus Bonon 701 saec VI—VII*) uapor umidus omnes (omnis *V*) Res creat (Recreat HP) et d. conc. f. apta est'.

430 *Vinc Bellov Spec hist VI 116*: 'Quippe ubi temperiem — fetibus apta est' [431 et de his].

---

422 *om f* ‖ madid(o *i r m 2*)s *M* 424 E(Ac)thereoque *e f l ς* ‖ r(e-c *i r m 2*)ens *N* ‖ limis^{v} *M* 426/27 *sic h l f ς ω vulgo* ‖ modo cœpta per ipsum Nascendi spatium *om* (*habet enim* Inueniunt et in his quaedam inperfecta suisque) *ε, idem fuit in O e* ‖ modo ce(œ)pta per ipsum (inperfecta suisque *videtur eras in M N*) *h l f* (*i r n*) e^2 *ς scholia in Statium ω* ‖ m. nata per ipsum *ς et a manu recentissima i r m* ‖ m. facta per i. *cThuan Bothe* ‖ sub ipsum *ς post Naugerium Hs* ‖ modo creta *Capoferreus* modo cocta *Mnemos 1894, 58 v d Mey* sub ipsum vertendi *ep II 308 Faber*, modo cœpta *et* inperfecta *sedes mutare iussit coll Pomp Mela I 9, 52* (*cf Hermes XXXII 169) v Winterfeld*, quaedam perfecta sub ipsum Nascendi sp., quaedam modo cœpta suisque (*probante De Ov poet p. 90 Hartmano*) *vanLeuwen* 427 *ab eadem illa* (*cf ad 426*) *manu recentissima scriptus m, om* (*i mg add*) *ε, i l* (inperfecta suisque *ab n*) *N* e^2 428 humeris (*corr m n*) *ε O h ς R*, numeris$^{h^2}$ *l* in *om ς* ‖ numeris: in eodem corp. *ZÖG 1896, 867 JHilberg* 429 rodis^{v} *ε* ‖ est *om f* 430 sensere *codd Viviani* 431 et de his *Vinc Bellov* ut ab his oriantur *unus ex Heinsianis* 432 fit *f* ‖ pugnans *cBonon Lactant Firm* ‖ humidus igni *e* omnis *p* 433 acta est *f*

solibus aetheriis altoque recanduit aestu,
edidit innumeras species, partimque figuras
rettulit antiquas, partim nova monstra creavit.
illa quidem nollet, sed te quoque, maxime Python,
tum genuit, populisque novis, incognite serpens,
terror eras: tantum spatii de monte tenebas.
hunc deus arquitenens, et numquam talibus armis
ante nisi in dammis capreisque fugacibus usus,
mille gravem telis exhausta paene pharetra
perdidit effuso per vulnera nigra veneno.
neve operis famam possit delere vetustas,
instituit sacros celebri certamine ludos,
Pythia perdomitae serpentis nomine dictos.
hic iuvenum quicumque manu pedibusve rotave
vicerat, aesculeae capiebat frondis honorem:
nondum laurus erat, longoque decentia crine
tempora cingebat de qualibet arbore Phoebus.
Primus amor Phoebi Daphne Peneïa, quem non *Daphne.*
fors ignara dedit, sed saeva Cupidinis ira.
Delius hunc, nuper victa serpente superbus,
viderat adducto flectentem cornua nervo

---

435 aetheriis ε *l* ς e(ae)thereis *cett* ‖ altoque (uel almoque *sscr*) *cSprotii* almo *cSenat Burm* 437 Reddidit antiquas ε *h R* 438 python ε phyton *e RV* phiton *f h l* ς 439 Tunc *h l* Tu(m *i r m 2*) *N* ‖ incognite ε *O e h* ς ω incognita *fort recte* (*cf NJhbb 1894, 772*) *l g* h^2 ς *Hs vulgo olim* 440 de rure *g* 441 Hanc (*corr* l^3) *l g* ς *Hs* ‖ arquitenens *O* architenens *h e* arcitenens *cett* (*i r m n*) *vulgo* ‖ non unquam talibus *Obss Paneg Mess 39 Heyne* sed numquam *Vind Ov p 5 Bothe* numquam letalibus *Housman* 442 dammis *N m* h^2 l^3 clammis ε damis h^1 *f l* damnis *M* da//mis (*ex* damnis) *e* ‖ caprisque *h* fugatibus ε 443 grau(ē *i r m 2*) *N* graui ς ‖ exhastaque ε exausta (*corr* l^3) *M h l* pene exhausta *f* ‖ poene faretra *M* 444 nigro (*corr m 2*) *h* ‖ vulnera crebra *Bentley* 445 possit *O h cRhenov Hs* posset ε *e l f vulgo* *I* 446/*III* 110 (*fol 4/9*) *scripsit man antiqua F* 447 Pythia ς *A* Pythi/a *F* Pythea ε *O* Phi(y)tia *h RV* Pithia *l* Phitea *s* Phytea *e* ‖ de domite(æ) *N* ς *Hs vulgo olim*, perdomiti *p cUps* 448 Hi(s *i r m 2*) *N* His ς *Hs*, S; (= sed) iuuenum *e*, hic *i mg* e^2 ‖ pedibusue ς* ς *n* pedibusque *e O F cSenat* ‖ pedibusque rotaque (*cf 693*) *malim* 449 esculeæ (uel herculeæ i. populeæ *sscr*) *cSprotii* herculeæ ς 451 Timpora (*sic saepe*) *N e* ς 452 dampnhe (*item 490*) *e* ‖ quem non *N e* ς quam non (*corr F* l^3) *cett* ς 453 Sors ς ‖ ignara ferit *F* ς 454 uicta *recepi ex* ε *N l g* ς uict(o *ex* a *m 2*) *F* uicto *M e h* ς *vulgo*

'quid' que 'tibi, lascive puer, cum fortibus armis?'
dixerat, 'ista decent umeros gestamina nostros,
qui dare certa ferae, dare vulnera possumus hosti,
qui modo pestifero tot iugera ventre prementem
stravimus innumeris tumidum Pythona sagittis.
tu face nescio quos esto contentus amores
inritare tua, nec laudes adsere nostras.'
Filius huic Veneris 'figat tuus omnia, Phoebe,
te meus arcus' ait: quantoque animalia cedunt
cuncta deo, tanto minor est tua gloria nostra.'
Dixit et, eliso percussis aëre pennis,
inpiger umbrosa Parnasi constitit arce
eque sagittifera prompsit duo tela pharetra
diversorum operum: fugat hoc, facit illud amorem.
quod facit, auratum est et cuspide fulget acuta;
quod fugat, obtusum est et habet sub harundine plumbum.
hoc deus in nympha Peneïde fixit, at illo
laesit Apollineas traiecta per ossa medullas.
protinus alter amat, fugit altera nomen amantis,
silvarum latebris captivarumque ferarum
exuviis gaudens innuptaeque aemula Phoebes:
vitta coërcebat positos sine lege capillos.

---

456 tibi est *F ccBersmanni et Vrat* ‖ cum talibus *cSenat* 457 nostros gestamina (*corr*) *M* 459 pestiuero *F* 460 Strauimus //// sagittis (innumeris · phitona *i mg*) ε Strauimus //// tumidum innocuis (innumeris *i mg*) *M* ‖ inn(umeris *i r m 2*) *N* ‖ inn. dudum (ł tumidum *sscr* e^2) phytona *e R* phitona ε *l* phitonia *h* 462 Irritare *N h e* ς Indignare ε Indagare (inuestigare *sscr m*, irritare *i mg ab alia manu*) *M* e^2 ς Inflammare ς *et i r F*, *ἀνάπτειν Plan*, Inuitare — nec nostras assere laudes *l* ‖ instigare *Riese* ‖ tu(a *ex* o *alio atram*, a *sscr m 2*) *M* assere *M h* ς 463 (hui *i r m 2*)c *N* 465 Cuncta deis *vel* Cuncta tibi ς 467 parna/si *M* parnassi ς pharnasi ε 468 Atque sagittifera ε *F g* ς Atque sagitifera (eque *i mg m 2*) *l* Deque sag. ς *R* ‖ prom(i *deletum*)sit ε promsit *h l* 469 facit hoc fugat ς 472 470 471 ε 470 fecit ε acuto *M* ‖ hamatum est *Merkel*^{2} 471 (el *i r*)isum est ε obtunsum *g* ‖ arundine *O* sub cuspide *cUps* pumblum *h* 472 inimpha ε penei(a *i r m 2*)*F* ‖ illo (ł illud *m 2*) *e* 474 alter nomen ε alter(a *add m 2*) *M* 475 latebris] *sic* ε *N F* ς* ς *RV* tenebris *M Merkel* 476 Exuuie/ris (exuuieis *fuisse suspicatur Ellis*) ε ‖ innuptæ(que *om*) *h* 477 *om* (*add m n*) ε *O* ‖ Victa *m* lege *om* (*add m 2*) *h* ‖ positos sine lege (uel neglectos alba *sscr*, *cf II 413*) *s*

multi illam petiere, illa aversata petentes
inpatiens expersque viri nemora avia lustrat,
nec quid Hymen, quid Amor, quid sint conubia, curat.
saepe pater dixit ‘generum mihi, filia, debes’,
saepe pater dixit ‘debes mihi, nata, nepotes’:
illa, velut crimen taedas exosa iugales,
pulchra verecundo suffuderat ora rubore,
inque patris blandis haerens cervice lacertis
‘da mihi perpetua, genitor karissime’, dixit
‘virginitate frui: dedit hoc pater ante Dianae.
ille quidem obsequitur, sed te decor iste quod optas
esse vetat, votoque tuo tua forma repugnat:
Phoebus amat visaeque cupit conubia Daphnes,
quodque cupit, sperat, suaque illum oracula fallunt.
utque leves stipulae demptis adolentur aristis,
ut facibus saepes ardent, quas forte viator
vel nimis admovit vel iam sub luce reliquit,
sic deus in flammas abiit, sic pectore toto
uritur et sterilem sperando nutrit amorem.
spectat inornatos collo pendere capillos,
et ‘quid, si comantur?’ ait. videt igne micantes
sideribus similes oculos, videt oscula, quae non
est vidisse satis; laudat digitosque manusque
bracchiaque et nudos media plus parte lacertos.

---

484 *Ambros Disticha 3 (18) 1, (Merkle, Ròm Quartalschr X 215)*: ora verecundo solvit suffusa rubore.

---

478 illa (est *add n*) aduersata *N ς R*, aspernata *mg ed Gryph* ‖ petentis *R* 479 expersque uiri *i r e* ‖ nemo(rum *i r m 2*) *F* nemorum auia *e ς Hs vulgo olim*, nemora $^{a^2}$ uia *l* 480 quid sit *l* 481 *i mg M h om N add et i l et i mg a m 2 et 3 n* 482 481 *e* 483 uelud *ε* iugalis *R* 484 Pulcra *ε* ‖ suffuderat (*cf XV 101*) *O F ccDresd Goth Senat*, subfunderat (subfundens *inde m 2*) *h*, suffundit *ε*, suffunditur *e ς Hs vulgo*, suffundens (suffuderat *i mg* l^3) *l g ς ω, βάπτουσα Plan* 486 karissime *M h p ς* carissime *cett vulgo* 491 Quod(que *add m 2*) *h* Que(ae)que (ł quod *sscr e*) *e ς Hs vulgo olim* Quamque *ς* illum *om ε* 492 densis a(b *ex* d *m 2*)olentur *N* 493 Et facibus *e* ‖ ł quis quas *M* quas saepe *ς* quas nocte *Hs* 494 Ut nimis *l* a(d *i r m 2*, m *fuit*)mouit *M* admo/uit (n *eras*) *h* 495 S[c]i deus *F* corpore toto *h* 496 spectando *h* 498*sq* comerentur *ε l* comentur *cRhen* ‖ igne micante *Francius* igne micare *ap Fabrum II 71 Schepperus* 500 et vidisse sat est (*cf in Mscr Diez Sant 148*^{e} *p 379 Hoogstraten*) *Broukhusius* 501 Brahiaque *ε*

siqua latent, meliora putat. fugit ocior aura
illa levi neque ad haec revocantis verba resistit:
'Nympha, precor, Peneï, mane! non insequor hostis:
nympha, mane! sic agna lupum, sic cerva leonem,
sic aquilam penna fugiunt trepidante columbae,
hostes quaeque suos: amor est mihi causa sequendi.
me miserum! ne prona cadas indignave laedi
crura notent sentes et sim tibi causa doloris!
aspera, qua properas, loca sunt. moderatius, oro,
curre fugamque inhibe; moderatius insequar ipse.
cui placeas, inquire tamen. non incola montis,
non ego sum pastor, non hic armenta gregesque
horridus observo. nescis, temeraria, nescis,
quem fugias, ideoque fugis. mihi Delphica tellus
et Claros et Tenedos Patareaque regia servit,
Iuppiter est genitor, per me quod eritque fuitque
estque patet, per me concordant carmina nervis.
certa quidem nostra est, nostra tamen una sagitta
certior, in vacuo quae vulnera pectore fecit.
inventum medicina meum est, opiferque per orbem

---

502 *Quintil Inst Or VIII 3,47 Halm*: nec scripto modo id accidit, sed etiam sensu plerique obscene intellegere, nisi caveris, cupiunt (ut apud Ouidium 'quaeque latent meliora putat').

509 *Carm lat epigr 443, 7 B*: ne tibi sim penitus quaerenti causa doloris.

521 *Pseudoacro in Hor c saec 63 Keller*: inducitur enim apud Ouidium loquens 'Iuuentum medicina meum est'.

---

502 Quaeque latent *Quintilianus* 503 leuis *ε* 504 penei *O Hs vulgo, Πηνειάς Plan*, penei(y)a *m n cett ω* ‖ Nympha precor peneya precor *e* ‖ insequor hostis *i r m* 506 aquilem (*corr*) *ε* 508 ind. (led *i r m 2*)i *h* ł secent[2] 509 notent *l*, nocent sentes et sum *ε*, secent (notent *corr h*[2]) *h ς Hs vulgo olim* 510 Qu(o *ex* a *per ras*) *M* Qu(a *i r*) *N* Qu(e *ex* a m *2*) *h*, moderant(c)ius *ς*[*] *n ω* 511 moderantius *h e n ω* insequor (ostis *virgula del*, ipse *sscr*; *cf 504*) *ε* ‖ ua cui placeas inquire tamen: michi delfica tellus cat (ua *et* cat *fort a m 2*) *in textu inter vv 511/12 M* 513 *ἀγέλας τάσδε Plan* clarius gregesue *l* 516 Et claras tenedos *ε* Et clar(o *i r m 2*)s tenedos (ł claros & *i mg*) *M* cla(r *i m2*) *N* ‖ patareaque *O ς ω* patereaque *ε F e l ς* patereiaque *h* 517 me quid *ε* 518 nerbis *ε* uerbis (ł neruis *sscr F*) *M F* ł neruis (ł cordis *sscr*) *i mg m* 519 Certa tamen (quidem *sscr m*, licet *a m recentissima i mg m*) *ε M* Certa licet (quidem *sscr N*) *N ς* Certa (quidem *i r m 2*) *F* 520 inacuo (amplo *sscr*) *ε* ‖ (pe *i r m 2*)ctore *N* 521 est meum *h* opifexque *N ς*

dicor, et herbarum subiecta potentia nobis:
ei mihi, quod nullis amor est sanabilis herbis,
nec prosunt domino, quae prosunt omnibus, artes!'
Plura locuturum timido Peneïa cursu
fugit cumque ipso verba inperfecta reliquit,
tum quoque visa decens. nudabant corpora venti,
obviaque adversas vibrabant flamina vestes,
et levis inpulsos retro dabat aura capillos,
auctaque forma fuga est. sed enim non sustinet ultra
perdere blanditias iuvenis deus, utque monebat
ipse Amor, admisso sequitur vestigia passu.
ut canis in vacuo leporem cum Gallicus arvo
vidit, et hic praedam pedibus petit, ille salutem
(alter inhaesuro similis iam iamque tenere
sperat et extento stringit vestigia rostro,
alter in ambiguo est, an sit conprensus, et ipsis
morsibus eripitur tangentiaque ora relinquit):
sic deus et virgo est hic spe celer, illa timore.
qui tamen insequitur, pennis adiutus Amoris
ocior est requiemque negat tergoque fugacis
inminet et crinem sparsum cervicibus adflat.
viribus absumptis expalluit illa, citaeque

---

523 *Isidorus De Rhet (Orig II) 21,25 Rhet Lat Min p 520 Halm*: Dolentis [sententiae sunt *sc*], ut 'Heu mihi [ei mihi *c Benedictob*] quod nullis amor est sanabilis herbis'. *Halm male refert haec ad her 5,149* me miseram quod amor non est medicabilis herbis ‖ *Vinc Bell Spec hist VI 116*: Heu mihi, quod nullis amor est medicabilis herbis'.

---

522 herbarum est *l* ς ‖ nobis potentia (*corr*) *h* **523** (H *add m 2*)ei *M* Hei ς Eu *N* Heu ς *Vinc Bellov* ‖ null(us *ex* is *m 2*) *h* ‖ medicabilis *e* ς *Vinc Bell VA* **525** rapido ς **526** inperfecta uerba (*signo" "corr m 3*) *l* **527** Tunc ς *VA* ‖ uisa est *l* ‖ uisa $^{ost\,2}$decens *e* ‖ corpora *i r N* **528** *om* (*i l m 2, i mg m 3*) *N* ‖ festes ε **529** impexos ς *Burm vulgo olim* **530** *sic O h* ς *Regius* ‖ Aucta uia (fuga *i mg* l^2) forma est ε *l g* ς Aucta fuga forma est *F e p* ς ω *Jahn* A. deo flamma est *ccBernegg et Par 8001* **531** plandicias ε ‖ monebat *scripsi ex A*, *ἀνέπειθεν Plan*, mouebat ς *R Hs vulgo* $^{d^2}$ $^{l\ extenso^2}$ **532** amisso *M* ammisso *F* admisso *e* ‖ sequ. per deuia *unus Heinsii* **533** lep. quom *R* ‖ galli(c *i r m 2*)us *N* **535/38** *parenth pos Bothe* **535** inhaesuro (est *sscr m 2*) *N* **537** compressus (*corr* e^2) *N e* conprehensus *h l*, deprensus ς *Burm vulgo olim* ‖ et ipse *N* et illis (*l* ipsis *sscr m 2*) *e* **538** reliquit ε *ccDresd et Goth* **541** fugaci *cLangermanni Hs* **542** cri/nem (crimen *fuit*) sparsim (*corr*) *M* **543** asumptis (*corr m 2*) expaluit *l*

victa labore fugae, spectans Peneïdas undas,
'fer pater' inquit 'opem, si flumina numen habetis! 545
qua nimium placui, mutando perde figuram!' 547
[victa labore fugae '*Tellus*', *ait*, '*hisce, vel istam*, 546
quae facit ut laedar, mutando perde figuram'.] 547ª

---

544 *sq* *Quae litteris cursivis expressi non legit Lactantius Placidus qui dicitur in argumentis Metamorphoseon I fab IX. cf quae dixi Hermes XXXX 197 sq :et Appendicem huius editionis.*

544/547ª *quae litteris cursivis in textu dedi non habuit* ***O****, habent* ***X*** ε ‖

Victa labore fugae spectans peneides undas
tellu' ait iſce . uel istā
Qua nimium placui ~~mutando pde figurā~~

quae litteris minutissimis expressi scripsit i r manus non multo recentior, i mg haec a manu recentissima adscripta sunt:

Fer pater inquit opem si flumina numen habetis
Que facit ut laedar mutando perde figuram

sic ***M*** ‖

Victa labore fugae /
/ /
Vix prece finita *sq*

in rasura a manu recenti litteris minutissimis scripta sunt haec:

spectans peneydos undas
fer pater inquit opem si flumina numen habetis
qua nimium placui tellus ait hisce uel istam
que facit ut ledar mutando perde figuram

sic ***N*** ‖

Erasa esse videntur si flumina numen habetis ***M*** si flumina numen habetis Qua — figuram ***N***, *ut fuerit in* ***O****:*

Victa labore fugae si flumina numen habetis
Qua nimium placui mutando perde figuram

cf quae disputavi Hermes XXXX 195sq ‖

Victa labore fuge tellus ait hisce uel istam
Quae facit ut ledar mutando perde figuram
Fer pater inquit opem si flumina numen habetis
Qua nimium placui mutando perde figuram

sic ε ‖

Victa labore fugę. ſpectanſ peneidoſ undaſ
Qua nimīū placui telluſ ait hiſce uł istā
Fer patˉ inquit opē ſi flumina numˉ habetiſ
Quę facit ut ledar mutando pde figurā
Vix p̄ce finita *sq*

sic ***F*** ‖

Victa labore fugæ . spectansque peneydos undas 544
Fer pater inquit opem . si flumina numen habetis 545
Qua nimium placui . tellus aut hisce . uel istam 546
Quę facit ut ledar [placeam *alii*]! mutando perde figuram 547ª

sic **e** *s* ς, *item* (*sed* spectans peneidas—ait, hisce) ς *ω vulgo olim* ‖

Victa labore fugæ spectans peneidas undas
b Qua nimiū placui tell' ait isce ł istam
c Que facit ut ledar mutando pde fiğam
a Fer patˉ inqt opē si flumina numˉ habetiˢ
d Vix p̄ce finita torpor grauis occupat aı́

literae b c a d *a m recentiore . sic* ***h*** ‖

Victa labore fugę . tellus ait . isce uel istam
Que facit ut ledar mutando perde figuram
Qua nimium placui . spectansque peneidos undas.
Fer pater inqt opem . si flumina numen habetis.

sic ***l*** ‖ *in omnibus igitur codicibus excepto uno* ***O*** *hae duae versiones contaminatae sunt:*

1. Victa labore fugæ spectans Peneidas undas
   Fer, pater, inquit opem, si flumina numen habetis!
   Qua nimium placui, mutando perde figuram.
   Vix prece finita *sq*
2. Victa labore fugæ Tellus, ait, hisce, uel istam
   Quae facit ut lædar, mutando perde figuram.
   Vix prece finita *sq*

duplicem recensionem ab ipso poeta profectam hic agnoverunt Philol LX 9 Zielinski, Ind lect Gryph 1886/87 c 6 EMaaß, Festschr f Vahlen p 337sq RHelm, Jhb f cl Altw 1901 II 254 et app ed exeg p 336 REhwald (qui tamen nunc aliter sentit), nuper (Nikander und Ovid I 69, cf quae dixi BPhW 1909 Sp 1239sq) WVollgraff. cf etiam Studi p 147 sq Castiglioni . ego priorem versionem ab Ovidio profectam, alteram, saeculo fortasse V vel VI (certe post argumenta Metamorphoseon a Lactantio Placido, qui dicitur, confecta) interpolatam esse ab homine docto, qui fabulam Ovidianam nollet repugnare omnibus, quae et Graeci (excepto forsitan Nicandro) et Latini de Daphnes mutatione tradidissent, demonstravi Hermes XXXX 204sq.

servatis verbis quae sunt spectans — habetis *haec temptaverunt:* quae facis, ut laedar, Tellus, aut hisce, uel istam, Qua nimium pl. m. p. figuram *Hs, del tamen vv 546 547 547ª assentiente Schradero idem* ‖ *vv 546/547ª del (prob Haupt et p 9 Braune) Gierig* ‖ Ah (*vel* Cur) nimium placui! Tellus aut hisce vel istam Quae facit ut lauder, m. p. figuram *Burm* ‖ Cui nimium placui, vel eum tu siste vel istam, Quae facit— fig. *Withof* ‖ habetis, Quod nimium placui. Tellus aut hisce vel istam Quae facit *Bothe* ‖ *'haec inter cursum per pausam dicta sunt, quapropter dicendi vocabulum geminavit. cf VI 281' Jahn* ‖ Cui nim. plac., deus est: vel siste vel istam, Quae facit *sq Fuss* ‖ spectans P. undas 'fer — n. habetis' [inpatiensque moræ *vel* exanimisque metu *vel* spesque ubi nulla datur] 'tellus', ait, 'hisce vel istam, qua nimium placui mutando p. fig *Opusc III 801 Ritschl* ‖ *glossa* quae facit ut laedar
sp. P. undas, 'fer pater', inquit, 'opem' ! 'Tellus', ait, 'hisce vel istam, Quae facit, ut laedar, mutando p. fig.! *Merkel*² ‖ qua nimium placui, Tellus' ait 'hisce vel istam Quae facit, ut laedar m. p. figuram' *NJhbb 1895, 836 Bannier* ‖ opem! si flumina numen habetis, qua nimium *distinx Ehwald*

Vix prece finita torpor gravis occupat artus:
mollia cinguntur tenui praecordia libro,
in frondem crines, in ramos bracchia crescunt,
pes, modo tam velox, pigris radicibus haeret,
ora cacumen habet; remanet nitor unus in illa.
hanc quoque Phoebus amat, positaque in stipite dextra
sentit adhuc trepidare novo sub cortice pectus,
conplexusque suis ramos, ut membra, lacertis
oscula dat ligno: refugit tamen oscula lignum.
Cui deus 'at quoniam coniunx mea non potes esse,
arbor eris certe' dixit 'mea. semper habebunt
te coma, te citharae, te nostrae, laure, pharetrae;
tu ducibus Latiis aderis, cum laeta triumphum
vox canet et visent longas Capitolia pompas;
postibus Augustis eadem fidissima custos
ante fores stabis mediamque tuebere quercum,
utque meum intonsis caput est iuvenale capillis,
tu quoque perpetuos semper gere frondis honores.'
Finierat Paean: factis modo laurea ramis
adnuit utque caput visa est agitasse cacumen.

Io. Argus. Syrinx.

Est nemus Haemoniae, praerupta quod undique claudit
silva: vocant Tempe. per quae Penëus ab imo
effusus Pindo spumosis volvitur undis,
deiectuque gravi tenues agitantia fumos

---

568 *sq Probi, qui dicitur, Comm in Georg IV 317 (Hagen App Serv p 386)*: dicitur quidem [Tempe *sc*] et iis locis praecipue, ubi Peneus oritur, ut in primo Metamorphoseon Ovidius refert dicens: 'est nemus Haemoniae — spumosis volvitur undis'.

---

548 alligat artus ς *Burm vulgo olim* 550 frondes *l* ς 551 felox ε 552 habet (*cf quae dixi Pr SG 1887 p 16 sq*) ς, habent *O e h l ω*, abit ε, obit *F e*^{2} ς *Hs vulgo* 553 Nunc quoque (*cf Bibl Diez 1075*) *Hs* 555 suos *Bothe* 557 coniux quoniam *cGoth Hs vulgo olim* 558 mea dixit *e l* ‖ habebit *N ccGoth et Senatorius* 560 Latiis *Hs vulgo*, laetis ε *M* lętis *F e* letis *cett ω* ‖ Triumphum *Merkel* 561 caneṇt *F* longas uisent *e* ς *vulgo olim* longae nisent capitolia pompae ς *Hs* 564 intonsum *N* iuuenale (i *sscr F*^{2}) *F M* iuuenile *cett vulgo olim* 567 Annuit *A* utque (u *ex* a *M*) *O l* ς atque ε *F e* ς, ut // capitis *h* ‖ uisum est *e* ‖ agitare *p* 568 æmonię ε *F* ς ‖ cludit ε 569 per quae *om* (*add i mg*) *h* per quod (ł quę *sscr m 2*) peneyus *e* ł Re^{2} per quam *cSprotii* per quod ς 570 soluitur ε ς 571 Deiectuque *e* ‖ initantia ς *Schepperus*

nubila conducit summisque adspergine silvis
inpluit et sonitu plus quam vicina fatigat.
haec domus, haec sedes, haec sunt penetralia magni
Amnis; in his, residens facto de cautibus antro,
undis iura dabat nymphisque colentibus undas.
conveniunt illuc popularia flumina primum,
nescia, gratentur consolenturne parentem,
populifer Sperchios et inrequietus Enipeus
Eridanusque senex lenisque Amphrysos et Aeas,
moxque amnes alii, qui, qua tulit impetus illos,
in mare deducunt fessas erroribus undas.
Inachus unus abest, imoque reconditus antro
fletibus auget aquas natamque miserrimus Io
luget ut amissam: nescit, vitane fruatur,
an sit apud manes; sed quam non invenit usquam,
esse putat nusquam atque animo peiora veretur.
viderat a patrio redeuntem Iuppiter illam
flumine et ‘o virgo Iove digna tuoque beatum
nescio quem factura toro, pete’ dixerat ’umbras

---

588 *sq Probi Comm in Georg III 146/49 (Hagen App Serv p 381)*: meminit autem historiae hoc loco Vergilius eius, quam Ovidius in primo Metamorphoseon exposuit plene, referens Inachi filiam Io, compressam a Iove, mutatam in vaccam, actam esse per orbem terrarum oestro, donec ad flumen Nilum venit, ubi mitigata Iunone finitus sit eius labor.

---

572 sun(ıi *i r*)sque ***M*** ‖ summasque a. siluas ***N m*** ς *Hs vulgo olim* 573 Impluit (f *ex* p ***m***, inrorats *sscr* ***m***) ε ***M*** ς, Impulit (ł influit *sscr m 2*) ***N*** Influit *cett* 574 hae sedes ς *ad Manil IV 180 Bentley* 575 in hoc ***N*** ς *R Hs vulgo olim* ‖ ut his ***l*** 576 colentibus illas *cUps* 577 illic ς 578 consolenturue ***s*** *ccBersm Dresd R* 579 populifer percheus *i r* ***h***³ sparchens ε ς sperchius ***N l*** spercheos ***e*** ς *R* sper(chios et *evanida*) ***F*** ‖ Enipeus *post Regium Burm*, eni(y)pheus ***A*** ω 580 Eridanusque (*cf VII 228*) ***A RV*** Eridenusque (*corr m 2*) ε, Apidanusque *coni* (*cf Gruteri Lampas 1 655*) *post Iacobum a Cruce Regius A*, Erigonusque *Jahn* ‖ *receptam lect recte def Boll di Phcl XV 1909 fasc 9 Bernardini, cf ap Roscherum I 1308 vSybel* ‖ amphrysos ς *Hs vulgo*, amphrisus (o *ex* u ***M***) ***O RV***, amphrisos ς* ***g*** ς, amfrisos ***F***, *Ἀλφειός Plan* ‖ amfrisus et aetas ε 581 Mox amnes ***e*** ‖ q(ua *i r m 2*) ***h*** 583 Inacus—(re *om*)conditus ***h*** ‖ unoque (ł imo *sscr* ***e***²) ***e l*** 584 natam(que *om*) ***h*** ‖ Ion (*sic 628, 629*) *Edwards* 585 Luget et ε Luget /et ***M*** ‖ ut *i r* ***n*** ‖ nec scit *i mg collationis cod Sprotii Hs* 587 atque *add* ***l***² ‖ nusquam̄: vero leviora veretur (*coll X 8*) *de Ov poet p 93 Hartman* 588 i^{u}ppitur ε ‖ iupiter io ***s*** ς *post Vivianum Hs vulgo olim*

altorum nemorum' (et nemorum monstraverat umbras),
'dum calet et medio sol est altissimus orbe.
quodsi sola times latebras intrare ferarum,
praeside tuta deo nemorum secreta subibis,
nec de plebe deo, sed qui caelestia magna
sceptra manu teneo, sed qui vaga fulmina mitto.
ne fuge me!' — fugiebat enim. iam pascua Lernae
consitaque arboribus Lyrcea reliquerat arva,
cum deus inducta latas caligine terras
occuluit tenuitque fugam rapuitque pudorem.
Interea medios Iuno despexit in agros,
et noctis faciem nebulas fecisse volucres
sub nitido mirata die, non fluminis illas
esse nec umenti sensit tellure remitti;
atque suus coniunx ubi sit circumspicit, ut quae
deprensi totiens iam nosset furta mariti.
quem postquam caelo non repperit, 'aut ego fallor,

---

595 *Seneca Epist mor XIX 110,1 Hense*: deum, non quidem ordinarium, sed hunc inferioris notae ex eorum numero, quos Ovidius ait 'de plebe deos'.

---

591 *sic e cod 'pervetusto' Viviani et cod Thuanco et schedis Leodicensibus Hs vulgo* ‖ Altorum nemorum sed demonstraverat umbras ε, Altorum nemorum (et *virgula deleto* c *sscr m 3*) / / / / / / monstrauerat umbras (*supra ras* nemorum *bis a m 1 et 3*) *M*, Aut horum aut horum nemorum et (*omnia i r n*) m. umbras *N h* ‖ *versum om F*, Aut horum nemorum aut horum m. u. *i l F*³ ‖ Aut horum aut horum nemorum (et *add V*) m. ambas *e* ς *V*, Aut horum nemorum aut horum et m. umbras *l* ς, Aut horum nem. aut horum (et *add A*) m. ambas *cUps A*, Aut horum aut horum nem. m. umbras *R* ‖ Eia horum [*vel* Densorum] nem (et nem. m. umbras) *Hs*, Istorum nem. (et n. m. umbras) *Bentley*, Aut horum nem. aut horum (et m. umbras) *Loers* 592 Cum calet *e* Dum (calor *i r*) *l* ‖ acerrimus *Burm* 594 nemorum *i r h*² 595 *i mg h*² 597 fugebat ε larnę (*corr m 3*) *h* 598 lyrcea *O* ς *vulgo*, lircea ε *h*, lī^{r}cea *l*, lyncea *e*, *Regius*, Lycea *V*, *Λύκαια Plan*, lycaea *A* ‖ lincea (*corr m 2*) reli/querat *F* ‖ Lyrceia (*sic cVatic et Rhenov*) liquerat *Gierig* 599 inducta alta ε, inductas lata (*fort recte, cf VII 161*) *O h g corr M n*, inducta lata (*corr m 2*) *F* 600 *i mg h*² 601 Iuno medios *e* ‖ dispexit (*corr*) *M* ‖ in Argos *Rh Mus XX (1865) 259 L Müller, Merkel*² 602 noctis speciem *N* 603 Sub *ex corr* (sed *fort fuit*) *l* ‖ niti(da mira *i r m 2*)ta *h* ‖ die est non *F l* 604 sentit ς *Hs* senserim^{sit} *M* 605 Iamque suus *R* Atque s. ε¹ Utque ε² su(us *i r m 2*) *M* ‖ circ. utq; // *M*, ut q; (= que) *F*, ut(*i r m 2*) quę *N* 606 Deprehensi tociens *l* totiens bene nosset *e* ς, toties$^{n^2}$ *N* ‖ *versum 607 duobus foliis deperditis excipit II 228 e*

aut ego laedor' ait, delapsaque ab aethere summo
constitit in terris nebulasque recedere iussit.
coniugis adventum praesenserat inque nitentem
Inachidos vultus mutaverat ille iuvencam
(bos quoque formosa est): speciem Saturnia vaccae,
quamquam invita, probat, nec non et cuius et unde
quove sit armento, veri quasi nescia quaerit.
Iuppiter e terra genitam mentitur, ut auctor
desinat inquiri. petit hanc Saturnia munus.
quid faciat? crudele suos addicere amores,
non dare suspectum est. pudor est qui suadeat illinc,
hinc dissuadet amor. victus pudor esset amore;
sed leve si munus sociae generisque torique
vacca negaretur, poterat non vacca videri.
paelice donata non protinus exuit omnem
diva metum timuitque Iovem et fuit anxia furti,
donec Arestoridae servandam tradidit Argo.
Centum luminibus cinctum caput Argus habebat:
inde suis vicibus capiebant bina quietem,
cetera servabant atque in statione manebant.
constiterat quocumque modo, spectabat ad Io:
ante oculos Io, quamvis aversus, habebat.
luce sinit pasci; cum sol tellure sub alta est,
claudit et indigno circumdat vincula collo.
frondibus arboreis et amara pascitur herba,
proque toro terrae non semper gramen habenti

---

608 delapsa(que *om*) *h* 610 aduentu(s *add m 2, supra* u *ras*) *M* ‖ persenserat *ε* praesens erat *M* 611 Inachios *h p* 612 *parenth pos Ehwald* 613/614 *i r N* 613 Quam (*corr m 2*) *h* 615 et terra *ε*, e terra est *F*, est (e *post insertum*) terra *h*, e terra natam *s* ‖ mentitus (*fort recte*) *ε M F cRhen* 617 a(b *ex* d, *ut videtur*)dicere *l*, abdicere *ς VA*, abducere *ς* 618 suspectum (est *eras, post a m 3 restitutum*) *F*, suspectum (est *om*) *ς V vulgo olim* ‖ illi(id *i r m 2*) *N* illud *h s cUps ς RV* 619 Hoc dissuadet *cUps* dis suadet *l* 621 nec uacca *h* 622 exuit *om M* expulit *s l m* 623 ferto *ε* furtis *N* furt(o *i r m 2*) *h* furto *l ς* 624 *sic ε ς*, aristorid(a)e *A Plan ω* 628 cum quoque *ε*, quoc. loco *g p ς* ‖ at /io *ε M* 629 aduersus *ς* 630 Luce sint *M* quom *R* 632 arbuteis *ccBernegg Par 8001 Hs vulgo olim* ‖ uescitur *Hs* ‖ amaro p. ervo *Trans Cambr Ph Soc III 142 Housman, sed cf Calvus frg 9 M* a virgo infelix herbis pasceris amaris 633 non gramina semper *p*, gramen non semper *ς* ‖ haben(t *ex* d)i *M*

incubat infelix limosaque flumina potat.
illa etiam supplex Argo cum bracchia vellet
tendere, non habuit, quae bracchia tenderet Argo,
et conata queri mugitus edidit ore
pertimuitque sonos propriaque exterrita voce est.
Venit et ad ripas, ubi ludere saepe solebat,
Inachidas ripas, novaque ut conspexit in unda
cornua, pertimuit seque exsternata refugit.
Naïdes ignorant, ignorat et Inachus ipse,
quae sit; at illa patrem sequitur sequiturque sorores
et patitur tangi seque admirantibus offert.
decerptas senior porrexerat Inachus herbas:
illa manus lambit patriisque dat oscula palmis
nec retinet lacrimas et, si modo verba sequantur,
oret opem nomenque suum casusque loquatur.
littera pro verbis, quam pes in pulvere duxit,
corporis indicium mutati triste peregit.
'me miserum!' exclamat pater Inachus, inque gementis
cornibus et niveae pendens cervice iuvencae
'me miserum!' ingeminat, 'tune es quaesita per omnes,
nata, mihi terras? tu non inventa reperta

639 *Diomedes Ars Gr I (Keil I 389)*: iungitur perfectum tempus modi finitivi instanti imperativo . . . item inperfecto finitivo, veluti: 'Venit et ad ripas, ubi ludere saepe solebat'.

634 limasaque (*corr. m 2*) ε 635 uellet *i r n* 636 *om* (*i mg bis a m 2 et 3*) *N* ‖ tenderet ipsa *bis n* tendere(t *add m 2*) Argo *h* 637 Conataque queri ε, Conatoque queri (*ex her 14, 91*) *ccRhenov Pal et a m 2 cVratisl Hs vulgo olim*, Conatoque loqui *cUrbinas* ‖ Et conata loqui *cSprotii R* 639*sq* Uenit et ad ripas — Inachidas patrias *ccCiofani*, Uenit et ad patrias — Inachidas ripas *cPar 8000* ς ‖ venerat ut patrias, ubi l. s. s., Inachis ad ripas *Hs* venerat ad ripas, ubi l. s. s., Inachidas: vultus novaque *Bach* 640 Inachidos (i des *sscr* F^3) *F N*, Inachides *l*, Inachias — in undas *h* ‖ Inachidas . rictus novaque ut *Merkel* 641 *sic M* ς *VA*, seque exter(ri *ex* na, *ut videtur*)ta *F* seseque exterrita fugit ε *N* ς^* ς *R* 642 Naiades ς ω ‖ ignorant miratur et *g l* 643 et illa *VA* 644 ammirantibus *M F* 645 Decertas (*corr m 2*) *h* 646 patriis dat et oscula *N* 647 et si modo *l* ς *vulgo*, sed si modo (*fort recte, cf II 586 VI 680 VIII 283*) *A* ‖ supersunt (uel sequantur *sscr*) *s*, supersint ς 648 or(et *ex corr m 2*) *F* 649 puluere fecit *cSprotii* ς pulu. fixit ς 650 indiuum ε 652 niuae ε n(iueę *i r m 2*) *h* 654 non tu inuenta *h* ‖ reperta *post* (*Lexici crit Mantissa Nürnberg 1646 p 178*) *Pareum et Gruterum Hs*, reperta es *A* ω

luctus eras levior. retices nec mutua nostris
dicta refers, alto tantum suspiria ducis
pectore, quodque unum potes, ad mea verba remugis.
at tibi ego ignarus thalamos taedasque parabam,
spesque fuit generi mihi prima, secunda nepotum.
de grege nunc tibi vir et de grege natus habendus.
nec finire licet tantos mihi morte dolores,
sed nocet esse deum, praeclusaque ianua leti
aeternum nostros luctus extendit in aevum.'
talia maerentem stellatus submovet Argus
ereptamque patri diversa in pascua natam
abstrahit. ipse procul montis sublime cacumen
occupat, unde sedens partes speculatur in omnes.
Nec superum rector mala tanta Phoronidos ultra
ferre potest natumque vocat, quem lucida partu
Pleïas enixa est, letoque det imperat Argum.
parva mora est alas pedibus virgamque potenti
somniferam sumpsisse manu tegimenque capillis.
haec ubi disposuit, patria Iove natus ab arce
desilit in terras. illic tegimenque removit
et posuit pennas, tantummodo virga retenta est:
hac agit, ut pastor, per devia rura capellas,

---

655 erat *N RV* ‖ mutua nobis ς 656 alta ε ‖ tamen susp. *h R* ‖ supiria *F* ‖ prodis *cSprotii Burm* 657 remigis *F* 659 Spes quæ *M* generi(s *add. m 2*) *N* ‖ secunde ε 660 tibi uir et de gr. (*cf III 184 VII 365 X 98 alia*) *A Plan VA* ‖ De gr. uir tibi nunc et de gr. *cSenat*, nunc vir est et de gr. *R*, nunc tibi uir nunc de gr. *h* ς *vulgo* 661 *sq* dolores (sic nocet esse deum), praecl. *Bach* esse deo *Hs* ‖ praeclausaque ian. læti *F* 663 ostendit *M* 664 maerenti (*prob Adv cr II 81 Madvig*) ς *Hs vulgo olim*, miranti ς, dicenti *cSprot*, maerentes *Merkel*² ‖ summouet ε *l* sumouet *F* 665 pascua ducit (*corr g*²) *g cSprot* 666 ipse procul ε *N F* ς ω, īdse (*sed*¯d *i r m 2*, inde *ex* ipse *fecisse videtur m 2*) procul *l*, inde procul *M h* ς *Merkel* 667 Occubat (*corr m 2*) ε ‖ inde sedens ς unde procul *cUps* ‖ speculator (v *sscr* ε) ε *V* speculetur *cMedic Hs vulgo olim* 668 phoronid(os ultra *i r m 3*) *h* 670 Peleia(s *virgula del*) ε Pelias — lœtoque *F* ‖ leto — argum *i r* (*m 3*) *m* 671 *om M i mg add m 3*) *m* ‖ potente *m* ς *R*, potent(i *i r*) *N*, potenti *ex corr* (potentem *fuit*) *F*² 672 (*et 674*) tegi/menque (tegumenque *fuit*) *O* ‖ sumpsitque *cRhenov* 673 *del Merkel*² 674 terr(as *ex corr m 2*) *l* ‖ renouit ε 675 natūmodo (tantum *sscr*) ε 676 ait *M*

dum venit, adductas et structis cantat avenis.
voce nova et captus custos Iunonius arte
'quisquis es, hoc poteras mecum considere saxo',
Argus ait, 'neque enim pecori fecundior ullo
herba loco est, aptamque vides pastoribus umbram.'
sedit Atlantiades, et euntem multa loquendo
detinuit sermone diem, iunctisque canendo
vincere harundinibus servantia lumina temptat.
ille tamen pugnat mollis evincere somnos
et, quamvis sopor est oculorum parte receptus,
parte tamen vigilat. quaerit quoque (namque reperta
fistula nuper erat), qua sit ratione reperta.
Tum deus 'Arcadiae gelidis in montibus' inquit
'inter hamadryadas celeberrima Nonacrinas
naïas una fuit; nymphae Syringa vocabant.
non semel et satyros eluserat illa sequentes
et quoscumque deos umbrosaque silva feraxque

---

682 *sq* *Priscianus II 34*: 'Atlantiades', Mercurius, id est Atlantis natae filius. Ovidius in I metamorphoseon: 'Sedit Atlantiades [adlanciades R] et euntem [*gl* eundem GL] multa [multo BII] loquendo detinuit [detenuit HKg] sermone diem'. — *ib II 37*: 'Atlantiades' pro 'Atlantides' — Ovidius in I metamorphoseon: 'Sedit Atlantiades'.

---

677 uelit (*corr m 3*) *F*, ue(h *ex* n *m 2*)it *N*, uehit *l g ς RA*, ue(n *i r m 3*)it *h* ‖ adductis ε abductas *Hs vulgo olim* ‖ abenis (*corr m 2*) *N* 678 nova et captus *Ehwald* ‖ Voce noua c. custos Iunonius arte ε, noua captus — arce (arte *i mg add m 3*) *M*, nou(e *ex* a *m 2*) captus — art(is *i r m 2*) *N*, Voce nouae(e) captus c. iunonius artis *F l g ς cUps ω Jahn*, noua captus c. iunonis et arce *h*, iunonis et arte *cPar 8001 ς* ‖ uoce noua captus c. iunonius 'at tu (*sed cf 709*) *ex cod Thuaneo Hs vulgo*, avenis voce nova . captus *Fr Vollmer* 679 poteris *M h ς R* ‖ consedere ε requiescere (*ex Verg ecl I 79*) ς 680 agit — pecuri ε, pecori/*M*, peccori/(s *eras*) *F* 681 Loco est herba *R* captamque ε 682 at lanciades *F* athlanciades et eundem *l* 683 *i mg l* ‖ diminuit *Burm*, detinuit sermone ducem [Argum *sc*] *idem* 685 mollis ε molles *cett ω vulgo* 686 est *i r h*³ 687 querit q m (= quomodo) reperta namque *h* 688 *i mg F*² 689 sub montibus ς *Burm* 690 Interra (a *virgula deletum*)driad(v̄ *i r m 2*) ε ‖ amadriad(e *ex* a *m 2*)s *F* amatriadas *h* amatriades *l* amadry(i)adas ς ‖ nonagrinas *h l g* 692 sequen-t(es *i r m 2*) *N* sequentis *fort scribendum* 693 *sic F l ς ω Jahn* ‖ umbrosa silua feraxque ε, umbrosa(q: *ex* u)e s. feraxque *M*, umbrosaue s. feraxque *N*, umbrosaque "feraxque "silua *h*, umbrosaue s. feraxue ς *Hs vulgo*

rus habet. Ortygiam studiis ipsaque colebat
virginitate deam. ritu quoque cincta Dianae
falleret, ut posset credi Latonia, si non
corneus huic arcus, si non foret aureus illi.
sic quoque fallebat. redeuntem colle Lycaeo
Pan videt hanc, pinuque caput praecinctus acuta
talia verba refert' — restabat verba referre
et precibus spretis fugisse per avia nympham,
donec harenosi placidum Ladonis ad amnem
venerit. hic illam cursum inpedientibus undis,
ut se mutarent, liquidas orasse sorores,
Panaque, cum prensam sibi iam Syringa putaret,
corpore pro nymphae calamos tenuisse palustres.
dumque ibi suspirat, motos in harundine ventos
effecisse sonum tenuem similemque querenti.
arte nova vocisque deum dulcedine captum
„hoc mihi conloquium tecum“ dixisse „manebit!“
atque ita disparibus calamis conpagine cerae
inter se iunctis nomen tenuisse puellae.
Talia dicturus vidit Cyllenius omnes
succubuisse oculos adopertaque lumina somno.
supprimit extemplo vocem firmatque soporem
languida permulcens medicata lumina virga.
nec mora, falcato nutantem vulnerat ense

---

694 ortiguam *ε* ‖ ipsaque *ε O ς* ipsamque *F h l g m n ς R* **696** ut posset *M ccBerol et Goth Ehwald*, ı& (*sic*) posset *l*, et p. *cett vulgo* ‖ credi posset *ς vulgo olim* **698** *om ε O i l add n* ‖ liceo *F l* **699** capud *ε* **700** et restabat *h* ‖ *erasus est versus in N, in ras a duabus manibus recentioribus*: Talia verba (uoce *R*) refert tibi nubere nimpha uolentis Votis cede dei restabat uerba refere (plura referre *alii*) *n* (*item ς RA*) ‖ tibi nubere — cede dei *i mg l*³ **701** a(uia *i r m 3*) *h* **702** placitum *ccMedic et Strozzanus*, rapidum (*cf fast V 89*) *Briosius et* (*cf ep II 71 Faber*) *Schepperus* ‖ laudonis *h* ‖ annem (*corr m 2*) *M* ‖ placidam — undam *cc Vatic Gronov et Medic, ἡσυχον — ὕδωρ Plan* **703** Uenerat (at *i r n*) *F h g ς* ‖ illi *cCantabr Hs vulgo olim* ‖ cursu(m *i r m 2*) *N* **705** Pan quoque conprensam sibi iam syringa putareṇt *ε* ‖ compressam *h l* cum pressam *F* cum pre(s *ex* n *m 2*)sam *N* putar^{ret}/// *h* **706** cannas *cMedic Burm* ‖ tetigisse *ς* **710** Colloquium (*cf quae dixi Hermes XXXIX 38*) *M l*³ *ς διατριβή Plan*, consilium *ε F N g l ς ω*, conscilium *h*, concilium *s Hs vulgo* ‖ condylium *Jac a Cruce* **711** caere̥ *M* **712** nomen mansisse *ς Gryphius*, nomen uenisse *Hs*, nomen tribuisse (*cf IV 89 XIV 621*) *Waddel* **713** cillennius *h* **715** 714 (*corr m 3*) *h* **714** Sub-cubuisse *l* ‖ ad^{o}apertaque *h* **715** Subprimit *l g* ‖ extimplo *F N l g ς*

qua collo est confine caput, saxoque cruentum
deicit et maculat praeruptam sanguine rupem.
Arge, iaces, quodque in tot lumina lumen habebas,
exstinctum est, centumque oculos nox occupat una.
excipit hos volucrisque suae Saturnia pennis
collocat et gemmis caudam stellantibus inplet.
Protinus exarsit nec tempora distulit irae,
horriferamque oculis animoque obiecit Erinyn
paelicis Argolicae stimulosque in pectore caecos
condidit et profugam per totum terruit orbem.
ultimus inmenso restabas, Nile, labori.
quem simul ac tetigit, positisque in margine ripae
procubuit genibus resupinoque ardua collo,
quos potuit solos, tollens ad sidera vultus
et gemitu et lacrimis et luctisono mugitu
cum Iove visa queri finemque orare malorum.
coniugis ille suae conplexus colla lacertis,
finiat ut poenas tandem, rogat, 'in' que 'futurum
pone metus' inquit; 'numquam tibi causa doloris
haec erit': et Stygias iubet hoc audire paludes.
ut lenita dea est, vultus capit illa priores
fitque quod ante fuit: fugiunt e corpore saetae,
cornua decrescunt, fit luminis artior orbis,
contrahitur rictus, redeunt umerique manusque,

---

718 est *om cBerol del Hs* 719 Dei//cit *h* ‖ repem ^{v}ε, s. cautem *cMoreti Hs vulgo olim*, s. mọlem *cJunianus* ‖ s. saepem *vel* sedem *Anecd Oxon p VI Ellis*, s. ueprem *Postgate* 720 inter /// (tot *eras ?*) lumina *M*, inter lumina (tot *sscr* ε) ε *F l g*, inter tot l. ς 721 que *om h* 722 hunc ε *M* h(os *i r m 2*) *N*, hinc *inde Fr Vollmer* 724 (P *m 2*)rotinus *M* 725 orriferamque — erynin *M* Horrificamque ς *R* ‖ erinī ε erinim *g* ς erinem *h* Erimnin *R* 726 stimo^{v}losque ε ‖ impectore *M* in pectora ς *Hs* 727 circuit orbem ε (terr *i r m 2*)uit *N* orbē o̩ṛ *h* concitat orbem ς, exercuit orbem *Postgate* 728 emenso *Hs* 729 simul actegi^{ti2}t *M*, ac *i r n* ‖ positis(que *om*) ς *Merkel* 730 resupinaque *F R* 731 Quod *ccBersm et Junianus* ‖ tollensque ς, tendens (*cf Aen II 405*) ς ‖ (uult *i r*)us *add n* 732 multisono ς *cSprotii R* 733 queri est *l g* ς uisa loqui *N* ‖ orare laborum ς *R* 735/55 *permulta aut evanida aut a manu recentiore retractata l* 736 metum *R* num qui^{quam2} *l* 738 linita deest ε 739 Fit quod — et (*corr m 2*) corpore ε ‖ œ corpore *M*, de c. *F* ς, ex corp. *h* 740 artior *ex corr* (*fuitne* arbor *?*) *M*, tior *i mg m*

ungulaque in quinos dilapsa absumitur ungues:
de bove nil superest, formae nisi candor, in illa.
officioque pedum nymphe contenta duorum
erigitur metuitque loqui, ne more iuvencae
mugiat, et timide verba intermissa retemptat.
Nunc dea linigera colitur celeberrima turba, *Phaëthon.*
nunc Epaphus magni genitus de semine tandem
creditur esse Iovis, perque urbes iuncta parenti
templa tenet. fuit huic animis aequalis et annis
Sole satus Phaëthon. quem quondam magna loquentem
nec sibi cedentem Phoeboque parente superbum
non tulit Inachides, ‘matri’ que ait ‘omnia demens
credis et es tumidus genitoris imagine falsi.’
Erubuit Phaëthon iramque pudore repressit,
et tulit ad Clymenen Epaphi convicia matrem,
‘quo’ que magis doleas, genetrix’, ait ‘ille ego liber,
ille ferox tacui. pudet haec opprobria nobis
et dici potuisse et non potuisse refelli.

---

753 *Priscianus II 34*: in eodem [Ovidio *sc*] ‘Inachides’, Ionis filius Epaphus, quae filia fuit Inachi: ‘Non tulit Inachides [inachiades R] matrique ait omnia demens’.

---

742 *om* (*i mg* ***m***, *i l* ***n***) ε ***O***, *del de Ov poet p 95 Hartman* ‖ delapsa ς *R* diducta ς ‖ assumitur ***h l g n*** ς 743 bone ε nisi formę candor ***l g*** 744 Officiu que ε nympha ς ‖ contorta ***h*** 745 timuitque (tim *post ras*) ε 746 intermissa /////////// (retemptat *om*) ***l***, intercepta ***s*** ‖ retractat ς *et i mg* l^2 747 *sq distinxi* (*Pr SG 1887 p 4*), *post* ṭurba *incidunt vulgo* ‖ linigera ε ***h*** ς *Ciofanus*, niligera (*supra* ra *ras in* ***M***, ł lanigera *sscr* ***n***) ***O***, linigena (i *prius ex* a *per ras*, n *alterum i r m 2*; lanigera *videtur fuisse*) ***F***, niligena ***l*** ς *cSprotii R*, lanigera ς ‖ creberrima ε ‖ *post 747 versus erasus in* ***M***, explicit liber primus incipiunt capitula libri secundi *i mg* ***m*** ‖ *librum secundum hinc incipiunt tres Heinsiani* 748 Nunc *recepi ex* ε ***M h g*** ς, Nic̄ (*omnia a m 1, fecit fort scriba* Nunc *ex* Nic) ***F***, Hinc ***N*** F^2 ς *RV Jahn*, Hi/nc (u *fuit*) ***l***, Huic ς *Hs vulgo* ‖ epaphus — desimine ε de sanguine *cArgentinus* 749 parentum (*corr*) ***M*** parentis *cCantabr* 751 *sq* quem quo(ndam — superbum *recta linea a m 2*, ndam — loquentem *i r*) ***h*** 751 phaethon ς *Plan VA Regius* pheton (*semper*) ε ***O h l*** ς *R* phœton ***F*** ‖ Pheton sole satus ς 752 credentem ε c/edentem (r *eras*) ***O*** 754 imagine fulsi genitoris ***h*** 755 Erubuitque pheton ***F*** 756 climinen ε clyminen ***F*** aclimenē ***h*** ‖ conuitia ε 757 Quodque ς ‖ genitrix (*sic* ***O F***) ait illae ε, ille *om* ***h***, ille ***l*** ‖ en ego *ccPar* ς 758 ferox *i l add* F^2 759 E(t *add m 2*) dici ***M*** ‖ referri ε ς, referri ς *Burm*, repelli ς

at tu, si modo sum caelesti stirpe creatus,
ede notam tanti generis meque adsere caelo.'
Dixit et inplicuit materno bracchia collo
perque suum Meropisque caput taedasque sororum,
traderet oravit veri sibi signa parentis.
ambiguum, Clymene, precibus Phaëthontis an ira
mota magis dicti sibi criminis utraque caelo
bracchia porrexit, spectansque ad lumina solis
'per iubar hoc' inquit 'radiis insigne coruscis,
nate, tibi iuro, quod nos auditque videtque,
hoc te, quem spectas, hoc te, qui temperat orbem,
Sole satum. si ficta loquor, neget ipse videndum
se mihi, sitque oculis lux ista novissima nostris.
nec longus patrios labor est tibi nosse penatis:
unde oritur, domus est terrae contermina nostrae.
si modo fert animus, gradere et scitabere ab ipso.'
Emicat extemplo laetus post talia matris
dicta suae Phaëthon et concipit aethera mente,
Aethiopasque suos positosque sub ignibus Indos
sidereis transit patriosque adit inpiger ortus.

---

768 *sq Lact Pl Comm in Stat Theb V 297*: et Ouidius hoc genere declinauit: per iubar hoc [*media non exstant*] iuro'.

---

762 *i mg add* h^2 765 Ambiguum cl. *F N l e* ς *Hs*, Ambiguum est cl. *ε M*, Ambiguum est cl. *h g* ς *ω* ‖ clemine *ε* ‖ climinen — phetontis *F* 766 ficti sibi *V* 767 que *om h l* 768 iūbar *l* ‖ cor/scis (o *eras*) *M* 769 Nate (o *sscr m l, sic saepe ante Vocativum*) *M* 770 Nocte quem *ε* 771 (s *ex* r)atum *M* ‖ si falsa ς si ficta neget (loquor *om*, fero *sscr*; *cf Aen II 161*) *ε* ‖ neget ille ς 773.79 *exstant in α* 773 longus labor est patrios *α h* ς *Hs vulgo olim*, Nec patrios labor est longus *R* ‖ longos — penatis *ε*, penates *cett vulgo* ‖ nossce *l* 774 oritur terrae domus est ς ‖ terrae *i mg add h* 776 extymplo *F* extimplo *l h* ς ‖ lœtus *ε* 777 phęton *α* 778 Ethiopasque *α* Aethiopesque ς *R* 779 que *delendum esse puto* Inciṗ. lib. II *α N, spatium duorum versuum sine titulo in ε F, nullum spatium (sed rubra initialis h) M h*, EXPLICIT LIBER. I. INCIPIT SECVNDVS *l*

LIBER SECUNDUS.

Regia Solis erat sublimibus alta columnis,
clara micante auro flammasque imitante pyropo:
cuius ebur nitidum fastigia summa tegebat,
argenti bifores radiabant lumine valvae.
materiam superabat opus: nam Mulciber illic
aequora caelarat medias cingentia terras,
terrarumque orbem, caelumque quod inminet orbi.
caeruleos habet unda deos, Tritona canorum
Proteaque ambiguum, ballenarumque prementem
Aegaeona suis inmania terga lacertis,
Doridaque et natas, quarum pars nare videtur,
pars in mole sedens viridis siccare capillos,
pisce vehi quaedam; facies non omnibus una,
non diversa tamen, qualem decet esse sororum.
terra viros urbesque gerit silvasque ferasque

---

1 *sq* 107 *sq Seneca Epist mor XIX 115, 12 sq Hense:* nihil illis melius nec dare videntur di immortales posse nec habere. 'regia Solis erat — micante auro'. eiusdem currum aspice: 'aureus axis erat — argenteus ordo'.

2 *Isidorus Orig. XVI 20, 6 Lind:* Pyropum igneus color vocavit. Namque in singulas uncias aeris, additis scrupulis senis, praetenui bractea ignescit flammasque imitatur, unde et pyropum dicitur. *cf Loewe Prodromus Corp Gl Lat p 272.*

8 *sq Respexit hunc totum locum Ilias Lat 871 sq.*

1/22 *exstant in* α 1 apta columnis *Bentley, sed cf Stat Silv III 1, 99* 2 *om* (*i l add m 1*) α ‖ micans auro *Bentley* ‖ que *om* ς 3 tegebat α ε *O h e* ς ‖ tenebat *F l g* ς *R vulgo olim* 4 luminae α lumina $^{e^3}$*h* limine ς 5 Meteriam *M* Materiem ς ‖ mulci(f *i r*)er *N* mulcifer ε *h l* ς 6 Equora et accelerat α 7 iminet α 8 tritona unda (*corr*) canorum *M* cano(rum *i r m 2*) *N* 9 Proteaque α *F* ς *vulgo*, Protheaque *cett* ‖ ball(a)enarumque *A Riese*, balaenarumque ς *Hs vulgo olim* 10 egona—imania α Aegeona *M* Egaeona *N* ‖ suis] feris *Bothe* 11 Doriaque $^{d^2}$*M* Dorcidaque *l* ‖ uidetur *A* uidentur ε ς *Hs vulgo olim* 12 uiridis *N Ehwald*, uiridi α, uirides *cett vulgo* 13 priste vehi *Obss I 17 Gronovius* 14 Nec diversa ς *Hs vulgo olim* ‖ sororem α

fluminaque et nymphas et cetera numina ruris.
haec super inposita est caeli fulgentis imago
signaque sex foribus dextris totidemque sinistris.
Quo simul adclivi Clymeneïa limite proles
venit et intravit dubitati tecta parentis,
protinus ad patrios sua fert vestigia vultus
consistitque procul; neque enim propiora ferebat
lumina: purpurea velatus veste sedebat
in solio Phoebus claris lucente smaragdis.
a dextra laevaque Dies et Mensis et Annus
saeculaque et positae spatiis aequalibus Horae
Verque novum stabat cinctum florente corona,
stabat nuda Aestas et spicea serta gerebat,
stabat et Autumnus, calcatis sordidus uvis,
et glacialis Hiems, canos hirsuta capillos.
ipse loco medius rerum novitate paventem
Sol oculis iuvenem, quibus adspicit omnia, vidit
'quae' que 'viae tibi causa? quid hac' ait 'arce petisti,
progenies, Phaëthon, haud infitianda parenti?'
Ille refert 'o lux immensi publica mundi,
Phoebe pater, si das usum mihi nominis huius
nec falsa Clymene culpam sub imagine celat,

---

16 Flumina(que *add m 2*) *h* ‖ Fluminaque nymphas *cMedic*, Fluminaque nymphasque et *Ciofanus* 17 imposta (*corr m 1*) *α* 18 Signaque se · āforibus (*sic*) *α* 19 adclivi (*cf NJhbb 1891, 702*) *scripsi* ‖ Quos simul adcylui (ł adcliui *sscr*) *α* ‖ accliuo *om*, *s l add* *ε* ‖ simul(ac cliuo *i r m 3*) *M*, simul ac(cliuo *i r m 2*, diuo *fuit*) *N*, simulac cliuo *h*, simul⁀ac (*lineam duxit m 2*) cliuo *l*, simul accliuo *F* ς *vulgo* ‖ limina *M* limine *N* 20 dubita(ti *i r*) *l*, dubita // ti *ε* 21 patrios uertit u. *ε p* ς 22 Comaitque (*corr i mg m 3*) *h* ‖ uidebat *α* 24 claro — smaragdo (o *bis ex ras* *ε*) *ε p* ς, zmaragdis *N cRhenov Hs*, maragdis *Bentley* 25 A/ dextra (t *eras*) *M*, At dextra *ε*, A(c *ex* d) dextra *F*, A(d *add in spatio vacuo post initialem*) dextram leuamque *h* ‖ Ad dextram leuamque dies stabat et mensis *l* 26 Sideraque *cSprotii* ‖ spatuis *ε* ‖ orę *l* 27 Verque illic stabat *cGoth* 28 fere-
p
bat *l* 29 autūnis (al. uuae *i mg*) *ε* ‖ sordi(d *ex* b)us *M* 30 hiems *ε* hiem/s *M* hiemps *N* glatialis hiemps *F* hiens *h* ‖ canis — capillis *p* 31 ipse loco (*cf I 178 VI 650 NJhbb 1893, 604*) *conieci*, Inde loco *A ω vulgo* 32 aspicit *ε* 33 uię *om* (*add m 2*) *N* ‖ Quae tibi causa uiae quid in hac *s* ς 34 *sic*
a
N ς, inficienda (a *sscr* *ε* F^2) *ε F h l s* ς, infic(ia *i r*)nda *M* 36 sidus *ε* ‖ usum — huius *A ω*, usum m. nominis (huius *i r*, usum *fuit*) *ε*, huius — usum *N* ς
2n 1
Hs vulgo olim 37 climine *ε*, crimine (*corr m 2*) *h*, clymine (*sic 43*) *F*, clymete *M* ‖ uelat ς

pignora da, genitor, per quae tua vera propago
credar, et hunc animis errorem detrahe nostris.'
Dixerat, at genitor circum caput omne micantes
deposuit radios propiusque accedere iussit
amplexuque dato 'nec tu meus esse negari
dignus es, et Clymene veros' ait 'edidit ortus.
quoque minus dubites, quodvis pete munus, ut illud
me tribuente feras. promissis testis adesto,
dis iuranda palus, oculis incognita nostris!'
Vix bene desierat, currus rogat ille paternos
inque diem alipedum ius et moderamen equorum.
Paenituit iurasse patrem. qui terque quaterque
concutiens inlustre caput 'temeraria' dixit
'vox mea facta tua est. utinam promissa liceret
non dare! confiteor, solum hoc tibi, nate, negarem.
dissuadere licet: non est tua tuta voluntas!
magna petis, Phaethon, et quae nec viribus istis
munera conveniant nec tam puerilibus annis:
sors tua mortalis, non est mortale quod optas.
plus etiam, quam quod superis contingere possit,
nescius adfectas. placeat sibi quisque licebit,
non tamen ignifero quisquam consistere in axe
me valet excepto. vasti quoque rector Olympi,
qui fera terribili iaculatur fulmina dextra,

53*sq* *Isidorus de Rhetor* (*Orig II*) *21,26 Halm Rhet Lat min p 520*: sunt et amphidoxae, quarum pars honesta est, pars inhonesta, ut: 'non est tua tuta voluntas: magna petis, Phaethon'.

---

38 Pignera *F*, Pingnora da (generis *m 2*) per *ε*, genitor *g*, da generis *ς Plan* 39 horrorem *eras et i mg iteratum ε* ‖ nostri (*coll 90*) *Vind p 8 Bothe* 40 et genitor *A* ‖ caput igne *ccPal et Dresd* 41 propius(que *om*) *l* 42 tu *add* h^2 43 clymine *ε* 44*sq* et illud — feres *ς Regius*, et illud — feres (*corr m 2*) promissi/ (s *eras*) *h* ‖ promisi (*corr m 2*) *N*, promissi *p ς Bach* 47 currus petit (*cf 44*) *h ς Regius* 48 Perque (*sic cThuan*) diem — equarum *cSprotii* 51 facta tibi est *ε*, facta est tua *h*, uox mea uoce tua est *ς* 52 negare *ε* nagarem (*corr m 2*) *N* 54 phœton *M* ‖ non uiribus *l g ς* 55 conueniunt (a *sscr ε*) *ε h l ς RV Jahn* 57 possit *recepi ex ε F n l*, fas sit *ς et i r* (*m 3*) *m Burm*, fas est (t possit *sscr* h^2) *h n ς A Jahn*, par sit *vel* par est *Hs* 58 Nescius *ex* Nec scis *F* 59 Nec tamen *fort recte ε F* 60 *om ε* 61 Quin fera *h* ‖ dextera *ε*

non aget hos currus: et quid Iove maius habemus?
ardua prima via est et qua vix mane recentes
enituntur equi; media est altissima caelo,
unde mare et terras ipsi mihi saepe videre
sit timor et pavida trepidet formidine pectus;
ultima prona via est et eget moderamine certo:
tunc etiam quae me subiectis excipit undis,
ne ferar in praeceps, Tethys solet ipsa vereri.
adde, quod adsidua rapitur vertigine caelum
sideraque alta trahit celerique volumine torquet.
nitor in adversum, nec me, qui cetera, vincit
impetus, et rapido contrarius evehor orbi.
finge datos currus: quid ages? poterisne rotatis

---

63 *sq*, 74, 79 *sq Seneca De Prov (Dial I) V 10 Hermes*: vide quam alte escendere debeat virtus: scies illi non per secura vadendum. ‘Ardua prima via est et quam vix mane recentes Enituntur equi medio est, — videre Sit timor et pavida trepidet formidine — in praeceps, Tethys [thetis *ex corr A*^{3}] solet ima vereri’. haec cum audisset ille generosus adulescens: ‘placet’ inquit ‘via; escendo. est tanti per ista ire casuro. non desinit acrem animum metu territare: ‘Utque viam teneas — Haemoniosque arcus [Hemonios quercus *A corr*] vicentique ora leonis’. post haec ait: ‘iunge datos currus [da c. *A corr m 2*]!’

71 *Seneca N Q VII 10,1 Gercke*: utique motus motu contrario vincitur (habet enim suam locus ille vertiginem, quae rapit caelum ‘sideraque attrahit [*sic optimi libri*, trahit *cett*, alta tr. *Ov*] celerique volumine torquet’).

---

62 No(n *ex* s *i r*) *M* ‖ aget *O F h l g* ς *ω*, agit *ε*, agat ς *Hs vulgo olim*, reget ς ‖ et quod *M* et qui *R* ‖ habetur *h* ς *cUps ω* 63 et quam *Seneca* ‖ nix *ε* 64 Enituntur *A ω Seneca*, Enitur^{ti} *ε*, Enitantur ς *Hs vulgo*, Emittantur ς ‖ media est *recepi (cf XI 594) ex M l Plan R*, medio est *cett Seneca vulgo* 65 *βλέποντι Plan*, videnti *Farnabius* 66 Sit timor (unde *sc idem est quod ut inde*’) — trepidet *A Seneca*, Fit — trepidat *s* ς *Hs vulgo*, S$^{f.}$it *l*, (F *ex* S *m 2*)it *h* 67 *i mg F*^{2} ‖ moderamine *i r (m 3) m* 67/160 *insunt in π* 68 Tunc quoque$^{que\ currum}$ subiectis *ε*, eciam *i r h*^{2} ‖ excipit undis *deest in π* 69 ferat *ε* fera(r *i r m 2*) *N* ‖ tethys *π* ς *vulgo*, t& hys *ε*, tethis *F*, thetis *O h l* ς, tethys sol. ima *Seneca*, so(let i. uereri *desunt*) *π* ‖ ipsa pauere *N* 71 alta uehit *R* ‖ celeri quo lumine (quoque lumine *m 2*) *ε*, celerique uolum(ine torquet *desunt*) *π* 72 Hitur^{o}(ltur *scribam voluisse suspicatur Ellis*) *ε* ‖ ne(c *i r*) *M*, ne/(c *eras*) *l*, uincit$^{l\ a}$ *M* ‖ ne me — vincat *Burm* 74 Fingebat hos currus (Deicit hoc curru. poteris neç *i mg*) *ε* ‖ iunge datos *Seneca* ‖ qu(i *ex* o)d ag(e *ex corr*)s *M*, agis *N g cSenat*, agas *n* ς *Hs vulgo olim*

obvius ire polis, ne te citus auferat axis?
forsitan et lucos illic urbesque deorum
concipias animo delubraque ditia donis
esse? per insidias iter est formasque ferarum.
utque viam teneas nulloque errore traharis,
per tamen adversi gradieris cornua tauri
Haemoniosque arcus violentique ora leonis
saevaque circuitu curvantem bracchia longo
scorpion atque aliter curvantem bracchia cancrum.
nec tibi quadripedes animosos ignibus illis,
quos in pectore habent, quos ore et naribus efflant,
in promptu regere est: vix me patiuntur, ubi acres
incaluere animi cervixque repugnat habenis.
at tu, funesti ne sim tibi muneris auctor,
nate, cave, dum resque sinit, tua corrige vota.
scilicet ut nostro genitum te sanguine credas,
pignora certa petis? do pignora certa timendo
et patrio pater esse metu probor. adspice vultus
ecce meos: utinamque oculos in pectore posses
inserere et patrias intus deprendere curas!
denique quidquid habet dives circumspice mundus,
eque tot ac tantis caeli terraeque marisque
posce bonis aliquid: nullam patiere repulsam.
deprecor hoc unum, quod vero nomine poena,
non honor est: poenam, Phaethon, pro munere poscis.

---

75 *sic* ***M e l ς*** *vulgo,* nec — auferet ***ε π h***, nec — auferat ***l*** ne — auferet, ***N F*** 76 urbesque domosque (*cf I 301*) ***ς R Hs*** *vulgo olim* 77*sq* donis? omne per *Burm,* donis? ecce per *JHVoss* ‖ Isse per ***ς*** ‖ formasque deorum ***s*** *cUps* 80 auersi gradi^{e}aris ***F*** 81 N(a *virgula del*)ec nonivs ***l*** arcus ***ε*** ‖ Haemonios(que *om*) ***N*** 82 circuṇitu ***π***, circu/itu ***M*** ‖ brachio (*item 83*) ***ε*** 84 quadripedes ***ε π O*** quadrupedes ***F h l m n ς*** *vulgo* 85 impectore ***M*** ‖ quosque ore *cGallicus* 86 Impromptu ***M*** $^{l\ reges}$regeres vix ***ε*** ‖ ut acres (*fort recte*) ***F ς R Hs*** *vulgo olim* 87 Intumuere *cPal* ‖ ceuixque (*corr m 2*) ***l*** 88 f^{v}enesti — sum ***ε*** ‖ sim tibi causa doloris (*ex I 509*) *cRhenov* 89 dumque res sinit (*corr m 2*) ***l***, res quesi^{i}nt ***ε*** 90 credes$^{a^2}$ ***ε*** 91 timen(d *ex* t)o ***ε*** 92 patrio probor esse metu pater ***s g*** 93 impectore ***M***, pectore (*cf III 23, 90 alia*) ***O F l ς ω***, pectora *cett vulgo* ‖ occulos in pectora posse(s *ex* t) ***ε*** 94 deprehendere ***ε*** 95 quiçquid ***M*** ‖ diues *om* ***ε*** 96 Deque ***ε*** *A*, E/que ***M*** ‖ tot et *cGoth R* 98 pœnam ***ε*** 99 pheton penam ***h***

quid mea colla tenes blandis, ignare, lacertis?
ne dubita, dabitur (Stygias iuravimus undas),
quodcumque optaris; sed tu sapientius opta!'
Finierat monitus; dictis tamen ille repugnat
propositumque premit flagratque cupidine currus.
ergo qua licuit genitor cunctatus ad altos
deducit iuvenem, Volcania munera, currus.
aureus axis erat, temo aureus, aurea summae
curvatura rotae, radiorum argenteus ordo;
per iuga chrysolithi positaeque ex ordine gemmae
clara repercusso reddebant lumina Phoebo.
Dumque ea magnanimus Phaethon miratur opusque
perspicit, ecce vigil nitido patefecit ab ortu
purpureas Aurora fores et plena rosarum
atria. diffugiunt stellae, quarum agmina cogit
Lucifer et caeli statione novissimus exit.
quem petere ut terras mundumque rubescere vidit
cornuaque extremae velut evanescere lunae,

---

107 *sq citat Seneca, cf ad v 1* ‖ *Diomedes Ars Gr II (Keil I 451)*: Cacozelia est per affectationem decoris corrupta sententia, cum eo ipso dedecoretur oratio, quo illam voluit auctor ornare. haec fit aut nimio cultu aut nimio tumore . . . nimio cultu, Aureus axis erat — chrysolithi positaeque ex ordine musae [gemmae *edd interpolatae. an fefellit Diomedem memoria, ut scriberet* mensae? *cf XII 211* positis ex ordine mensis, *ars am I 229* positis — mensis].

---

100 blandi signare ε 101 dubit(a *i r*, dubites *videtur fuisse*) *N* ‖ dabimus *R* 102 moderatius *ccMedic et Basil* 103 monit / (= monitus, i *eras*) *h* ‖ illa (*corr m 2*) *N* 104 præmet *F*, tenet *g* ς *Hs vulgo olim* 105 *sic F N* ς* ς ω *vulgo*, Ergo quam l. (genitor *om*) cunctatus ε, Taliter ergo diu genitor *i r* (*fort a m 1*) *M* Ergo qua licuit *i mg a m 3 m* ‖ qua(m *add m 2*) *N* ‖ cantatus *R* 106 uolcania ε, uulcania *cett* ω *vulgo* 107 temo *add h*² 109 *sic* π *N* ς *Plan*, chri solithi ε, chrisoliti *M F l*, crisoliti *h* ‖ gemmæ] musæ *Diomedes* 110 radiabant *cUps* ς *R* 111 magnanimus π 112 Prospicit *ccBersm et Berol R* ‖ rutilo patef. *l* ς *Hs vulgo* 114 defugiunt *N* ‖ cogit a ł cogens ε 115 e celi ε 116 quem petere ut *Merkel* ‖ Quem pater ut ε, Quam pater ut π *F*, Tum (Tunc *h g*) pater ut *h g l* ς, Cuem (C *i r ex* Q, *fecit igitur* Cum *ex* Quem *m*) p(ater *i r*, e *post* r *eras*) ut *M*, Tum (*i r*, Q *primo loco eras*) pater (*i r*, a *evanidum*, a *sscr m 2*) *N*, Quae patere ς, Quae petere *cLangermanni*, At pater ut ς *R Hs vulgo olim* ‖ τότε τοίνυν ὁ πατὴρ καὶ Τιτάν *Plan*, ut pariter terras *Hs* ‖ mundum (l' caelum *sscr*)rubescere π, terras celumque erubescere *l* ‖ quem pallere pater — evanescere lunae : iungere *Lejay* 117 Cornua que (*corr per ras*) *M* ‖ uelu(t *ex* d *m 2*) ε ‖ extr. uidet ς

iungere equos Titan velocibus imperat Horis.
iussa deae celeres peragunt ignemque vomentis,
ambrosiae suco saturos, praesepibus altis
quadripedes ducunt adduntque sonantia frena.
tum pater ora sui sacro medicamine nati
contigit et rapidae fecit patientia flammae
inposuitque comae radios praesagaque luctus
pectore sollicito repetens suspiria dixit:
'Si potes his saltem monitis parere parentis,
parce, puer, stimulis et fortius utere loris:
sponte sua properant, labor est inhibere volentes.
nec tibi directos placeat via quinque per arcus:
sectus in obliquum est lato curvamine limes,
zonarumque trium contentus fine polumque
effugit australem iunctamque aquilonibus arcton.
hac sit iter! manifesta rotae vestigia cernes.
utque ferant aequos et caelum et terra calores,
nec preme nec summum molire per aethera currum.
altius egressus caelestia tecta cremabis,
inferius terras: medio tutissimus ibis.
neu te dexterior tortum declinet ad anguem,

---

137 140 *Vinc Bellov Spec hist VI 116 (IV 215 ed a 1624)*: 'Inter utrumque tene, medio tutissimus ibis'.

---

119 dei *N* ‖ uomentis *recepi ex ε π N*, uomentes *cett vulgo* **120** Ambrosio *g ς R* ‖ ambrosio saturos suco *Burm* **121/181** *a m 3 in folio singillatim inserto N* **121** Quadripedes *ε π M* Quadrupedes *F n h l ς vulgo* ‖ ducunt (l' iungunt *sscr*) *π* **122** Tunc *F ς* ‖ suis acro *π* **124** Inposuitque comes *ε* ‖ come(i is *sscr m 2*) *M* **125** sollitito *ε* ‖ rapetens (*corr*) *h*, reprimens (aꝛ repetens *alia manus sscr*) *n* **126** hic saltem *cBerol R et c coni Hs*, saluem (saltem *i mg*) — parare *ε* ‖ parere *bis* (*corr*) *M* ‖ paternis *g ς Hs vulgo olim* **127** Parce precor *ccGronov et Leid* ‖ fortiter *l*, at fortiter *Mscr Diez BSanten 148 cBurm* **128** properent *cSprotii* ‖ uolentes *ε ς R Hs*, uolentis (uel uolantes *sscr*) *s*, uolan/// *π*, uolantes (*cf 153*) *F M l g ς*, uol(a *ex* e)ntes *n*, uol(e *ex* a)ntes *h* **129** derectos — quique *ε* ‖ artus (cus *i mg m 2*) *M* **130** oblicum *h l* **131** Zanarumque *ε* **132** Effugit *l*, Effugito *g ς Hs* ‖ australe *n* **133** Hac fit (*sed cf IV 437*) *Hs vulgo olim* **135** nec sursum *l* ‖ mulire *π*, mo/lire *F* ‖ per aera *ccBerol et Dresd R* ‖ cursum *Merkel²* **136** Altis *π* ‖ egressu ('= us *eras*) *M* ingressus *n* ‖ regna *g*, signa cr. *ς ω* **137** tutissimis *π* **138** totum (*corr m 2*) *F* ‖ in anguem *ς Hs vulgo olim*

neve sinisterior pressam rota ducat ad aram:
inter utrumque tene! fortunae cetera mando,
quae iuvet et melius quam tu tibi consulat opto.
dum loquor, Hesperio positas in litore metas
umida nox tetigit. non est mora libera nobis:
poscimur, et fulget tenebris aurora fugatis.
corripe lora manu, vel, si mutabile pectus
est tibi, consiliis, non curribus utere nostris!
dum potes et solidis etiamnunc sedibus adstas
dumque male optatos nondum premis inscius axes,
quae tutus spectes, sine me dare lumina terris!'
Occupat ille levem iuvenali corpore currum,
statque super manibusque leves contingere habenas
gaudet et invito grates agit inde parenti.
interea volucres Pyrois et Eous et Aethon,
Solis equi, quartusque Phlegon hinnitibus auras
flammiferis inplent pedibusque repagula pulsant.
quae postquam Tethys, fatorum ignara nepotis

153 *Hyginus fab 183 (p 36, 5 Schmidt)*: item quos Ovidius [tradit *scil*] Pyrois Eous Aethon et Phlegon.

153 *sq Lact Pl Comm in Stat Theb III 413*: Ouidius uero omnium quattuor equorum Solis nomina euidentius suis demonstrauit earminibus dieens: 'Interea uolueres — pedibusque repagula poseunt [laxant *cPar 8064*]'.

139 ducit adarcam ε ad oram *n* 141 iuuet *l* ‖ tibimet melius *p*, et *M* ‖ consulet *n* 143 Humida ε ς ‖ tangit *n*, tegit (*corr*) *l* ‖ nec est *R* 144 et fulget ten. *A ω Jahn*, et tenebris fulget *s*, effulget *cGronovii Hs vulgo*, et fulgit (*corr*) π ‖ en fulget *coni Hs*, ecfulget *Housman* ‖ fugacis *l* 147 146 (*corr*) π 146*sq distinx Ehwald, post 148 interpungunt vulgo* ‖ consciliis *h*, conciliis *s* 147 *om* (*i mg add m*) ε *M*, *del p 96 Hartman* ‖ etiamnum π ς *Hs vulgo olim* ‖ (p *ex* s)edibus *l* ‖ ad st(as *deest*) π 148 optatus n. pr/emis π 149 spectes / sine (*gl* pro desine) *M*, spectas *s* 150 iuuenali ε π *F*, iuue. n(i *ex* a)li *M*, iuuenili *h l n* ς *vulgo olim* 151/61 *a manu rec redingrati l* 151 man. leues (ł datas *sscr M*)ε *M F s* ς, datas π *h l* (*i r*) *n* ς *vulgo* ‖ contangere (*corr*) *h* 152 ait *M* ‖ ille *M* (*i mg* π) *n* ς 153 pyrois et eous *cCantabr scholia in Statium* ς *Ricse*, pyrois et euos π, py(i)roëis eous ς *Hs vulgo olim*, pyrois eous ε *M F g* ς *R*, πυρόης ἑῷος *Plan*, pirous eous *h n Ben*, pyrhos eohus *l* 154 Quartusque phlegon solis equi ε, Quartusque phlegons inuitibus auras (solis equi *i mg*) π, quartusue — initibus *l*, flegron initibus *h* 155 Flammifferos inplent ε, Flammigeris *F h g p* ς, Fumificis *cThuan* ‖ repagula *s l add h*² ‖ rep. poscunt *Schol in Statium* 156 Quos *ex* Que *n* ‖ post(quam *i r m 2*) *h* ‖ tethys π ς ω, tethis ε, tethis *F n*, thetis *M h l*

reppulit et facta est inmensi copia caeli,
corripuere viam pedibusque per aëra motis
obstantes scindunt nebulas pennisque levati
praetereunt ortos isdem de partibus euros.
Sed leve pondus erat, nec quod cognoscere possent
Solis equi, solitaque iugum gravitate carebat;
utque labant curvae iusto sine pondere naves
perque mare instabiles nimia levitate feruntur,
sic onere adsueto vacuus dat in aëre saltus
succutiturque alte similisque est currus inani.
quod simulac sensere, ruunt tritumque relinquunt
quadriiugi spatium nec quo prius ordine currunt.
ipse pavet, nec qua commissas flectat habenas,
nec scit qua sit iter, nec, si sciat, imperet illis.
tum primum radiis gelidi caluere triones
et vetito frustra temptarunt aequore tingi,
quaeque polo posita est glaciali proxima serpens,
frigore pigra prius nec formidabilis ulli,
incaluit sumpsitque novas fervoribus iras.
te quoque turbatum memorant fugisse, Boote,
quamvis tardus eras et te tua plaustra tenebant.

177 *Martialis VIII 21, 3*: numquid te pigra Bootae Plaustra vehunt, *cf met X 447.*

τυθεὶς et τυθής ccPlanudis ‖ f/a/torum *M* **157** caeli *M n ς*, mundi(t celi *adscr π*) *ε π F h l g ς vulgo olim* **158** /no/tis *π* **159** findunt *ς Hs vulgo olim* ‖ leuati *π F h l ς*, leuati/(s *eras*) *n*, leuatis (t ti *sscr M*) *ε M* **160** ortus *ε π* ‖ istem *ε*, hisdem de (m de *i r n*) *F M n* ‖ *ultima pag codicis π in qua sunt 161/254 legi non potest* **163** labent *ε*, labant (*ex corr*, *fuitne* leues?) *m* ‖ sine iusto *l* ‖ pontere *ε* **164** instabilis *ε*, nimia instabiles *l* ‖ leuit(ate feruntur *i r*) *M* **165** onera ad sua eta *ε* ‖ assueto *M*, (in *ex* as)sueto *n*, insueto *h l ς Plan*, insolito *g* ‖ uacuus *ς RV vulgo*, uacuos (t us *sscr m 1*) *M*, uacu(o *i r m 3*, s *sscr eadem*) *n*, uacuos (*quod si poeta scripsit, librarii ad* saltus *male relatum servaverunt*) *ε F h l ς Plan A* ‖ dant *F* ‖ aere *h n ς*, aer(a *ex* e) *M l*, aera *cett ς vulgo* **166** inani(s *add m 2*) *M* **167** strictumque *ς* **168** Quadriiugi *M ς vulgo*, Quadriiuge *ε*, Quadriiuges (adri *i r n*) *F h l g n ς R*, Quadrupedes *ς* ‖ nequo (*corr m 2*) *h* **169** pauent (*corr*) *ε* ‖ nequa (*corr m 2*) — flectet abenas *h* ‖ nec quo *l* **170** Nec sic qua *ε* ‖ Scit nec *g*, Nescit qua *h ς cSprotii*, ne(c scit qua *i r*) *n*, ne si sciat *l* ‖ imperat *ς* **171** Tunc *h* **172** tempta(runt *i r m 2*) *h* ‖ t(i *ex* a)ngi *n*, tingi(mergi *sscr m 3*) *l*, mergi *ς* **174** pigra suo *l* ‖ formidabiles (i *sscr*) *ε* **175** sumsit(que *om*) *ε* **176** boote *h ς*, bootē *ε*, bootes *M g R*, boothes *F*, bœtes (*gl* bubulce *l*[3]) *l n* **177** te *s l l* ‖ trahebant *ς*

Ut vero summo despexit ab aethere terras
infelix Phaethon penitus penitusque patentis,
palluit et subito genua intremuere timore,
suntque oculis tenebrae per tantum lumen obortae.
et iam mallet equos numquam tetigisse paternos,
iam cognosse genus piget et valuisse rogando,
iam Meropis dici cupiens ita fertur, ut acta
praecipiti pinus borea, cui victa remisit
frena suus rector, quam dis votisque reliquit.
quid faciat? multum caeli post terga relictum,
ante oculos plus est! animo metitur utrumque,
et modo, quos illi fatum contingere non est,
prospicit occasus, interdum respicit ortus:
quidque agat ignarus stupet et nec frena remittit
nec retinere valet nec nomina novit equorum.
sparsa quoque in vario passim miracula caelo
vastarumque videt trepidus simulacra ferarum.
est locus, in geminos ubi bracchia concavat arcus
scorpius et cauda flexisque utrimque lacertis
porrigit in spatium signorum membra duorum.

195*sq Probi comm in Georg I 32/35* (*Hagen p 354*): hoc enim spatium ab eo detineri et Ovidius testatur, cum ait: 'Est locus — cauda flexisque utrimque lacertis Porrigit in spatium signorum membra duorum'.

---

178 terras d. ab aeth. summo *h* ς ‖ ab ethera ε, ab aere *l* ‖ dispexit *ad Lucr p 236 Lachmann* 179 Phaethon ς *Plan VA vulgo*, pheton *A R* ‖ penitus(que *add m 3*) *h* ‖ patentis ε *Ehwald* patentes ***M g p*** ς, iacentes *m n X vulgo*, iacentis *R* 180 pauore ς 181 Sunt mundo tenebrae *cSprotii* ‖ obortae ε *F* ς, (o *ex* a)-bortae ***M***, abortae *h l m n* 183 Iam genus agnoscit (agnosci *inde Anecd Oxon p 7 Ellis*) ε, Iam nouisse *R*, cognosce (*corr m 3*) ***M***, cognossce *l*, Iamque agnosse ς *Hs vulgo olim* ‖ cognosce piget genus *h*, rogantem (*corr m 2*) ε, precando *cSprotii* 185 qui uicta(quo uecta *m 2*) remansit ε ‖ cui cuncta ς, cui iuncta *cBersmanni* 186 *bis scriptus* (Frena suos rector que, diis uotisque reliquit *in imo mg fol 16ᵃ, in summo fol 16ᵇ ut in textu huius ed*) ε ‖ diis *F M l* ‖ uentisque (uel uotisque *sscr s*) *s* ς *cSprotii, item ad Stat Theb X 14 Barth* 187 faciet *h* ‖ relictum est *n s* 188 animoque ***M*** 189 fato *ccBersm Bernegg Rhenov Hs vulgo olim*, fas tum ς 190 (Pro *i r m 2*)spicit ***M*** 191 Quodque agat *l* ‖ ignorat stupet *s* ‖ et non *cSprotii* 191 193 194 192 ε ***M*** *F l* 192 norit *h* 193 Sparsaque (*corr **M***) in var. ε *F M* ‖ maracula ε 196 Scorpi(u *i r*)s *n*, Scorpios ς *Hs vulgo olim* ‖ flexis(que *i r*) utrumque (*corr **M***) ε ***M***, flexis(que *om*) *l*

hunc puer ut nigri madidum sudore veneni
vulnera curvata minitantem cuspide vidit,
mentis inops gelida formidine lora remisit.
quae postquam summo tetigere iacentia tergo,
exspatiantur equi, nulloque inhibente per auras
ignotae regionis eunt, quaque impetus egit,
hac sine lege ruunt altoque sub aethere fixis
incursant stellis rapiuntque per avia currum.
et modo summa petunt, modo per declive viasque
praecipites spatio terrae propiore feruntur.
inferiusque suis fraternos currere Luna
admiratur equos, ambustaque nubila fumant;
corripitur flammis, ut quaeque altissima, tellus
fissaque agit rimas et sucis aret ademptis.
pabula canescunt, cum frondibus uritur arbor,
materiamque suo praebet seges arida damno.
parva queror: magnae pereunt cum moenibus urbes,
cumque suis totas populis incendia gentes
in cinerem vertunt. silvae cum montibus ardent,
ardet Athos Taurusque Cilix et Tmolus et Oete
et tum sicca, prius creberrimâ fontibus, Ide,
virgineusque Helicon et nondum Oeagrius Haemus;

---

198 madiam ε 199 "minitantem "curuata *h* 201 summo tetigere iacentia tergo (*equi sc, cf Catullus 62, 52*) *F M l* ς *VA Regius*, summo t. licentia tergo ε, summo sensere (en *i r* h^3) iac. tergo *h* ς *R Hartman*, summum t. iac. tergum *n cUrbinas Hs vulgo*, summum t. cadentia tergum *Polle* 203 quoque *g* 204 Ac (*corr* h^2) ε *h l* ‖ sine legerunt — fixit ε ‖ alioque sub *Bentley* 205 ra(piu *i r m 3*)ntque *h* rapiunt(que *om*) *M* ‖ per uia ε, per aera ς 206 petunt *i r* F^2 ‖ perde cliua ε, decliue *M*, decliua *l g* ς, per cliua *F*, decliuia uiasque *h* 208 Inferiorque (*corr m 2*) ε Inferisque (*corr*) *F* 209 Ammiratur (ur *i r M*) *O* 210 ut quaeque est *h* fl. qu(ę *ex* o)cumque *N* 211 Fixaque ε ‖ ait *N* ‖ ag// — ar/et *h*, ardet *R*, aret aristis *s* 212 arbos *h ccSenat et Rhenov Hs* 214/16 pereunt — vertunt *del Mnemos NS VI 310 Cornelissen* 214 Parua loquor *N s* 215 totas — gentes ε *F h* ς *VA*, totis(ł as *sscr m 2*) — gentes *M*, totas — gent(e *ex* i)s *N*, totas — terras *l n* ς *R vulgo olim* 217 taurosque — molus ε, (t *i r*)mo/lus *M*, hom(o *ex* u)lus et ote *N*, et thmolus eote *F*, et molus *l*, ⁊ (= et) ethmolus ⁊ ethe *h*, et Emolus *R* 218 Et tunc *F l* ς *R*, Et nunc ς *Hs vulgo olim*, Et modo si caprius ε ‖ celeberrima *ex* creberrima l^3, celeberrima *h g* ς ω *vulgo olim* ‖ ida *N* ς *VA* 219 et nondum œagrius *i r n*, eeagrius hęmus ε, oleagrius *h* ‖ hæmos ς

ardet in inmensum geminatis ignibus Aetna
Parnasosque biceps et Eryx et Cynthus et Othrys
et tandem nivibus Rodope caritura Mimasque
Dindymaque et Mycale natusque ad sacra Cithaeron.
nec prosunt Scythiae sua frigora: Caucasus ardet
Ossaque cum Pindo maiorque ambobus Olympus
aëriaeque Alpes et nubifer Appenninus.
Tum vero Phaethon cunctis e partibus orbem
adspicit accensum nec tantos sustinet aestus,
ferventisque auras velut e fornace profunda
ore trahit currusque suos candescere sentit;
et neque iam cineres eiectatamque favillam
ferre potest calidoque involvitur undique fumo,
quoque eat, aut ubi sit, picea caligine tectus
nescit et arbitrio volucrum raptatur equorum.
sanguine tum credunt in corpora summa vocato
Aethiopum populos nigrum traxisse colorem,
tum facta est Libye raptis umoribus aestu
arida, tum nymphae passis fontesque lacusque
deflevere comis: quaerit Boeotia Dircen,

---

220 et immensum *p* in immensis *l* ‖ ætna *N*, ethna *M l*, ethne *ε*, æthne *F*, "ethne "ignibus *h* 221 Parnasosque (v *sscr* F^2) *ε F* Parnasusque *cett vulgo* ‖ erix et cynthus *ε*, eris *M*, erix et cinctus et othrus *F*, et cinctus *h*, otrix *l* 222 (niui *ex* nubi)bus *N*, nubibus *g*, r(h)odope niuibus *l ς vulgo olim* ‖ rodope (h *sscr ε*) *ε h*, rhodope *cett vulgo* ‖ carituramimasque (minasque *m 2*) *M*, minasque (m *sscr m 3 n*) *N F h ς*, nimasque *ε l* 223 Dindimaque et mycalem promtus ptusque *ε*, dyndama *N*, *Αἴδυμός τε καὶ Μυκάλη Plan* ‖ aptus *i r n* ‖ ad sacra *i r* F_2 224 scitie *h*, scy(thię sua *i r*) *l* 225 cum dum *ε* 226 *sic N F R*, appennius *ε*, appeninus *M l*, apenninus *h ς vulgo olim* 227 Tunc uero *N cRhenov Hs* ‖ totis e *s* 228 Apicit (s *sscr* l^3) *ε l*, Aspicit accendi *h ς R*, incensum *s* ‖ sust. ignes *cDresd* 229 *hic incipit* (*cf ad I 606*) *e* ‖ feruentisque *ε*, feruentesque *cctt ω vulgo* ‖ a fornace *ς R*, profunda *eras* (uolantes *post ras*) *e* 230 i trahaet *ε* ‖ ł rusque² cursusque *M* ‖ candescere (uel ardescere *sscr*) *cSprotii* 231 e cineris *h* ‖ eiectatamque *i r n*, eiectāque *V* 234 ot m arb. *l* 235 *om ε* ‖ corpore (*corr*) *N* ‖ tunc (*item 237 238 e*) *h e ς Jahn* 236 populus *ε* 237 Tunc *e h ς Jahn* ‖ libiae *ε M* 238 tunc *e ς*, cum nymphę *ε* ‖ sparsis *N e ς*. sparsisque *ex* passisque *h* 239 Defl(e *ex corr*, u *i r m 2*)ere *M* ‖ queritur *g ς* ‖ bœotia *N ς Plan*, boœtia *ε M*, bœtia *F e h ς*, bœcia dyrcen *N* ‖ cirnon (ł dircen *sscr*) *ε*, *cf journ of ph 1883 XII 67 Ellis*

Argos Amymonen, Ephyre Pirenidas undas.
nec sortita loco distantes flumina ripas
tuta manent: mediis Tanais fumavit in undis
Peneosque senex Teuthranteusque Caicus
et celer Ismenos cum Phegiaco Erymantho
arsurusque iterum Xanthus flavusque Lycormas,
quique recurvatis ludit Maeandrus in undis,
Mygdoniusque Melas et Taenarius Eurotas.
arsit et Euphrates Babylonius, arsit Orontes
Thermodonque citus Gangesque et Phasis et Hister.
aestuat Alpheos, ripae Spercheides ardent,
quodque suo Tagus amne vehit, fluit ignibus aurum,
et quae Maeonias celebrabant carmine ripas

---

246 *Isidorus Orig XIII 21, 23*: Maeander autem vocatus, quod sit flexuosus et nunquam currat rectus, de quo Ovidius: Recurvis [*sic e 4 ccGuelph Lindem*, quique recurvatus ludit *vulgo*] ludit Maeander in undis'.

---

240 Argus a //mimone^{s} ***M*** ‖ Argo^{s} // (o^{s} *i r m 2*, s *cum una littera sequenti eras*) amymone$^{h^2}$ · nephyre pyrenidas ***N*** ‖ Arethusa · drimonē ephyre phirennidas ε ‖ A. amymonē nephire phirenidas ***F*** ‖ A. amymone$^{n^2}$ · ephyre phyrenidos ***e*** ‖ A. ammimonē ***h*** ‖ armimonē ***l*** ‖ nephirę phirenides ***h l*** ‖ Amimonem · Nephire *R* ‖ *Ἄργος δὲ τὴν Ἀμυμώνην καὶ Ἔφυρα τὰ Πειρήνια ῥεῖθρα Plan* **242 243 247** ***e*** **242** Tuta // manent ***F*** manem ε ‖ medius ***h*** ‖ medus tana(s *virgula del*)is—undas^{i} ε **243** Peneosque ε ***F*** ς *Plan*, Peneusque *cett* ‖ teuthranti/usque ***M***, te$^{u^2}$(th *i r m 2*)-anteusque$^{th^2}$ ***N***, therantheusque ***e***, tetranteusque ***h***, teutranseusque ***l*** ‖ caicas ε **244** Et t& // (Cessit et *sscr m 2*) ismenos ε, Et celeris menos ***M*** ‖ (y *i r m 2*)s-men(o *i r m 2*)s ***N***, hysthmenos ***e*** ‖ Phegiaco *Baumg-Crusius*, ph(f ***N l***)ocaico ***A*** ω, phocaycoque ***e***, phescaico ***g***, Phegeo *Micyllus*, Psophaico *post Glareanum Jahn*, Psophaco *ad Paus Arcad p 419 Palmerius* **245** Arsu-rosque^{v} ε ‖ licormas ***F*** licornas ***h*** **246** recurutis^{a} ε ‖ me(ae)andros ***e*** ς, menandrus ***h***, meander ***l*** ς *Isidorus* **247** Nigdoniusque — et atenarius ε, Lidoneusque$^{r^2}$ ***l*** ‖ melax — ten(a *ex* e)rius ***M***, Meles *Hs* ‖ tenareus ***l*** ς, thenareus ***e***, tanarius ***h*** **248** eufrat(th ***F***)es ***O F*** ς* ‖ babillonius ***M*** ‖ orunthes ***e*** **249** Thermodonque ς *Plan Ciofanus vulgo*, Termodonque ***h***, Thermodohonque ***e***, T(h)ermodoonque *cett* ω ‖ gongisque (*corr*) ε ***N*** ‖ fasis ethister ***M*** **250** alpheos (v *sscr* h^2, o *ex* u ε) *recepi ex* ε ***N F h*** ς *Plan cSprot*, alpheus ***M l e vulgo*** ‖ sperchied(os *ex* es *m 2*) ε, spercheid(o *ex* e *n*)s ***F N*** ‖ percheides ***h***, sperceydos ***e*** **251** quodque *i r* (*m 3*) ***n*** ‖ fluit^{af} ε **252** que *i r* ***n*** ‖ menias (*corr m 3*) ***h*** ‖ celebrabant (t celebrarunt *sscr* l^2) ε ***O F l*** ς *Plan* ω, celebrarunt ***h e*** ς, celebraraut ς *Hs vulgo olim*

flumineae volucres, medio caluere Caystro.
Nilus in extremum fugit perterritus orbem
occuluitque caput, quod adhuc latet: ostia septem
pulverulenta vacant, septem sine flumine valles.
fors eadem Ismarios Hebrum cum Strymone siccat
Hesperiosque amnes Rhenum Rhodanumque Padumque,
cuique fuit rerum promissa potentia, Thybrim.
Dissilit omne solum, penetratque in Tartara rimis
lumen et infernum terret cum coniuge regem;
et mare contrahitur, siccaeque est campus harenae
quod modo pontus erat: quosque altum texerat aequor,
exsistunt montes et sparsas Cycladas augent.
ima petunt pisces, nec se super aequora curvi
tollere consuetas audent delphines in auras;
corpora phocarum summo resupina profundo
exanimata natant. ipsum quoque Nerea fama est
Doridaque et natas tepidis latuisse sub antris.
ter Neptunus aquis cum torvo bracchia vultu
exserere ausus erat, ter non tulit aëris ignes.
Alma tamen Tellus, ut erat circumdata ponto,
inter aquas pelagi contractosque undique fontes,
qui se condiderant in opacae viscera matris,

---

264 *Seneca NQ III 27, 13*: ergo insularum modo eminent 'montes et sparsas Cycladas augent', ut ait ille poetarum ingeniosissimus egregie [*cf ad I 285*].

---

253 cystro ε 254 extīnum (= externum) *e* ‖ fugit *M* 255 capud̄ ε 256 uocant (*corr M n l*²) *O l g*, iacent ς *ω cSprotii* 257 Sors *h* ς ‖ eborum ε ‖ stimone *h* 258 Esperios(que *om*) *h* ‖ anim/s (*corr*) ε ‖ renum rodanumque ε *h* 259 permissa *e* ς ‖ thybrim *N*, tybrim *F e*, thibris ε. thybrī/ (n *fort eras*) *M*, tibrī *h l*, tibrim ς 260 Desilit *e* ‖ (s *i r*)penetratque *M* 261 Ignis et ε 262 conthraitur *M* ‖ siccae quoque campus arenae ε *N g* siccae quoque *ex corr* (siccaeque est *fuit*) *l*² 263 quodque (quosque *fuit in F*¹) *M F*² *cDresd* 264 Extabant m. exsparsas (et *sser*) ε, Exsiliunt *vel* Emergunt *vel* Apparent ς ‖ ci(y)clades *h l* ‖ *καὶ τὰς Σποράδας καὶ Κυκλάδας μείζους ποιοῦσι Plan* 266 in undas *cDresd R* 267 focarum *M l* 268 ex. iacent (t natant *sser h*²) *e h g* ς *Burm* 269 Doricaque *M* Dorridaque *l* ‖ trepidis *e* ‖ sub undis *h* ς 270 aquis ε ‖ to(ru *ex corr*)o — rultu *M*, u(u *i r m 2*)ltu *N* ‖ uoltu *scribendum videtur* 271 igneis ε, aeris aestus ς *cSprotii Hs vulgo olim* 273 contractos(que *om*) *M g* ς *Hs vulgo olim*, contractos (que *eras*) *l* 274 uisera ε ‖ uiscera terrae *s*

sustulit oppressos collo tenus arida voltus
opposuitque manum fronti magnoque tremore
omnia concutiens paulum subsedit et infra,
quam solet esse, fuit sacraque ita voce locuta est:
'Si placet hoc, meruique, quid o tua fulmina cessant,
summe deum? liceat perituraе viribus ignis
igne perire tuo cladeмque auctore levare.
vix equidem fauces haec ipsa in verba resolvo'
(presserat ora vapor): 'tostos en adspice crines
inque oculis tantum, tantum super ora favillae!
hosne mihi fructus, hunc fertilitatis honorem
officiique refers, quod adunci vulnera aratri
rastrorumque fero totoque exerceor anno,
quod pecori frondes, alimentaque mitia, fruges,
humano generi, vobis quoque tura ministro?
sed tamen exitium fac me meruisse; quid undae,
quid meruit frater? cur illi tradita sorte

---

279 *sq Respexit haec Ilias Lat 39 sq.*
283 [*Lact*] *Carmen de pass Domini 40 Brandt*: 'en aspice crines'.

---

275 oppressos (omniferos *sscr*, feros *a m 2*) ***M*** *Merkel*, oⁿps (*i e* omnipotens · *an voluit* omniparens ? *sic cThuan, cf ad Aen VI 595 Ribb*) ε, uł igniferos[3] omni(feros *i r m 2*)—u(u *ex* o *m 2*)ltus ***N***, omniferos ***X*** *vulgo olim* ‖ horriferos *3Heinsiani Bach*, omniparos *Adv p 123 Hs* ‖ arida *i r* F^2 ‖ voltus *scripsi ex* ***N*** **276** man' (= manus) ***l*** **277** paulatim subsedit ***F*** **278** sacraque ita uoce (*cf XIV 21 fast VI 386*) ***A*** *ω Jahn* ‖ siccaque (*sic* ς *Hs vulgo olim*) ita fauce *ad Stat Silv IV 3, 71 Markland, quod probat i mg ed Burmannianae Bentley* ‖ raucaque i. voce *NJhb 1876, 618 GHMüller*, fuscaque i. fauce *Tournier*, fractaque i. voce *Rev Ph XXI 118 Lafaye* ‖ ita *om* (*add m 3*) ***h*** ‖ uoce profatur ς **279** Sic ***h*** ‖ quod o ***F*** ‖ ot$^{u^2}$/a (i^{i} *eras*) ***M*** **281** perere ε, periture clad. (*corr*) ***F*** ‖ pœnamque auctore *cGronovii* ‖ levari *Bothe* **282** in *om* (*add m 2*) ***M*** **283** pauor (*corr m 2*) ***h*** ‖ tostos ε ***N h*** ς, tortos (*corr*) ***M***, totos (s *sscr m 2*) ***F***, ustos (ust *i r* l^2, ł tostos *sscr* e^2) ***l e*** ς **284** Hinque (*corr m 2*) ***h*** ‖ oculis tantum tantum super ε ς *cSprotii Hs vulgo* ‖ oc. fumum (fumum *i r* h^2 ***m***) tantum super ***M h*** ς, oc. fumum tantum /// super ***F***, oc. fumum tantum est super ***g*** ς *Plan*, oc. fumum uolitant super ς *VA*, oc. (fumus uolitant *i r m 2*) super ***N***, oc. fumi tantum super *unus Heinsianus*, oc. tantum uolitant super ***e p***, oc. tantum uolitantque per ς, oc. (uolitant *i r m 2*) tantum (est *eras*) ***l***, oc. uolitant etiam super ora ***R*** ‖ oc. fumi tantum tantumque favillae *coni Hs* **285** amorem (ł honorem *sscr m 2*) ***e*** **286** quid ***e*** ‖ quod curui ς ‖ uulnus ar. ***s*** **287** Rastrorum(que *om*) ***h*** **288** Q(uod *i r m 2*) ***N*** **289** uobis quod ς *Hs vulgo olim* **290** fac me *add m 3*) meruisse ***F h*** ‖ quod undae ***F*** **291** credita ς

aequora decrescunt et ab aethere longius absunt?
quodsi nec fratris nec te mea gratia tangit,
at caeli miserere tui! circumspice utrumque,
fumat uterque polus! quos si vitiaverit ignis,
atria vestra ruent. Atlans en ipse laborat
vixque suis umeris candentem sustinet axem.
si freta, si terrae pereunt, si regia caeli,
in chaos antiquum confundimur. eripe flammis,
siquid adhuc superest, et rerum consule summae!'

Dixerat haec Tellus (neque enim tolerare vaporem
ulterius potuit nec dicere plura), suumque
rettulit os in se propioraque manibus antra.

At pater omnipotens, superos testatus et ipsum,
qui dederat currus, nisi opem ferat, omnia fato
interitura gravi, summam petit arduus arcem,
unde solet nubes latis inducere terris,
unde movet tonitrus vibrataque fulmina iactat.
sed neque quas posset terris inducere nubes
tunc habuit, nec quos caelo dimitteret imbres.
intonat et dextra libratum fulmen ab aure
misit in aurigam pariterque animaque rotisque
expulit et saevis conpescuit ignibus ignes.

Corippus Johann I 340 Petschenig (*de eadem re loquens*): 'restringens ignibus ignem'

---

292 et habet here ε 293 ne fratris ε, non fratris *g* ‖ mea nec te *Bentley* 294*sq* utrumque ε *N h* ς *Plan-R*, utrimque *F e p g* ς, utri/mque (u *fuit*) *M*, utrin/que *l*, utrinque *VA*, ἑκατέρωσε *Plan* ‖ utrumque (fumat uterque) polum *Burm* 295 utrumque polus quos si uitia uestit (rit *sscr*) ε ‖ quod (*corr m N*) *O l*, quo si (*corr m 2*) *F* ‖ uiolauerit *e h* ς̈ ‖ axis(ł ignis *sscr m*) ε *M* ‖ quod si uiolabitur axis *cPar* 296 *om* ε ‖ ruunt *h* ‖ Atlans *Ehwald* athla/s (n *eras*) *M*, athlas *cett*, Atlas ς *Plan vulgo* 297 candentē/ (candentes *fuit*) *F* 298 pereant *s* 299 Incaos *h* ‖ etripe ε 300 Quidquid adhuc (*praef*) *Riese* 301 hoc tellus — uapore ε, nec enim *h* ς, neque iam *Vind p 13 Bothe* ‖ uaporeś *F e* 302 poterat *e l g p* ς 303 Rettulit *O e* Retulit *cett vulgo olim* ‖ antra *i r l* 304 At (f· = sed *sscr*) *l* omnipudens — testatu(s *ex* r *m 2*) *N* et illum *F* 305 dederit *e* 307 latis nubes ς *Hs vulgo olim*, latis nebulas *cSprotii* ‖ *'post 307 deest versus cum mentione imbrium' Riese* 308 fulmina *s l add l* ‖ uibrıtaque lumina (ł fulmina *sscr m 2*) *M* 309 possit (*corr m 3*) "terris ind. ("latis *i r m 2*, ł nubes *i mg m 3*) *h* ‖ nubes *i r N* 310 dimitteret *A* ω, demitteret (*cf I 261*) ς *Hs vulgo olim* 311 libratus *e*, uibratum *ccSprotii Dresd et Goth* ‖ aure *i r N* 313 Exuit ς ‖ et sæuos ς *Bentley* ‖ et seuis seuos compescuit ignes *g*

consternantur equi et saltu in contraria facto
colla iugo eripiunt abruptaque lora relinquunt.
illic frena iacent, illic temone revulsus
axis, in hac radii fractarum parte rotarum,
sparsaque sunt late laceri vestigia currus.
At Phaethon rutilos flamma populante capillos
volvitur in praeceps longoque per aëra tractu
fertur, ut interdum de caelo stella sereno
etsi non cecidit, potuit cecidisse videri.
quem procul a patria diverso maximus orbe
excipit Eridanus fumantiaque abluit ora.
Naïdes Hesperiae trifida fumantia flamma
corpora dant tumulo, signant quoque carmine saxum:
HIC · SITUS · EST · PHAETHON · CURRUS · AURIGA · PATERNI
QUEM · SI · NON · TENUIT · MAGNIS · TAMEN · EXCIDIT · AUSIS.
nam pater obductos, luctu miserabilis aegro,
condiderat vultus, et, si modo credimus, unum
isse diem sine sole ferunt: incendia lumen
praebebant aliquisque malo fuit usus in illo.
At Clymene postquam dixit quaecumque fuerunt
in tantis dicenda malis, lugubris et amens

---

328 *Seneca De vita beata XX 5 Gertz*: qui haec facere proponet, uolet, temptabit, ad deos iter faciet, ne ille, etiam si non tenuerit, 'magnis tamen excidet [*sic Gertz cum duobus* ς, excidit *cAmbr*] ausis'.

331 *Joann Saresber Polior VIII 23 (II p 407)*: tunc isse d. s. s. ferunt.

---

314 Consternuntur ***N h e ς R*** ‖ contraria uerso (ł facto *sscr* h^2) ***h e ς R*** **315** iugo excutiunt ***e h ς Hs*** ‖ abrutaque (*corr m 2*) ***N h*** **316** reu(ulsus *i r m 2*) ***N*** **318** lacere u. (cursus *a m 2*) ***ε*** ‖ laceri late (*corr h*) ***N h ς***, late celeris ***s*** **320** Vuluitur — longoque poli tractu (poli *a m 2, ut videtur*) ***ε*** ‖ per *add* l^2 **322** Quae si non ***ς R*** **324** spumantiaque ***ς Hs*** *vulgo olim*, flammantiaque *Bothe*, ferventiaque *Bach*, flagrantiaque *Riese* **325** Nai(y)ades ***e l g ς*** ‖ hesberiæ ***ε*** ‖ spumancia ***l*** **326** signantque hoc (*cf Aen III 287*) *ccBerol et duo Leid Hs vulgo olim* ‖ saxum ***ε*** (*i r m*) ***F ς***, fa/tum ***N***, fatum (*corr m 3*) ***h***, sa(ssū *i r m 2*) ***l***, saxum (ł fatum *sscr m 2*) ***e***, factum *vel* fatum ***ς*** **328** qui si non ten. *Burm* ‖ rexit (ł tenuit *sscr* e^2) ***e ς*** ‖ etcidit ***ε*** cecidit ***h*** **329** Iam p. ***F ς***, At p. ***e ς***, Tum *i r ex corr* (Nam *fort fuit*) ***l*** ‖ obductus (*corr m 2*) ***ε*** ‖ luctu *i r* h^2 ‖ ego (*corr*) ***M*** ‖ obductos luctu, miserabilis aegros c. vultus *ad Lucr III 918 Wakefield* **330** Abdiderat *cMedic* ‖ si *add* h^2 **331** Esse diem ***h*** *ccRhenov et Senat, γεγονέναι Plan* **332** Omnia cum quodam ueniunt incommoda fructu *i mg adscr cDresd* **333** clim(e *ex* i *m 2*)ne ***F***

et laniata sinus totum percensuit orbem
exanimesque artus primo, mox ossa requirens
repperit (ossa tamen peregrina condita ripa!),
incubuitque loco nomenque in marmore lectum
perfudit lacrimis et aperto pectore fovit.
Nec minus Heliades lugent et inania morti
munera dant lacrimas, et caesae pectora palmis
non auditurum miseras Phaethonta querellas
nocte dieque vocant adsternunturque sepulcro.
luna quater iunctis inplerat cornibus orbem:
illae more suo (nam morem fecerat usus)
plangorem dederant. e quis Phaethusa, sororum
maxima, cum vellet terra procumbere, questa est
deriguisse pedes; ad quam conata venire
candida Lampetie subita radice retenta est.
tertia cum crinem manibus laniare pararet,
avellit frondes; haec stipite crura teneri,
illa dolet fieri longos sua bracchia ramos.
dumque ea mirantur, conplectitur inguina cortex
perque gradus uterum pectusque umerosque manusque
ambit, et exstabant tantum ora vocantia matrem.
quid faciat mater, nisi, quo trahit impetus illam,
huc eat atque illuc et, dum licet, oscula iungat?

340*sq* *Hieron Comm in Joh c 2, 2 (t. VI A p 406)*: 'legant quindecim libros Nasonis metamorphoseon .. ibique cernent vel Daphnen in laurum vel Phaetontis sorores in populos arbores fuisse conversas'.

---

335 l. comas ς ‖ ta(n *virg deletum*)tum — percensuit (al. transcenderat *sscr*) ε 337 *parenth pos Riese* ‖ ripa ε ***O F*** ς, terra (ripa *sscr* l^2) ς* ς *RV* 339 pect. saeuit *cGronov*, aperto in pectore saeuit *inde Burm* 340*sq* heliades tristes et *F* ‖ fletus (*sic* ***h e*** ς) et inania morti munera dant, lacrimas, et *Ehwald* 341 Funera *e* ‖ cesis ε ‖ cae(s *ex* c)is (t se *sscr m 2*) ***M*** cese ***N*** ceso *R* ‖ et pulsant p. palmis *s* 342 miseris (t a *sscr* h^2) — querellis (t as *sscr* h^2) ***N h*** ς *R*, quaere/las (l *eras*, s *add m 2*) ***M***, querelas ε ***F l*** ‖ miseris — querellis *verum videtur, cf fast V 684* 343 Nonte (*corr*) ε ‖ asternanturque (a *alterum ex* u h^2) ***N h*** 344 inplerant ε ‖ explerat *ad Lotich p 247 Burm* 345 more suo *ex* moremio ***M*** 347 terra(e *add m 3*) *l*, terrae ε *e* ω 348 Deriguisse ***O*** *Merkel*, Diriguisse *cett vulgo* 349 lampetie ***N***, iampetie ε, iam petiæ ***M***, //iapetie ***F***, iam pecie *l*, yapetie *e*. lapetice *g*, ampena *h* 351 aue//it (ll *sscr* n^2 *m 2*) *h* 353 miratur (*corr n*) ***N*** *ccDresd et Senat* ‖ Dumque admiratur ***F*** 354 utrum ε 355 Ambiet extabant ε 356 trahit *recepi ex* ε ***N F h e g p***, trahat ***M l*** ς *vulgo* 357 cignus steleneia proles *s*

non satis est: truncis avellere corpora temptat
et teneros manibus ramos abrumpit, at inde
sanguineae manant tamquam de vulnere guttae.
'parce, precor, mater', quaecumque est saucia, clamat,
'parce, precor: nostrum laceratur in arbore corpus!
iamque vale' — cortex in verba novissima venit.
inde fluunt lacrimae; stillataque sole rigescunt
de ramis electra novis, quae lucidus amnis
excipit et nuribus mittit spectanda Latinis.
Adfuit huic monstro proles Stheneleia Cygnus,
qui tibi materno quamvis a sanguine iunctus,
mente tamen, Phaethon, propior fuit. ille relicto
(nam Ligurum populos et magnas rexerat urbes)
imperio ripas virides amnemque querellis
Eridanum inplerat silvamque sororibus auctam,
cum vox est tenuata viro canaeque capillos
dissimulant plumae collumque a pectore longe
porrigitur digitosque ligat iunctura rubentis,
penna latus velat, tenet os sine acumine rostrum.
fit nova Cygnus avis nec se caeloque Iovique
credit, ut iniuste missi memor ignis ab illo:
stagna petit patulosque lacus ignemque perosus,
quae colat, elegit contraria flumina flammis.
Squalidus interea genitor Phaethontis et expers

---

358 euellere ε ‖ tempta/t (n *eras*) ***M*** 359 abrumpere ς ‖ et inde *cDresd R* 360 emanant ***F*** ‖ "de uulnere "tamquam ***h***, de pectore ***e***, de cortice (uulnere *sscr m 2*) ***l***, de corpore ς *R* 361 *om* ***N***, *add i mg* ***n*** 362 laniatur ς *Hs vulgo olim*, lacer(a *ex* e)tur ***M*** 363 uale et cortex *cSprotii* ‖ no(ui *ex corr*, xu *fort fuit*)ssima ***M*** ‖ repit *vel* serpit *Hs* 364 Vnde ***e h*** ‖ tepescunt *R* 365 lucidus *add* l^2 366 spectanda (ł gestanda *sscr* ***m***) *recepi* (*cf Hermes XXXIX 39*) *ex* ***O p*** ς *cLeodii in Mscr Diez BSant 148°*, gestanda ***X*** ω *vulgo* 367 cignus ***F N h l*** ς, cygnus ε 368 ibi — quauis a s. iunctu (*corr omnia m 2*) ***N***, quamuis insanguine ***h*** ‖ uinctus ε 369 phœton ***M*** pheton ς ‖ proprior ε ***l*** 371 amnesque ***l***, omnemque *epist II 69 Faber* ‖ querelis ε ***F*** 372 Eridamnum ***N*** ‖ inples ut ε, impleuerat ***F*** ‖ aptam ***s*** ς *Gebhardus*, actam *vel* altam ς, siluasque s. auctas ς 373 Tum uox ***l***, Tunc *cGoth*, Quom *R* 374 Dissimulantque ε ‖ pect. longum ς *Hs vulgo olim* 375 rubentis ***N***, rubentes ***n*** *cett vulgo* 376 Pinna ε, P(enna *i r m 2*) ***N*** ‖ uestit ς *Hs vulgo olim* 377 cyngnus ε 378 Credit ***F h e l m*** ς, Tradit ε ***O*** l^2 ς *Ehwald* ‖ ut *i r* ***n*** ‖ iniusti ε 379 St. colit ς ‖ ignesque ***l*** ‖ (pe *i r*)rosus ***M*** 380 ille legit *Hs* 381 Squalibus (*corr i mg*) ε ‖ phœtontis ***M***

ipse sui decoris, qualis, cum deficit orbem,
esse solet lucemque odit seque ipse diemque
datque animum in luctus et luctibus adicit iram
officiumque negat mundo. ‘satis’ inquit ‘ab aevi
sors mea principiis fuit inrequieta, pigetque
actorum sine fine mihi, sine honore laborum.
quilibet alter agat portantes lumina currus!
si nemo est omnesque dei non posse fatentur,
ipse agat, ut saltem, dum nostras temptat habenas,
orbatura patres aliquando fulmina ponat!
tum sciet igniferum vires expertus equorum
non meruisse necem, qui non bene rexerit illos.’
Talia dicentem circumstant omnia Solem
numina, neve velit tenebras inducere rebus,
supplice voce rogant; missos quoque Iuppiter ignes
excusat precibusque minas regaliter addit.
conligit amentes et adhuc terrore paventes
Phoebus equos stimuloque dolens et verbere saevit
(saevit enim) natumque obiectat et inputat illis.

Callisto. At pater omnipotens ingentia moenia caeli
circuit et, ne quid labefactum viribus ignis
corruat, explorat. quae postquam firma suique
roboris esse videt, terras hominumque labores
perspicit. Arcadiae tamen est inpensior illi
cura suae: fontesque et nondum audentia labi

---

382 quali(s *i r m 2*) /// cum *h* ‖ desi/it (n *sscr*, deficit *fort fuit*) *M* fuit *i mg m* ‖ orbem *ε M h cRhen*, orbe *fort recte N F e l g p ς*, orbi *R* ‖ quali, cum deficit, orbe *Passeratius* 383 dieque *N* 384 animam *e h cGoth* ‖ addidit *ccSenat et Sulm* 385 negans *post Heinsium Capoferreus* ‖ ab *i l add F* 386 piget me *p* 387 “laborum “honore *h*, sine honore — sine fine *s* 389 diei (*corr*) *ε* 392 Tunc ς* ς ‖ igniferum (*cf 59, 84*) *O* ς, ignipedum *X VA Plan vulgo*, alipedum *s*, aeripedum (*cf VII 105*) *Hs* 393 Nomeruisse *ε* ‖ rexerat *ε F l g* ς 395 Nu(mina *i r m 2*) *N* ‖ ind. terris ς *cGoth R* 398/400 *in suspicionem voc Hs, def Baumg-Crusius* 398 attonitos *Withof*, errantes *Bothe* ‖ terr(ore *i r*) *M* ‖ trementis$^{e^2}$ *N* 399/400 stim. domans *cReg Hs vulgo olim* ‖ uerb. caedit *cMedic Haupt*, furens et verbere caedit *duo Heinsiani Burm* ‖ saevit, Saevit erum natumque *tres Heinsiani Merkel*^{2} 401 omps^{i} *M*, omnipudens *ex* omnipotens *N* ‖ ingentis *ε cMedic* 402 Circu/it (m *eras*) *M* ‖ Inquirens ne quid lauefactum$^{b^2}$ *N* 403 firmas ubique *ε* 405 Prospicit *l* ς, Respicit *ε* 406 fontes(que *om*) *cDresd Merkel* ‖ uundum *e*

flumina restituit, dat terrae gramina, frondes
arboribus laesasque iubet revirescere silvas.
dum redit itque frequens, in virgine Nonacrina
haesit, et accepti caluere sub ossibus ignes.
non erat huius opus lanam mollire trahendo
nec positu variare comas; ubi fibula vestem,
vitta coercuerat neglectos alba capillos
et modo leve manu iaculum, modo sumpserat arcum,
miles erat Phoebes; nec Maenalon attigit ulla
gratior hac Triviae; sed nulla potentia longa est.
Ulterius medio spatium sol altus habebat,
cum subit illa nemus, quod nulla ceciderat aetas.
exuit hic umero pharetram lentosque retendit
arcus, inque solo, quod texerat herba, iacebat
et pictam posita pharetram cervice premebat.
Iuppiter ut vidit fessam et custode vacantem,

---

409 *Lact Pl Comm in Stat Theb IV 294*: Ouidius sic: 'in uirgine Nonacrina'.

415*sq Priscianus V 24:* 'milĕs' quoque 'hic' et 'haec milĕs'. Ovidius in II metamorphoseon de Callistone loquens: Miles erat Phoebes nec Maenalon attigit ulla—sed nulla potentia longa est [*gl* formae *sive* forma *add libri*]. ‖ *ib VII 35*: 'hic' et 'haec' milĕs huius militis — Ovidius in II metamorphoseon: 'Miles erat Phoebes'.

416 *Vincent Bellov Spec hist VI 116* (*IV 215*): 'Vix ulla potentia longa est'.

---

408 letasque ε *g* ‖ iuuet (*corr m 2*) *N* ‖ reuiuiscere *l*, reuiuescere (ł re *sscr* e^2) *e h* 409 Dum redit & idque (t *sscr*) — Nonacrines (a *sscr*) ε, nonagryna *e g* 410 accensis *vel* accensi *Schepperus* 412 positu *O* F^1 *h l* ς *R Hs vulgo*, positas ε *m n g* ς, positos F^2 ‖ ubi fib. (ł cui *sscr* ε l^2) ε *l* ς *Hs vulgo*, ubi fistula (b *sscr m 2*) *F*, cui (*i r, paucae litterae paene evanidae sscr,* cui *i mg repetitum*) fib. *M*, cui fib. *e p cSprot* ς, sed fib. *s* (*i r n*) ς, huic fib. ς, ceu fib. *i r* h^3, cava fib. *Korn*, cum fib *ZOG XXXII Rappold* ‖ Strinxerat. enituit (emicuit *R*) corpus iuuenile decorque (decore *R*) *post 412 R et i l n* 413 coercebat *cSprot* ς *R* ‖ neglegitos ε, neclectos *Ehwald* ‖ positos sine lege capillos (*cf I 477*) ς 414 Ut modo *p* 415 menėalon ε, melanon *l*, phœbes menalon non a. *h* 416 longe est ε, long(a *i r*) *O* ‖ est (*add n*) *om N cSprotii* 417 spatium medio ς* ‖ sol letus ε 418 Quom *R* ‖ sub/it *l* ‖ c(e *i r*)ciderat *M*, exciderat (ł ci. *sscr m 2*) *e*, cetĭderat ε 419 (h *add m 2*)ic *N* ‖ huic humero ε, haec *vel* huc ς ‖ humeros *e* ‖ lentosque (o *incertum*) *M*, tentosque ς 420 solum *h* 421 pict. pharetram solita *l* 422 & uidit ε, Iupiter ut uidet *h* ‖ fessam(et *om*) *N* ‖ carentem *h* ς *s cSprotii*

'hoc certe furtum coniunx mea nesciet' inquit,
'aut si rescierit, sunt, o sunt iurgia tanti!'
protinus induitur faciem cultumque Dianae
atque ait: 'o comitum, virgo, pars una mearum,
in quibus es venata iugis?' de caespite virgo
se levat et 'salve numen, me iudice', dixit
'audiat ipse licet, maius Iove!' ridet et audit
et sibi praeferri se gaudet et oscula iungit
nec moderata satis nec sic a virgine danda.
qua venata foret silva narrare parantem
inpedit amplexu nec se sine crimine prodit.
illa quidem contra, quantum modo femina posset,
(adspiceres utinam, Saturnia: mitior esses!)
illa quidem pugnat: sed quem superare puella,
quisve Iovem poterat? — superum petit aethera victor
Iuppiter, huic odio nemus est et conscia silva.
unde pedem referens paene est oblita pharetram
tollere cum telis et quem suspenderat arcum.

Ecce, suo comitata choro Dictyna per altum
Maenalon ingrediens et caede superba ferarum
adspicit hanc visamque vocat: clamata refugit,
et timuit primo, ne Iuppiter esset in illa.

---

433 *Vincent Bellov Spec hist VI 116*: 'Nemo se sine crimine prodit'.

---

423 coniux furtum ς *Hs* ‖ nesci(e *ex* a *m 2*)t *F* 424 si *i l add* F^2, si scierit (*corr m 2*) *l* ‖ re/scierit (s *eras*) sunt (h' *i r m 2*) sunt iurgia *N*, sunt o mihi iurg. ς, sunt o tua (sua *alii*) iurg. ς, quid? sunt o iurgia t. *R*, sunt o sunt iniuria tantum ε ‖ gaudia tanti *Bentley* 425 uultumque (cultum *sscr m*) *M ccGronov et Leid*, uultusque *l* 427 uen(a *i r m 2*)ta *N* 428 silue (salue *sscr*) ε 429 Audiat ε ‖ ut audit *post Vossium Bothe* 430 *om N*, *i mg add n* ‖ Et sibi præteris se ε, se *add* l^2 431 ea uirgine ε ‖ nec enim moderata fuere *e* ł nec sic a uirgine danda *sscr* e^2 432 Qua nata *h* ‖ parentem ε *M* 433 nec iam sine *M* 434 Illa quidem pugnat (contra *sscr* l^2) *e g l cSprotii* ‖ possit *l* ς *vulgo olim* ‖ femina pugnat *s* 436 sed quem ε *et e coni Bentley vulgo*, sed non *l*, sed quae *M*, sed quae *cett ω* 437 Qusue ε ‖ poterat superum ? *distinx post Planudem Jahn* 438 uenus est *cAmbr et unus Heinsii* 439 / unde p. re/ferens (f *eras*) pœne *M*, Inde *e l* ς 441 coro dictina ε, thoro dictinna *l* 444 Extimuit *l* ‖ illas *h*, illis *cSprotii*

sed postquam pariter nymphas incedere vidit,
sensit abesse dolos numerumque accessit ad harum.
heu quam difficile est crimen non prodere vultu!
vix oculos attollit humo nec, ut ante solebat,
iuncta deae lateri, nec toto est agmine prima,
sed silet et laesi dat signa rubore pudoris;
et, nisi quod virgo est, poterat sentire Diana
mille notis culpam; nymphae sensisse feruntur.
orbe resurgebant lunaria cornua nono,
cum dea, venatu fraternis languida flammis,
nacta nemus gelidum, de quo cum murmure labens
ibat et attritas versabat rivus harenas.
ut loca laudavit, summas pede contigit undas;
his quoque laudatis ‘procul est’ ait ‘arbiter omnis;
nuda superfusis tingamus corpora lymphis.’
Parrhasis erubuit. cunctae velamina ponunt:
una moras quaerit: dubitanti vestis adempta est,
qua posita nudo patuit cum corpore crimen.
attonitae manibusque uterum celare volenti
‘i procul hinc’ dixit ‘nec sacros pollue fontis’
Cynthia deque suo iussit secedere coetu.
Senserat hoc olim magni matrona Tonantis
distuleratque graves in idonea tempora poenas.
causa morae nulla est, et iam puer Arcas (id ipsum

---

465 *Hyginus fab 189 (Schmidt p 120)*: quam cum Diana conspexisset ait ei: . . ‘secede de hoc coetu’.

---

446 numerumque (numorumque *inde m 2*) — haram ε ‖ numerosque *M* 447 (H *add m 2*) Eu — uultum ε 449 toto ex *Hs* 450 podoris *M* 451 At nisi *l* ‖ est *om cSprotii* 452 mille *i r N* ‖ mille modis nymphae culpam *s* 453 (resur *i r*)gebant *N*, refulgebant *e* ‖ nouo *h* 454 uenatrix ς *Regius Hs vulgo olim*, uenatu et *ex ccSprotii Berol et Senat Lindemann* 455 gelidum est *e s ccDresd Vrat R* ‖ lamns *N* 456 atritas *e M* ‖ riuos ε, riuus uersabat arenas *N* 459 super *add* h^3 ‖ tingamur *Hs* 460 Parrasis (h *sscr* ε) ε *N h*, Parthasis *F*, Parasis *l* 461 dubitandi (*corr*) *F*, cunctanti *g* ς 462 cr(i *ex* e *m 2*)men *M* 463 Attonitae (illi *del m 3*) man. *h* ‖ que *om e* 464 ne sacros ε, nec castos *Hs* ‖ fontis *N*, fontes *n cett vulgo* 465 discedere *R* ‖ decedere cetu *N*, cętu secedere iussit *e* 467 gr(a *ex* e *m 2*)ues *M* ‖ idonia ε 468 et *om N*, et iam *i r h*, nam iam *s*, iam iam *cSenat*, sic *vel* ubi *vel* cum iam *Hartman*, ut iam *Bothe* ‖ aras (*corr*) *M*

indoluit Iuno) fuerat de paelice natus.
quo simul obvertit saevam cum lumine mentem,
'scilicet hoc etiam restabat, adultera' dixit,
'ut fecunda fores, fieretque iniuria partu
nota, Iovisque mei testatum dedecus esset.
haud inpune feres: adimam tibi namque figuram,
qua tibi, quaque places nostro, inportuna, marito.'
Dixit et adversam prensis a fronte capillis
stravit humi pronam. tendebat bracchia supplex:
bracchia coeperunt nigris horrescere villis
curvarique manus et aduncos crescere in unguis
officioque pedum fungi laudataque quondam
ora Iovi lato fieri deformia rictu.
neve preces animos et verba precantia flectant,
posse loqui eripitur; vox iracunda minaxque
plenaque terroris rauco de gutture fertur.
mens antiqua manet (facta quoque mansit in ursa),
adsiduoque suos gemitu testata dolores
qualescumque manus ad caelum et sidera tollit
ingratumque Iovem, nequeat cum dicere, sentit.

---

474 *Vita Leudegaris Martyris* (*Traube III 21*): haud inpune tulit.

476*sq Scholia in German Aratea 381, 22* (*Eyssenhardt, Martianus Capella*): Ouidius a Iunone ob pelicatum in ursam transfiguratam eam scribit.

---

469 fuerit de pellice ε 470 *om R* ‖ Cvi simul obuertens ε, ob aduertit *N* 471 hoc unum ς *Hs vulgo olim* ‖ restaba/t *M* 473 No/ta— testatur d. esse ε ‖ meique iouis *p* ‖ to[3] statum *h* 474 Haut *F* ‖ namque *A ω Jahn*, nempe *l* ς *Hs vulgo olim* 475 quaue *e cVrat* 476 aduersam ε ς *Ehwald*, auersam *M F l*, arrectam *i mg* l^2, auersa *N g*, arreptam *e h n p* ς, aduersa ς *cSprot Naugerius vulgo olim*, *ἀντικρὺ κατὰ μέτωπον τῶν τριχῶν δραξαμένη Plan* ‖ arreptis adversa fronte capillis *vel* arrepta prensis a fronte c. *Hs*, aduersa prensis dea fronte c. (*coll IX 317*) *Bothe* 479 unguis *N R*, unges ε, un(gues *i r m 2*) *h*, ungues *cett vulgo* 480 Officiuque ε ‖ laudata[q;2] *e* 481 ioui/)s *eras*) *M* 482 praeceps *F* praeceps *h* ‖ uerba superflua *cSprotii*, uerba potentia *Burm vulgo olim*, verba rogantia *ap Fabrum II ep 71 Schepperus* ‖ neve truces animos per verba precantia flectat *Hs* 483 Eripitur et uox *l* ‖ min(is *i r m 2*)que *N* minansque *cSenat* 484 de rauco *l* ‖ gutere ε 485 *sic A ω*, *distinx Ehwald* ‖ antiqua tamen facta q. m. in ursa *g* ς *Hs vulgo*, sensus quoque mansit in illa *cBersmanni* 487 tendit (tollit *sscr m 2*) *l* 488 cum dicere nequeat (*corr*) *h*

a! quotiens sola non ausa quiescere silva
ante domum quondamque suis erravit in agris!
a! quotiens per saxa canum latratibus acta est
venatrixque metu venantum territa fugit!
saepe feris latuit visis oblita, quid esset,
ursaque conspectos in montibus horruit ursos
pertimuitque lupos, quamvis pater esset in illis.
Ecce, Lycaoniae proles ignara parentis,
Arcas adest ter quinque fere natalibus actis;
dumque feras sequitur, dum saltus eligit aptos
nexilibusque plagis silvas Erymanthidas ambit,
incidit in matrem; quae restitit Arcade viso
et cognoscenti similis fuit. ille refugit
inmotosque oculos in se sine fine tenentem
nescius extimuit propiusque accedere aventi
volnifico fuerat fixurus pectora telo.
arcuit omnipotens pariterque ipsosque nefasque
sustulit et pariter raptos per inania vento
inposuit caelo vicinaque sidera fecit.

---

494 *Auctor de dubiis nom* (*Keil V 593*): Vrsum antiqui non declinabant in masculino, ut Virgilius ‘pelle libystidis ursae’, sed Varro (*sic*) dixit ‘conspectusque in montes [montesque *M*] horruit ursus’.

---

489 A *sic* ***O***, Ah ***ε e l m n***, Ha ***F h ς*** ‖ quoties ς (*eadem discrepantia in 491*) ‖ ausa (*ex corr*, asisa *videtur fuisse*) ***M*** 490 Ante “quondamque suis “domum ***h*** 491 (per sa *i r*)xa ***N*** ‖ Ha quotiesque canum per s. latr. *cSprotii* 492 (Ven *i r*, S *fuit prima litt*) atrixque ***M*** ‖ uenantium ***ε*** 494 conspectis (*corr m 2*) ***N*** conspectos ***l*** 495 quanquam ***R*** 496 licaoni(ae *i r m 2*) ***N*** ‖ parenti (*cf VII 404*) ς *Hs* 497 ter *om* ***ε*** ‖ fere natalibus actis ***ε e ς*** *A Hs vulgo*, fere(n[r] *a m 2, ut videtur*) natalibus ///// (annos *i mg m 3*) ***M***, fer(ens *ex* e *m 2*) nat. (annos *i r m 2*) ***N***, ferens n. annos ***F h l g ς*** *Plan RV Jahn* ‖ fere n. auctus *Merkel* 498 saltos ***ε*** 499 *sic* ς *Plan ω vulgo*, erimandidos ***ε***, erimanthidos ***O F h g s ς***, erimantidos ς, erymanthidos ***e ς*** *VA*, erimathidas[dos^2] ***l*** ‖ ampit ***ε*** 500 Decidit ***h*** 501 Et agnoscenti ***ε*** 503 intimuit ς ‖ acc. auenti ***e ς*** *Hs vulgo*, acc auenti[matri ł fugit^3] ***l***, acc. cernens *cDresd Lindemann*, accedere fugit ***e***^{2} *cett ω* 504 Uolnifico ***ε***, Uulnifico *cett vulgo* 505 Arcuit ς *Ciofanus vulgo*, Arguit (uel arcuit *sscr*) *cSprotii*, *ἀπέκοψεν Plan*, Arguit (*gloss* uetuit ***l***^{3}) ***A ω*** ‖ omnipudens ***N*** ‖ ipsasque[o^2] ***M*** 506 et pariter ***O ε F l g ς*** *Ehwald*, et celeri ***m e h l***^{3} ς *ω vulgo*, et celeri pariter per inania raptu[uento] *cDresd* ‖ et parili *Hs*, et rapido *olim temptavi* 507 uiciniaque ***ε***

Intumuit Iuno, postquam inter sidera paelex
fulsit et ad canam descendit in aequora Tethyn
Oceanumque senem, quorum reverentia movit
saepe deos, causamque viae scitantibus infit:
'Quaeritis, aetheriis quare regina deorum
sedibus hic absim? pro me tenet altera caelum.
mentior, obscurum nisi nox cum fecerit orbem,
nuper honoratas summo, mea vulnera, caelo
videritis stellas illic, ubi circulus axem
ultimus extremum spatioque brevissimus ambit.
et vero quisquam Iunonem laedere nolit
offensamque tremat, quae prosum sola nocendo?
o ego quantum egi! quam vasta potentia nostra est!
esse hominem vetui: facta est dea! sic ego poenas
sontibus inpono, sic est mea magna potestas!
vindicet antiquam faciem voltusque ferinos
detrahat, Argolica quod in ante Phoronide fecit.
cur non et pulsa ducit Iunone meoque

511 *Citatur* [videritis — axem] *in cod Einsidlensi saec X vel XI p 144, cf H Keil Ind lect Hal aest 1872 p VI.* ‖ *respexit haec SenHerc in* (*cf v 3* templa summi aetheris deserui, *v 5* paelices caelum tenent).

521 *Servius in Aen XII 405:* Aeseulapius praeest medicinae, quam Apollo invenit, qui in Ovidio de se ait 'inventum medicina meum est'.

508 Intimuit i. postq (inter *om*) *h* 509 aequore *M* ‖ Tethyn ς *Plan R vulgo*, tethym *N e VA*, tethin ε, thetin *M F*, thetī *h l*, thetim *g* ς 511 uiē *i r* h^2, uiam et sricitantibus ε ‖ inquit ς 512 ęthereis *e* ‖ dearum ς 513 hic absim (*cf her 1, 66*) *scripsi cum optimis libris* ‖ hic *A* ω, huc *l* ς *Plan* ‖ absim *M V*, a(s *i r m 2*)sim *N*, ad(s)sim *cett Plan RA*, huc adsim *inde Hs vulgo* 514 Ment(c)ior *A RA*, Mentiar (*sed cf III 271*) *g s* ς *V Hs vulgo olim* ‖ obsurum nisi cum nox *e* ‖ texerit *cDresd* 515 mea (scilicet *virg deletum*) *h* ‖ s. noua lumina cœlo *cBersm* 516 ille ubi ε 517 preuissimus ε ‖ exit *F* ς 518 et vero quisquam *journ of ph 1883 XII 69 Ellis*, Est vero quisquam ε *N*, Est uero quis qu(i *i r*, quam *videtur fuisse*) *M*, Est uero cur quisque *l*, Est uero cur quis (*post* uero *ras 4 litt in F*) *F h e n* ς ω *vulgo*, ἆρ' οὖν ἔστι τις δς *Plan* ‖ estne ergo quis qui (*vel* cur quis) *Hs* 519 tremit (*corr m 3*) *l*, tre(mat *i r m 2*) *h* ‖ prosim *ccRottendorph et Rhen Hs* 520 En ego ς *Hs*, Ecce ego ς *R* ‖ quant v asta ε ‖ quantum (*vel* quanti, quanta *mavult Vollmer*) ista pot. *journ of ph 1883 XII 69 Ellis* 523 Uendicet (e *prius ex corr, ut videtur, M*) *O h e g* ω ‖ voltusque *scripsi*, u(u *ex* o *m 2*)ltusque *N*, uultusque *cett vulgo* 524 Pertrahat (t de ł illa *sscr m 2*) *e* ‖ argolicā ε ‖ phoron(ide *i r*) *M* ‖ et ante ς *Plan Lindemann* ‖ demat, in A. quod et ante Ph. f. *Francius* 525*sq* non expulsa (t et *sscr* l^2) *e l* ς ω, non hanc pulsa *Bach* ‖ ducat—collocet *e* ς *Hs*

conlocat in thalamo socerumque Lycaona sumit?
at vos si laesae tangit contemptus alumnae,
gurgite caeruleo septem prohibete triones
sideraque in caelo, stupri mercede, recepta
pellite, ne puro tingatur in aequore paelex!'
Di maris adnuerant: habili Saturnia curru
ingreditur liquidum pavonibus aethera pictis,
tam nuper pictis caeso pavonibus Argo,
quam tu nuper eras, cum candidus ante fuisses,
corve loquax, subito nigrantis versus in alas.
nam fuit haec quondam niveis argentea pennis
ales, ut aequaret totas sine labe columbas,
nec servaturis vigili Capitolia voce
cederet anseribus nec amanti flumina cygno.
lingua fuit damno; lingua faciente loquaci
qui color albus erat, nunc est contrarius albo.
Pulchrior in tota quam Larisaea Coronis
non fuit Haemonia: placuit tibi, Delphice, certe,
dum vel casta fuit vel inobservata, sed ales
sensit adulterium Phoebeius, utque latentem
detegeret culpam, non exorabilis index,
ad dominum tendebat iter. quem garrula motis
consequitur pennis, scitetur ut omnia, cornix,
auditaque viae causa ‘non utile carpis’
inquit ‘iter: ne sperne meae praesagia linguae.

Corvus.
Coronis.
Cornix.
Ocyroë.

---

526 Conlocat—lycana *ε* ‖ socerum(que *add m 3*) *l* ‖ sumit *ε e l ς*, sum(at *i r m 2*) *M*, sumat *N F h ς Hs* 527 contemtus tangit *ς Hs* 529 in caelo *ε N ς ω Hs vulgo*, in caelum *M F g ς* s Plan Jahn* ‖ stupri (uel turpi *sscr*) *cSprotii* 530 nec puro *s* ‖ ting/atur *l* 531 agili *probante Heinsio cGraevianus*, uolucri *R*, hilaris *prob Burmanno cMedic* 532 pauonis$^{bu^2}$ *M* ‖ aethera *ε O h ς*, aera *F e l m* ‖ pictis (pro iunctis *sscr m 2*) *h*, iunctis *ς* 533 Iam *ε* 534 Quantum *ε*, Quam tû (*virgulam add m 2*) *M* ‖ tu *s l add l²* ‖ quam (*corr m 2*) candidus *N* 535 nigrantis *N*, nigrantes *n cett vulgo* 538 seruaturus *ε* 539 cyncno *ε*, cigno *M* 540 ligna (*corr*) *F* 541 Cui color *s ccGoth Thysianus Rhenov Burm vulgo olim* ‖ contrarias (*corr m 2*) *ε* 542 *sic h l ς*, larissea *ε N F ς*, laris se acoronis *M*, laryssea *e* ‖ coronea *ε* 543 Aemonia *ς*, Non haec meȧnia *ε* 544 Uel dum *ς* ς* 547 tenebat (*corr m 2*) *F*, uertebat *ς* ‖ garula ramis *ε*, g. (moti *i r m 2*)s *N* 548 Insequitur *ccSprotii Dresd et Senat* ‖ cicitetur^{a} *ε* 549 Auditaeque—carpit *ε* ‖ A(u *i r m 2*)ditaque *N* 550 nec sperne *e l s ς R*

quid fuerim quid simque vide meritumque require:
invenies nocuisse fidem. nam tempore quodam
Pallas Ericthonium, prolem sine matre creatam,
clauserat Actaeo texta de vimine cista
virginibusque tribus gemino de Cecrope natis
et legem dederat, sua ne secreta viderent.
abdita fronde levi densa speculabar ab ulmo,
quid facerent: commissa duae sine fraude tuentur,
Pandrosos atque Herse; timidas vocat una sorores
Aglauros nodosque manu diducit, et intus
infantemque vident adporrectumque draconem.
acta deae refero. pro quo mihi gratia talis
redditur, ut dicar tutela pulsa Minervae
et ponar post noctis avem. mea poena volucres
admonuisse potest, ne voce pericula quaerant.
at, puto, non ultro nec quicquam tale rogantem
me petiit! ipsa licet hoc a Pallade quaeras:
quamvis irata est, non hoc irata negabit.

---

551 Quae fuerim *s* ‖ quid simue *e* ‖ Quid sim quid fuerimque *cSprotii* 553 ericthonium *O F l*, eri(y)ctonium *h e Ben*, erichtonium *ε*, erichthonium *cett ω vulgo* ‖ creatam *n ς* ς*, creatum (*corr M*) *ε O F ς* 554 actheo *F*, a(l *ex* c)teo texsta *l*, cista — texta *e*, facta (uel texta *sscr*) *cSprotii* ‖ Seruandumque dedit sic inconfessa quid esset *post 554 i l n* 555 nates (*corr m 2*) *ε* ‖ Seruandum (Seruandam *alii*) dederat sic inconfessa quid esset *post 555 h e ς ω*, *item i mg M l*³, sed non confessa *cSprotii ς*, sed enim inconfessa *ς*, *del versum Hs* 556 Hanc legem *ς vulgo olim*, ac legem *Vind p 16 Bothe* ‖ ne (reserata *i r*) *ε* ‖ uideret *h* ‖ Cecr. natis Servandum dederat, sed ne secreta uiderent *p 3 Suchier* 558 dee ‹ ‹ *e* (ł due² / o¹) 559 *sic ς A vulgo*, Pandrasas (o) *ε*, Pandrasos *N F e g h*² *RV*, Pandrasus *M* Prandasos *h l* ‖ herse — sororum *N* 560 Aglauros *ε F e ς* Aglaurus *cett Korn* ‖ deducit *ε O h l s ς*, dissoluit *ccGronov et Rhenov* ‖ at intus *ς Hs* 561 Adspicit infantem *cBersm*, Infantem adspiciant *R* ‖ uidet *cSprotii* 562 re/fero *M* 564 auem et mea *F* ‖ pena (ł ponna) *M* 565 Ammonuisse *N F* ‖ piricula *ε*, piacula *Hs* 566 At //puto *F* ‖ ultra (a *ex* o *M*, ł ultro *sscr F*²) *M F g h Ben* ‖ ne/quiquam (c) *N*, nequiquam *g* ‖ ultro nequiquam (*sed cf in ed Burm Regium et trist III 9, 25*) *Ehwald* ‖ tale rogabis (*ex ras*) *ε* ‖ tale volentem *ad am III 7, 1 Marius* 567 Me petiit ipsa licet hoc a P. *h ccPar et Rhenov Hs vulgo*, Me petit ipsa licet licet hoc *ε g ς*, Me petit (pro petiit *sscr m 2*) ipse licet (non *virgula del*) hoc *M*, Me pet(it *i r m 2*) ipsa licet hoc — querā/ *N*, Me petiit . licet hoc ex ipsa p. *e s RV Lindemann*, Ipsa petit memet licet hoc *F*, Me petit ipsa licet //// (*an* licet *eras?*) hoc ab p. *l*, Me peciit Pallas: licet hoc a P. *R* ‖ At puto non ultra nequicquam tale rogantem Me petet . ex ipsa licet hoc tu p. *ad 566/67 i mg adscr e*²

nam me Phocaica clarus tellure Coroneus
(nota loquor) genuit fueramque ego regia virgo
divitibusque procis (ne me contemne!) petebar.
forma mihi nocuit. nam cum per litora lentis
passibus, ut soleo, summa spatiarer harena,
vidit et incaluit pelagi deus; utque precando
tempora cum blandis absumpsit inania verbis,
vim parat et sequitur. fugio densumque relinquo
litus et in molli nequiquam lassor harena.
inde deos hominesque voco; nec contigit ullum
vox mea mortalem: mota est pro virgine virgo
auxiliumque tulit. tendebam bracchia caelo:
bracchia coeperunt levibus nigrescere pennis,
reicere ex umeris vestem molibar: at illa
pluma erat inque cutem radices egerat imas.
plangere nuda meis conabar pectora palmis:
sed neque iam palmas nec pectora nuda gerebam.
currebam, nec, ut ante, pedes retinebat harena,
sed summa tollebar humo. mox alta per auras
evehor et data sum comes inculpata Minervae.
quid tamen hoc prodest, si diro facta volucris
crimine Nyctimene nostro successit honori?
an quae per totam res est notissima Lesbon,
non audita tibi est patrium temerasse cubile
Nyctimenen? avis illa quidem, sed conscia culpae

579 *Ekkehardus IV (c 980—1022), liber benedictionum IV 28 p 33 Egli*: ‘faveas cum virgine virgo’.

569 phocarca—telure *e*, phocoica *h* ‖ coreneus (*corr m 2*) *M*, ceroneus *l*, phoroneus *cSprotii*, Chorone *R* 570 fueram quoque *e h cSenat* 571 nec *e F ccBersm et Gothanus*, ne(c *add m 2*) *N* 572 Nam dum ς *Hs* ‖ uentis *e* 573 summa— arenis *ε* 574 Videt (*corr m 3*)— preccando *h* 575 cum uanis *unus Heinsii* ‖ a(b *i r m 2*)sumpsit *h*, assumpsit (*corr* l^2) *N l* ς, consum(p)sit ς *Hs vulgo olim* 577 nequiquam *ε O F e* ς, nec quicquam *m* nequicquam *n h l* ς ‖ laxor (*corr m 2*) *N* 578 non contigit *cSprotii* 579 est *om h* 581 horrescere ς 582 Reiecere *ε*, Deicere ς ‖ mollibar *N*, conabar (uel molibar *sscr*) *cSprotii* 583 egerat *ε F* ς, eserat (*i mg corr m 3*) *N*, (fix *i r m 2*)erat *M*, fixerat ς* ς *ω* ‖ egerat imam *Bothe* 584 Tangere (*corr m 2*) *O* 587 Et summa *cArondelianus Hs* ‖ alta *scripsi cum N l g* ς, acta *cett RV vulgo* 588 incul//pata *N* 589 prodest (si *om*) tetro f. uuoluc̣ris *ε* 590 Myctimenon *ε*, nictimene (*postrema virg litterae* m *et sequens* e *i r*) *M* nictymone *N*, nictimine *F* ‖ succedit *g* ‖ hoı(ıori *i r*) *M* 591 totum *e* ‖ lesb(on *i r m 2*) *M* 592 parium (i. nobile *sscr*) *ε* 593 Nictimonen *N*, Nictimen *F*, Nictiminē *h*, Nictimenē *l*

conspectum lucemque fugit tenebrisque pudorem
celat et a cunctis expellitur aethere toto.'
Talia dicenti 'tibi' ait 'revocamina' corvus
'sint precor ista malo: nos vanum spernimus omen.'
nec coeptum dimittit iter dominoque iacentem
cum iuvene Haemonio vidisse Coronida narrat.
laurea delapsa est audito crimine amantis,
et pariter vultusque deo plectrumque colorque
excidit, utque animus tumida fervebat ab ira,
arma adsueta capit flexumque a cornibus arcum
tendit et illa suo totiens cum pectore iuncta
indevitato traiecit pectora telo.
icta dedit gemitum tractoque a corpore ferro
candida puniceo perfudit membra cruore
et dixit: 'potui poenas tibi, Phoebe, dedisse,
sed peperisse prius: duo nunc moriemur in una.'
hactenus, et pariter vitam cum sanguine fudit;
corpus inane animae frigus letale secutum est.
Paenitet heu sero poenae crudelis amantem,
seque, quod audierit, quod sic exarserit, odit;
odit avem, per quam crimen causamque dolendi
scire coactus erat, nec non arcumque manumque
odit cumque manu temeraria tela sagittas
conlapsamque fovet seraque ope vincere fata

---

617 *sq Lact Pl Comm Stat Theb VI 362 (384)*: noluit dare pathos mortale numini, philosophice potius quam pœtice. Ovidius item 'Collapsamque fouet — Vidit [Sensit *ed Tiliobr a. 1510*] et arsuros supremis — tingui ora licet lacrimis [lachrymas *P*] — petitos [petita *M*, petitas *Pb*, petras *Pa*] Edidit'.

---

594 Conspectumque (t *ex corr*, ū *i r m 2*, q' *insertum*) ***M*** ‖ fuit (*corr m 2*) ***h*** 595 a divis *Riese* ‖ aere ***p*** 599 coronea (t ida *sscr* ***m***) ***ε M***, Choronida ***R*** 600 auditor ***ε*** ‖ amantis ***A*** *Plan* ***ω***, amanti ***ς*** *Hs vulgo olim* 602 ‖ sic utque (sic *post ras sscr*) ***M*** ‖ timida ***F***, nimia ***ς*** *cSprotii* 603 capit ***A*** *Ehwald*, rapit ***ς*** ***R*** *Hs vulgo* 605 In(de *i r m 2*)uitato ***h***, Inde—uitato ***l***, non evitato (*coll VI 234*) *Hs* 606 Iacta ***ε*** ‖ a uulnere ***e ς*** *Hs vulgo olim*, a pectore ***ς***, e uulnere *Francius* 607 purpureo ***h ς*** ‖ punce perf. ***ε***, perfundit m. liquore ***e*** 608 E dixi ***ε*** 609 duo *om* (*i mg add m 2*) ***h*** ‖ u nua ***ε*** 610 et ut par. ***ε*** 611 *del p 99 Hartman* 612 Pœnit ***ε*** ‖ sero pœne ***M*** 613 sic *add* ***h***^{2} 614 cr(i *ex* e *m 2*)men ***M*** 615 a erit — manuque ***ε***, erat neruumque arcumque manumque *cCantabr Burm vulgo olim*

nititur et medicas exercet inaniter artes.
quae postquam frustra temptata rogumque parari
vidit et arsuros supremis ignibus artus,
tum vero gemitus (neque enim caelestia tingi
ora licet lacrimis) alto de corde petitos
edidit, haud aliter quam cum spectante iuvenca
lactentis vituli dextra libratus ab aure
tempora discussit claro cava malleus ictu.
ut tamen ingratos in pectora fudit odores
et dedit amplexus iniustaque iusta peregit,
non tulit in cineres labi sua Phoebus eosdem
semina, sed natum flammis uteroque parentis
eripuit geminique tulit Chironis in antrum
sperantemque sibi non falsae praemia linguae
inter aves albas vetuit consistere corvum.
Semifer interea divinae stirpis alumno
laetus erat mixtoque oneri gaudebat honore.
ecce venit rutilis umeros protecta capillis
filia Centauri, quam quondam nympha Chariclo
fluminis in rapidi ripis enixa vocavit
Ocyroen; non haec artes contenta paternas
edidicisse fuit: fatorum arcana canebat.

---

630 633 *Joann Saresb Policr I 4 (I p 26 W)*: 'in semiviri Chironis antro'.
636*sq Conradus de Mure Repertorium vocab exquisitorum p. 219 ed Bas*: 'Filia Centauri — nympha Caici — uocauit Schiroe'.

---

620 Sensit et *Hs* ‖ suppremis ***M F***, supremit ***l***, suppostis (*cf Aen XI 119 et NJhbb 1894, 642*) ***N*** **621** Tunc ***l*** ‖ gemitusque^{ne} ***ε*** ‖ tin(gui *i r m 2*) ***N***, tingui ***M*** **622** Ora decet *Hs* **623** cum *add* h^2 **624** lactentis ***M h l ς***, lactantis (e *sscr* e^2) ***ε F e ccGoth et Par***, lact(e *i r m 2*)ntis ***N*** ‖ uibratus ***ς*** **625** Ti(y)mpora ***O F*** **627** ampl. inuisaque$^{b^2}$ ***ς*** ‖ iusta ***M***, iu(st *i r*)a ***N***, busta^{3} tura *i mg* ***n***, (b *ex* i *m 2*)usta ***l h e***, busta ***ς*** **628** laba—costem^{d} ***ε*** **629** utroque ***ε*** **630** cyronis ***ε*** ‖ ad antrum ***e***, in$^{in^2}$ antris ***h*** **632** considere ***N ς*** *Hs vulgo olim* **633** Semiuir ***ε*** *cBersmanni* **634** mixoque$^{t^2}$ ***M*** ‖ honeri ***M h***, hon(e *ex* o *m 2*)ri ***N*** **636** Chariclo *cRhenov Naugerius vulgo*, caricto ***ε l***, charicto ***O***, caricta ***g***, caristo ***ς***, carict(i *i r*) ***F***, *Καρύκτη Plan*, cai(y)ci ***h e ς*** *Conr de Mure ω*, caiphi (uel caistri *sscr*) ***s***, cahisci *cSprotii* **638** Ocyroen *Plan ς VA vulgo*, Ocyrphe ***ε*** Ocyrhoe ***M***, Ochyroen ***N***, Ocyrhe(e *ex corr*) ***F***, Ocyroe ***h e***, Ochiroe ***l***, Schiroe *Conr de Mure*, Oechiroe ***R*** ‖ conten//ta (mp *fuit*) ***M*** **639** fugit ***ε*** ‖ fa/torum (c *eras*) ***M***

Ergo ubi vaticinos concepit mente furores
incaluitque deo, quem clausum pectore habebat,
adspicit infantem ‘toto’ que ‘salutifer orbi
cresce puer’ dixit: ‘tibi se mortalia saepe
corpora debebunt; animas tibi reddere ademptas
fas erit; idque semel dis indignantibus ausus
posse dare hoc iterum flamma prohibebere avita
eque deo corpus fies exsangue, deusque,
qui modo corpus eras, et bis tua fata novabis.
tu quoque, care pater, nunc inmortalis et aevis
omnibus ut maneas nascendi lege creatus,
posse mori cupies, tum cum cruciabere dirae
sanguine serpentis per saucia membra recepto;
teque ex aeterno patientem numina mortis
efficient, triplicesque deae tua fila resolvent.’
restabat fatis aliquid: suspirat ab imis
pectoribus, lacrimaeque genis labuntur obortae,
atque ita ‘praevertunt’ inquit ‘me fata, vetorque
plura loqui, vocisque meae praecluditur usus.
non fuerant artes tanti, quae numinis iram
contraxere mihi; mallem nescisse futura.
iam mihi subduci facies humana videtur,
iam cibus herba placet, iam latis currere campis
impetus est: in equam cognataque corpora vertor.
tota tamen quare? pater est mihi nempe biformis.’

---

640 fatidicos *cUrbinas Hs*, uaticanos (t ci *sscr m 2*) *e* 641 in pectore *e cGoth et Senat* 642 totoque *recepi ex A A*, totique l^2 ς *vulgo* ‖ orbe *e* 643 cresce// (re *eras*) *M* 645 atque semel *Ehwald* ‖ indig(nāti *i r*)bus ausu(s *i r*) *M* 646 flamma *i r* (flāma *i mg repetitum*) *M* ‖ prohibebere ς *RA Plan vulgo*, prohibere (be *sscr* ε, be . ris *sscr* l^2) ε *l*, prohiberis *O F h* ς *V*, prohibeberis *e* 647 Exque fies corpus *e* 649 nunc inmortalis *l n* ς *R vulgo*, nunc iam mortalis (nunc *expunx et* non *sscr m*) ε *O F*, iam non *i mg (m 3) n*, non iam mort. *e h* ς *VA vulgo olim* 651 tunc *e* ς ‖ cum curaberae ε, cruciabile (*corr*) *F* 652 (ser *ex* re)-pentis *M* 653 et aeterno — numine ε, aetern(o *ex* a *i r*) *M* 654 sua fila *g* 655 uatis (*corr m 2*) *F* ‖ dictis aliquid (*coll I 700*) *Bentley* ‖ respirat (*corr m 3*) *N* 656 que *om F* ‖ lambuntur oborte ε, abortae *M h g l* ς *cSprotii* 657 peruertunt *F e l R* ‖ inquid ε ‖ praeu. inquit me f. ς *Hs vulgo*, pr. i. mea f. ε *O F h l g* ς, pr. me inquit mea f. *e* ς *Jahn* 658 praeuertitur *O F q cSprotii*, peruertitur *l* 659 tanti// q̄/ (q̄ = quae) *M* 660 mihi male (*corr m 2*) — futura/(m *eras videtur*) *M*, futuram ε 662 erba *N* ‖ lati s *F* 663*sq* equa ε ‖ pectora *e h* ς ‖ t ueror (r *prius ex corr m 2*, uetor *i mg eadem*) *M* ‖ vertor tota tamen. quare? *distinx Fr Vollmer* ‖ mihi namque *h l* ‖ extrema (biformis *i r*) ε

Talia dicenti pars est extrema querellae
intellecta parum, confusaque verba fuerunt.
mox nec verba quidem nec equae sonus ille videtur,
sed simulantis equam, parvoque in tempore certos
edidit hinnitus et bracchia movit in herbas.
tum digiti coeunt et quinos adligat ungues
perpetuo cornu levis ungula, crescit et oris
et colli spatium, longae pars maxima pallae
cauda fit, utque vagi crines per colla iacebant,
in dextras abiere iubas, pariterque novata est
et vox et facies; nomen quoque monstra dedere.

Battus.

Flebat opemque tuam frustra Philyreius heros,
Delphice, poscebat. nam nec rescindere magni
iussa Iovis poteras, nec, si rescindere posses,
tunc aderas: Elim Messeniaque arva colebas.
illud erat tempus, quo te pastoria pellis
texit onusque fuit baculum silvestre sinistrae,
alterius dispar septenis fistula cannis.
dumque amor est curae, dum te tua fistula mulcet,

---

665 extreme[a] querele ε, quere/lae (l *eras*) ***M*** 666 fuere ς *cSprotii* ‖ feruntur *Hs* 667 nec *s l add* ε ‖ Vox nec u. q. neque iam sonus *e*, ł Mox ł nec eque s. mature *sscr* e^2 668 similantis ***M*** ‖ equam h^1 *g* ς *RA vulgo*, *ἐοικυίας ἵππῳ Plan*, equi (uel eam *sscr*) *cSprotii*, eque(ae) h^2 *cett* ‖ in corpore ***F*** 669 (hi *i r m 2*)nnitus ***N*** ‖ herbas (i *sscr* ε) ε ***F*** ς* ***n*** ς herbis ***O*** ς ***R*** 670 digito[i] ε et/// quinos ***N*** ‖ alliga/t (n *eras*) ***M*** 672 pars ultima ς *Baumg-Crusius* 673 atque (*corr m 2*) ***N*** 674 in densas (*coll georg III 86*) *Riese* ‖ abire ε ‖ novata est] novatae *Hs.* 675 de(d *ex* b)ere ***M*** ς ***R***, dederunt *cett* 676 tuu[ā] ε, (t *ex* s)uam ***M*** ‖ philyreius *ccGoth et Berol et e coni Const Fanensis*, phyliireius ***O***, philirius ε ***F***, phillirius ***l*** *g*, philereius (uel phillirius *sscr*) *cSprot*, phyllirius ***e***, filirius ***h***, *Φιλλύριος Plan* 677 nā[2]/ nec ***M***, sed nec ***s***, iam nec *vel* nec iam ς, nec enim *g* ‖ resindere ***l*** 678 ne si ε ‖ posses *i r* ***n*** 679 a(b[d] *i r m 2*)eras ***M*** ‖ Elim Messeniaque] *sic* ***O*** ***l*** ς, elimas seniaque ε, elim mensaniaque ***h***, elin ***F*** ς *vulgo*, helin ***R***, elyn ***e***, messaniaque ***e*** *g Burm*, elim messanaque ***s*** ς, messanaque rura ς, Othryn Magnesiaque *Farnabius et Relandus* 681 *sic* (*cf XV 655*) *frg Leodiense et cPal Hs vulgo* ‖ baculu(s *i r*, m *fuit*) siluestre sinistre ***M***, baculus siluestre sinistre ε, baculus siluestr(is oliue *i r m 2*) ***N***, baculus siluestris oliue ***X*** *g* (*et i mg m*) ω, onusque fuit dextrae siluestris oliua ς *Jahn*, onus dextrae baculus siluestris oliuae ς, on. fuit silvestris oliva sinistrae *Fr Vollmer* 682 septenis ε ς* *vulgo*, //e/ septē ***M***, et septem ***N***, e septem ***F*** ς ***R*** ‖ canis ε ‖ septena f. canna *Hs* 683 *bis scripsit* (*corr m 2*) ***N***

incustoditae Pylios memorantur in agros
processisse boves: videt has Atlantide Maia
natus et arte sua silvis occultat abactas.
senserat hoc furtum nemo nisi notus in illo
rure senex: Battum vicinia tota vocabant.
divitis hic saltus herbosaque pascua Nelei
nobiliumque greges custos servabat equarum.
hunc timuit blandaque manu seduxit et illi
'quisquis es, hospes' ait, 'si forte armenta requiret
haec aliquis, vidisse nega neu gratia facto
nulla rependatur, nitidam cape praemia vaccam' —
et dedit. accepta voces has reddidit hospes:
'tutus eas! lapis iste prius tua furta loquetur',
et lapidem ostendit. simulat Iove natus abire,
mox redit et versa pariter cum voce figura
'rustice, vidisti siquas hoc limite' dixit
'ire boves, fer opem furtoque silentia deme:
iuncta suo pariter dabitur tibi femina tauro.'
at senior, postquam est merces geminata, 'sub illis
montibus' inquit 'erunt', et erant sub montibus illis.
risit Atlantiades et 'me mihi, perfide, prodis?

---

687 *sq Conr de Mure p 99 ed Bas*: 'Senserat — nisi solus — tota uocabant'.

---

684 pilios *M* pelios *F l* ‖ me morantur *ε* 685 atlandide *ε*, atl. matre *ε ς*, athlandide *F*, athalantide *h* 686 ar(t *ex* c, *ut videtur*)c *M* ‖ occultet (*corr m 3*) *F* 687 natus *l ς*, in illo notus (*corr*) *h*, nisi solus *Conr de Mure cGoth* 688 uicinia tota] *sic F g ς Hs vulgo*, uicina hunc rura *ε h l ς Plan*, uicinia rura *N e ς*, uicina rura *cLeid Voss 51* uicinaque (tota *i r m 2*) *M*, uicinaque rura *cSprot* ‖ uicina per arua (*sed cf fast II 657*) *Riese*, uicinia cuncta *Housman*, uicinia rure *malim* ‖ canebant (Battum vicina hunc rura cavebant *inde FrVollmer*) *ε*, uocabat *F g ς ω* 689 N(e *i r m 2*)lei *N*, nili *F s ς*, nil(i *i r 2 litterarum*) *h*, neley *l*, nyli *e* 690 equorum *e h s*, *corr e* h^3 691 tenuit (*prob Ellis, cf I 600*) balandaque *ε*, bandaque *e* ‖ et eia *Hs*, et at tu *Burm* 692 hosbes *ε* ‖ requirit *s* 693 nec gratia *ε* ‖ facto (uel ficto *sscr*) *cSprot*, facti *cBersmanni* 694 repentatur *ε* ‖ niveam c. *R* 695 Edidit — has reddit hosbes *ε* 696 loquatur *ς Hs vulgo olim* 701 pariter (*cf 445*) *A*, dabitur pariter *s*, suo pater$^{ri^2}$—f(em *i r m 2*)ina *N*, suo pretium *e cThuan Hs vulgo olim*, dabitur sua *ς ad Liv V 21 Gruterus* 702 est *om ς*, *del Hs* ‖ sub illis *i r N*, sub istis *g* 703 *sic M ς R Hs vulgo* ‖ inquit erant (a *ex corr N*, a *i r* h^2) et *N F* $ς^*$ *g ς*, eunt et eunt *ς* ‖ collibus illis *F* 704 Risit (U *partim eras ante* R) *M* ‖ et meme perfide *ε*

me mihi prodis?' ait, periuraque pectora vertit
in durum silicem, qui nunc quoque dicitur 'index',
inque nihil merito vetus est infamia saxo.
Hinc se sustulerat paribus caducifer alis, *Aglauros. Invidia.*
Munychiosque volans agros gratamque Minervae
despectabat humum cultique arbusta Lycei.
illa forte die castae de more puellae
vertice supposito festas in Palladis arces
pura coronatis portabant sacra canistris.
inde revertentes deus adspicit ales iterque
non agit in rectum, sed in orbem curvat eundem.
ut volucris visis rapidissima miluus extis,
dum timet et densi circumstant sacra ministri,
flectitur in gyrum nec longius audet abire
spemque suam motis avidus circumvolat alis:
sic super Actaeas avidus Cyllenius arces
inclinat cursus et easdem circinat auras.
Quanto splendidior quam cetera sidera fulget
Lucifer et quanto quam Lucifer aurea Phoebe,
tanto virginibus praestantior omnibus Herse
ibat eratque decus pompae comitumque suarum.

---

716 [Sergii] *Explan in Donatum I* (*Keil IV 494*): sic et in milvo: legimus enim et masculino genere, legimus et feminino, 'rapidissima miluus exit [*sic* LF, *om* S]'.

721 *Joann Saresber Policr VII 12* (*II p 137*): 'et easdem circinat auras'.

---

706 scilicem *h* ‖ Index *Polle* **709** Munychiosque *ε ς Plan A*, M(u- *ex* o)-nichiosque (a monacho giganta *i mg M*) *O*, Munichiosque *V*, Moni(y)chi(y)osque *F ς* g ς R*, Menochiosque *ς*, Monochiosque *ς* **710** Despiciebat *h s ς*, Respiciebat *e* ‖ arbustaque *ε* **711** Illo *g* ‖ cast(e̥ *a m 2*) *M*, caste *N* ‖ more uel puellae mineruae *s* **712** palidis arce *ε* **713** Plura *s ς*, Thura *cSprotii ς*, Pulchra *ς*, Tecta *ς* **714** reuertentis *R* **715** ait *M* ‖ eunde *ε*, eundem *e*, cundo *h g p probat Anecd Ox p 11 Ellis* **716** uidis *ε* ‖ miluus extis *O F ς*, miluus in extis *l m cSenat*, miluius extis (miluus in extis *sscr g*) *ε g n e ς ω*, milius extis *h* **717** circumdant *N* **718** adire *JHVoss* **719** motis auis *ε* **720** auidus (*cf Hor c III 4, 58*) *O*, acteas auis *ε*, agiils *cett ω vulgo* ‖ cilleneus *M*, cileneus *h* cilenius *h l*, cyllenius // *e* ‖ ap/ces *ε* **721** eadem *R* ‖ aur(as *i r m 2*) *N*, horas *s* **722** splendior *e* **723** quanto quam *ε O ς* g ς VA*, quanto te *F ς R Hs vulgo olim* **725** ponpae *ε*

obstipuit forma Iove natus et aethere pendens
non secus exarsit, quam cum Balearica plumbum
funda iacit: volat illud et incandescit eundo
et, quos non habuit, sub nubibus invenit ignis.
vertit iter caeloque petit terrena relicto
nec se dissimulat; tanta est fiducia formae.
quae quamquam iusta est, cura tamen adiuvat illam
permulcetque comas chlamydemque, ut pendeat apte,
conlocat, ut limbus totumque appareat aurum,
ut teres in dextra, quae somnos ducit et arcet,
virga sit, ut tersis niteant talaria plantis.
pars secreta domus ebore et testudine cultos
tris habuit thalamos: quorum tu, Pandrose, dextrum,
Aglauros laevum, medium possederat Herse.
quae tenuit laevum, venientem prima notavit
Mercurium nomenque dei scitarier ausa est
et causam adventus. cui sic respondit: 'Atlantis
Pleionesque nepos ego sum, qui iussa per auras
verba patris porto; pater est mihi Iuppiter ipse.
nec fingam causas (tu tantum fida sorori
esse velis prolisque meae matertera dici):
Herse causa viae. faveas, oramus, amanti.'
adspicit hunc oculis isdem, quibus abdita nuper
viderat Aglauros flavae secreta Minervae,

---

730 *Sedulius paschal carm I 352 sq* (*de Christo*): 'quondam terrena petisti caelitus'.

---

726 Obstipuit *O Riese*, Obstupuit *ε F ς* n ς vulgo* ‖ pennis (den) *ε* 727 balearia *h ς R* 728 incande/scit (n *eras*) *M* 729 abuit ignis (e) *ε*, ignes *cett vulgo* 730 Flectit *cGronov et Palat* ‖ terrena *M ς Sedulius Merkel*, diuersa (*cf III 649*) *cett vulgo olim* 731 fuducia *ε* 732 pulcra est *cVatic* ‖ illum (*corr m 2*) *F* 733 Permulcet(que *om*) *h*, Promulcet (que *om*) *e* 734 Conlocat — totum(que *om*) *ε* ‖ textumque (*praef ed*) *Riese*, latumque *HAKoch* 735 Vt/(que *eras*) *l* ‖ sommus (o) *ε* ‖ et aufert *cCaelestinorum et Medic* 736 et tersis *e l g p ς* ‖ niteat (*corr*) *F* 737 testudine cinctos *h*, comtos *ς* 738 Tris *ε F*, Tres *cett ω vulgo* ‖ pandrose *F ς Plan vulgo*, pandros(e *i r*) *M* ł se *i mg m*, pandr(a *i r m 2*)s (o *i r m 2*) *N*, pandra *ε*, pandrase *e g ς* (*i r h*³) *R*, prandase *l* 739 Aglaurus *M* 741 Mercuriumque *F* ‖ scicitarier *ε*, citarier *i r h*³ 742 *sq distinx* (*coll 741* nomen) *Jahn*, resp. Atl. Plei. nepos: ego *vulgo* ‖ alantis *M* ‖ Pl. genus ego *ς Gierig* 744 ippiter *l* 745 Non fingam *p* 747 uiae *ε O F ς Hs*, uiae est (*cf X 23*) *m h e ω*, Herse est c. uiae — oramus oranti *l* 748 hisdem *M l*, istem *ε* 749 Aglaurus *M* ‖ ravae *Opusc III 348 Haupt*

proque ministerio magni sibi ponderis aurum
postulat; interea tectis excedere cogit.
Vertit ad hanc torvi dea bellica luminis orbem
et tanto penitus traxit suspiria motu,
ut pariter pectus positamque in pectore forti
aegida concuteret. subit, hanc arcana profana
detexisse manu tum, cum sine matre creatum,
Lemnicolae stirpem, contra data foedera vidit,
et gratamque deo fore iam gratamque sorori
et ditem sumpto, quod avara poposcerat, auro.
Protinus Invidiae nigro squalentia tabo
tecta petit: domus est imis in vallibus huius
abdita, sole carens, non ulli pervia vento,
tristis et ignavi plenissima frigoris et quae
igne vacet semper, caligine semper abundet.
huc ubi pervenit belli metuenda virago,
constitit ante domum (neque enim succedere tectis
fas habet) et postes extrema cuspide pulsat.
concussae patuere fores. videt intus edentem
vipereas carnes, vitiorum alimenta suorum,
Invidiam visaque oculos avertit; at illa
surgit humo pigra semesarumque relinquit

---

751 etcedere (x *sscr*) ε ‖ cogit (eum) *M*, iussit ς 752 dea/ (e *eras*) *M* ‖ orbes *h l* ς 753 susbiria ε 754 impectore *M* ‖ f(orti *i r*) *l* 755 *om* ε ‖ "prophana "archana *h* ‖ creatum (a *ex* u *M*) *mutata interpunctione recepi ex* ε *M*, creatam Lemn. stirpem *cett vulgo* 757 Lemnicol(a)e/ (s *eras videtur*) *M*, Lennycole *e*, Lemni(acam *i r m 2*) *N*, Lemniacam *F h g p* ς, Lemn(a)ycam *l*, lemniacam prolem *p* 758 Et gratamque deo *M F h* ς *Hs*, Ingratamque deo ε *N* F^2 *g l e* ς ω ‖ fore iam gratamque (ł in *sscr* e^2) *M e*, fore ingratamque (in *ex* iam F^2) ε *F* ς, fore iam ingratamque *N h l VA*, fore non gratamque *s R*, ingr. minerue ε ‖ Iam gratamque deo fore, iam gratamque sorori *Hs* 759 poposcerit *cBas Hs vulgo olim* ‖ aurum ε *g* 760 squalantia *h* 761 ualibus ε, est huius in uallibus imis *e* ‖ uallibus antri *F* ς *Jahn* ‖ uallibus Orci (*cf Bothe Vind Ov p 140*) *JHVoss*, uallibus antrum *vir doctus ap Baumg-Crusium*, uallibus antro (*vel* antris) Abdita *Baumg-Crusius* 763 igna(ui *i r m n*) *O* ‖ frigoris atque *p*, fr. ut quae *Faber* 764 habundet *O l* 765 belli ε ς *vulgo*, bellis ς, bell(o *e corr m 2*) *M*, bell(o *i r m 2*) *N*, bello *cett R* 766 ante fores *R* ‖ enim *i l l* succere ε 767 etrema ε 768 uidit intus etedentem ε 769 ca(r)nes *M* carnes *i mg m* 770 uisamque ε ‖ conuertit *M* 771 pigra (*cf 762sq am III 6, 94 Hor c I 22, 17*) ε *M F Burm*, pigre *n* ς* *vulgo*, pigro *N* ‖ reliquit ε *l* ς

corpora serpentum passuque incedit inerti,
utque deam vidit formaque armisque decoram,
ingemuit vultumque ima ad suspiria duxit.
pallor in ore sedet, macies in corpore toto,
nusquam recta acies, livent rubigine dentes,
pectora felle virent, lingua est suffusa veneno;
risus abest, nisi quem visi movere dolores,
nec fruitur somno, vigilantibus excita curis,
sed videt ingratos intabescitque videndo
successus hominum carpitque et carpitur una
suppliciumque suum est. quamvis tamen oderat illam,
talibus adfata est breviter Tritonia dictis:
'infice tabe tua natarum Cecropis unam.

---

775 *sq Lactant Plac Comm in Stat Theb III 1*: 'Pallor in ore sedet. — Numquam [Nusquam *Tiliobrogae liber et Par 8064*] recta acies, liuent rubigine [robigine *Par 8063, Monac 194 82*] — uisi mouere [fecere *Par 8064*] — uigilantibus excita — carpitque et carpitur una' ‖ *Vinc Bellov Spec hist VI 116*: 'Pallor in ore sedet macies est in — uisi feecre — uigilantibus e. curis — Suppliciumque suum est' ‖ *respexit totum locum Joann Saresb Policrat VII 24 (II 212)*: Pallor in ore—fecere dolores *alia.*

---

773 *om* ε ‖ forma armisque *h* 774 *sic* (*sed* ima *i r, fort a m 1* ***M***) ***M h l g*** ς *VA Hs* ‖ uultumque un'a ad susp. (*quid sibi velit illud ' non liquet*) ***F***, uultumque (uultuque ε) deę ad s. (susbiria ε) ε ***N e p*** ς *R Jahn*, uultumque suum ad s. (*cf Bibl Diez 1069*) *cLeid*, uisaque dea s. duxit *cFrancof* ‖ cultusque deae s. movit *vel* Ingemit, ad cultumque deae s. ducit *vel* (*Mscr Diez BSant 148c*) cultuque deae s. duxit *Burm*, visusque decor s. duxit *epist II 310 Faber*, vultumque trahens s. duxit *Kr Anm III 81 Withof*, vultumque dea ad s. duxit *coni Jahn*, vultumque deae ad fastidia d. *Hellmuth*, vultumque inita ad s. d. *Merkel*², Ingemuit pulmone imo s. ducens *HAKoch*, vultuque minans (minax *Rev Ph XXI 129 Lafaye*) s. d. *Adv cr II 82 Madvig*, vultumque inde ad s. d. *Riese*², motuque imo s. d. *De locis quibusd p VII Pascal*, vultumque una ac s. d. *Housman*, vultumque adeo ad *Fr Vollmer* 775 matices ε ‖ toto est *cBerol* 776 Numquam (*corr* ***h***³) ***h l*** *scholia in Stat* ‖ recta *bis* ε ‖ libent (*corr m 2*) ***N***, lurent *esse in Mscr Digb 65 p 774 testatur Anecd Ox p 11 Ellis*, sordent *cAbbatis* 777 tument *cGronovii* ‖ infusa ***e*** 778 fecere dol. (*cf IV 419*) ***e h*** ς *Joann Saresb Vincent Bellov VA*, mouere *sscr* ***h***³ 779 Non fruitur ***N l*** ‖ uigilantibus ***N l h g p*** ς *schol in Stat Vinc Bellov*, uigilatibus ***F***, uigilatibus ε, uigilacibus ***M e*** ς *vulgo*, vivacibus *Mnemos 1890, 201 Hartman* ‖ excita ruris ***M*** 780 in-gratis *Bentley* 781 homines ε ‖ un'a (*cf ad 774*) ***F*** 782 que *om* ***l*** ‖ est *om* ***h*** ‖ oderit ***h e*** ς *R Jahn* ‖ illum ε ‖ oderat, illam Talibus *distinx Hs* 783 breuibus ***N e p*** ς *R* ‖ uerbis ς 784 cycropis (*sic semper*) ***e***

sic opus est. Aglauros ea est.' haud plura locuta
fugit et inpressa tellurem reppulit hasta.
Illa deam obliquo fugientem lumine cernens
murmura parva dedit successurumque Minervae
indoluit baculumque capit, quod spinea totum
vincula cingebant, adopertaque nubibus atris,
quacumque ingreditur, florentia proterit arva
exuritque herbas et summa papavera carpit
adflatuque suo populos urbesque domosque
polluit; et tandem Tritonida conspicit arcem
ingeniis opibusque et festa pace virentem
vixque tenet lacrimas, quia nil lacrimabile cernit.
sed postquam thalamos intravit Cecrope natae,
iussa facit pectusque manu ferrugine tincta
tangit et hamatis praecordia sentibus inplet,
inspiratque nocens virus piceumque per ossa
dissipat et medio spargit pulmone venenum,
neve mali causae spatium per latius errent,

795*sq Lact Plac Comm in Stat Theb XII 503*: Ouidius de Athenis, ad quas uenit Inuidia: 'Ingeniis opibusque—quia nil lacrimabile cernit [uidit *MP*] ‖ *Joann Saresb Policr V 16 (I 355)*: 'vixque tenent lacr., cum nil lacr. cernunt.'

---

785 aglaros *F* 786 tellurem cuspide pulsat *s* 787 Illa quidem obliquo *cSprotii*, oblico *l*, obliq(æ *i r m 2*) *h* 788 murmura rauca *Hs* ‖ successurumque ς *Hs vulgo, i e* '*indoluit, quod res a Min. coepta successum habitura videretur*' ‖ successuramque ε, successorumque *F h g* ς *cLeidVoss 51 VA Jahn*, successu namque *l* ς, successus namque *R*, successibus (us *i r m 2*, at *videtur fuisse*)que *N*, successibus usque ς, successibus atque *e* ς ‖ success(urūq: *eras*) utique *M*, successibus atque (utique *virgula del*) *inde m*, al successum utrique *et* successus namque *scripserunt i mg manus recentiores m* 789 baculussique capit ε, baculumque sumit *F* ‖ quod ε *M* ς *Hs*, quem *m cett* ω *Jahn* ‖ spinea comptum *R*, sp. tortum ς *A* 790 ungula cingebat ('*ut ipsas spinas vocet ungulas a similitudine*') *Hs*, uimina (lumina *Bentley*) cingebant *Burm* ‖ adoperta// et nubibus (que *eras*) *N* 791 Quocumque *h* 792 papauera *recepi* (*cf Hermes XXXIX, 39 sq*) *ex O F* ε *l* (*i r* h^2) *g* ς *VA*, cacumina *e s* ς *R vulgo* 793 Affatuque (*corr m 2*) *F* ‖ populosque *l* ς ‖ suo pecudes *l* ‖ domusque *h n* 794 tritonia (*corr m 2*) *h* 795 Ingeniisque ς, Ingentes ε, Innumeris *vel* immensis ς, Ingenuis op. et *cSprotii*, opibus et—nitentem *h R* 796 lacr. uidit *schol in Stat* 797 nata ε 798 Iusta facit *g* 799 amatis (*corr m n*) *O h l*, amantis ε 800 Insbiratque ε ‖ peceumque (*corr*) *M* ‖ perosa (*corr m*) ε *M* 801 plumone ε 802 mali spatium causae (causa/ *M*)—erret ε *M R*, spatium causae *inde Hs vulgo olim*

germanam ante oculos fortunatumque sororis
coniugium pulchraque deum sub imagine ponit
cunctaque magna facit; quibus inritata dolore
Cecropis occulto mordetur et anxia nocte,
anxia luce gemit lentaque miserrima tabe
liquitur, ut glacies incerto saucia sole
felicisque bonis non lenius uritur Herses,
quam cum spinosis ignis supponitur herbis,
quae neque dant flammas lenique tepore cremantur.
saepe mori voluit, ne quicquam tale videret,
saepe velut crimen rigido narrare parenti;
denique in adverso venientem limine sedit
exclusura deum; cui blandimenta precesque
verbaque iactanti mitissima 'desine' dixit:
'hinc ego me non sum nisi te motura repulso.'
'stemus' ait 'pacto' velox Cyllenius 'isto!'
caelestique fores virga patefecit, at illi
surgere conanti partes, quascumque sedendo
flectitur, ignava nequeunt gravitate moveri:
illa quidem pugnat recto se attollere trunco,
sed genuum iunctura riget frigusque per ungues
labitur et pallent amisso sanguine venae;
utque malum late solet inmedicabile cancer

---

825 *Auctor de dubiis nom* (*Keil V 575, cf P de Winterfeld Poetae Lat Med Aevi IV 295*): Cancer bubo generis neutri, ut Livius [Ovidius *dWinterfeld*] 'malum latere solet [latet solet *M*, malum latet solet *dWinterfeld*] inmedicabile cancer'.

---

803 Germanamque ε 804 Coniugium / (est *cras videtur*) ***M*** 805 magnificat ***g*** ‖ magno—irritata ε 806 *om* ***l***, *i mg add* l^2 807 Axia ε 808 inserto *Merkel*² ‖ saucia solet ε 809 non (lenius *i r, m 2?*) ***M*** non leniter ***F*** non let (*i e* leuiter *?*) ε, aliter non ς ‖ non secius *Hs vulgo olim* 811 *om* ε ‖ te/pore ***N***, tp̄e ***l***, tepore *i mg* l^2, *βραχεῖ χρόνῳ Plan*, uapore (*cf am I 2, 46*) ς 812 quiquam (*corr m 2*) ***N*** 813 ueli/t ***M*** uelud ***F*** 814 li/mine ***e l*** 815 Exclusara—plandimenta ε 817 Hinc me ego non—moritura ε, mo//tura (ri *eras*) ***M*** ‖ me *add* h^3 819 Caelestique ***O l g*** ς *Riese*², C(a)elatasque ε (*ex sil*) ***F e h*** l^2 (*sscr* ***g***) ω *vulgo* ‖ illi ***N*** illa ***n*** 820 conati ε ‖ qua/cumque(s *eras*) ***M*** 821 Flectitur (*cf V 547*) ***F*** ς* ***s*** ς ω, flect(itur *i r m 3*) ***M***, flec(tit et *i r m 2*) ***N***, flectimus ε ς *vulgo olim*, flectimur *cVatic Hs* 822 recto pugnat *Hs* ‖ se tollere ς 823 *post* 826 ε 823 genuū ***N*** ‖ frigus//que (*sed* is *i r paene evanida* ***M*** ‖ per ungues ***A*** ς *Hs*, per artus ***n*** ς *post Ciofanum Bentley*, per inguen *act lit Rheno-Traj IV 345 Erkema*, perurguet *Merkel*² 824 *del Merkel*² ‖ palpent (*corr*) ***l***, callent *Haupt* 825 carcer (*corr m 2*) ***M***

serpere et inlaesas vitiatis addere partes,
sic letalis hiems paulatim in pectora venit
vitalesque vias et respiramina clusit;
nec conata loqui est nec, si conata fuisset,
vocis habebat iter: saxum iam colla tenebat
oraque duruerant, signumque exsangue sedebat;
nec lapis albus erat: sua mens infecerat illam.
Has ubi verborum poenas mentisque profanae *Europa.*
cepit Atlantiades, dictas a Pallade terras
linquit et ingreditur iactatis aethera pennis.
sevocat hunc genitor nec causam fassus amoris
'fide minister' ait 'iussorum, nate, meorum,
pelle moram solitoque celer delabere cursu,
quaeque tuam matrem tellus a parte sinistra
suspicit (indigenae Sidonida nomine dicunt),
hanc pete, quodque procul montano gramine pasci
armentum regale vides, ad litora verte.'
Dixit, et expulsi iamdudum monte iuvenci
litora iussa petunt, ubi magni filia regis
ludere virginibus Tyriis comitata solebat.
non bene conveniunt nec in una sede morantur
maiestas et amor: sceptri gravitate relicta
ille pater rectorque deum, cui dextra trisulcis

---

826 Serpere (pergere *sscr m 2*) *l* ‖ ill/esas *M*, illesas *N*, inlęsis uitiatis *F* 827 corpora *l*, pectorę *ε*, pectore *h* ‖ uer(sat *i r*) *N*, repit *Hs* 828 clusit *ε F N*, clausit *M n* ς* ς *ω vulgo* 829 canata *ε* 830 haberet *s* ς *Hs vulgo* ‖ iam ///(tum *eras*) *M* 831 diruerant *F*, diruerant *s*, diruerat *ccDresd et Senat* ‖ etsangue *ε* ‖ iacebat *cBersm* 832 albus *om* (*add m 2*) *M* ‖ s(e *del m 2*)ua *l*, fera mens *cSprotii* ‖ illam *M*, illum *R* 833/75 *exstant in β* 833 quas ubi *Hs* ‖ prophanę *O* 834 Coepit *β M F* ‖ dictas *om ε* 835 aera *e* ς *Jahn* ‖ iactantis acrea (*corr m 3*) *h* 836 Sed uocat *M*, Se uocat *N F*, Euocat *s*, Aduocat ς *cSprotii* ‖ causas *g* ‖ fassus *i r n* ‖ amorem *Francius* 837 F//ide *β* ‖ uerborum nate *p* 838 subitoque *e h* ς 839 suam matrem (*Sidona sc, matrem Tyri*) *Fuß* ‖ de parte *p* 840 Suscipit (*corr e²*) *ε e* ς, Susp(i *ex corr*)cit *β* ‖ ındignę *ε* ‖ sidonia (*corr n h³*) *N h g* ‖ nominan (*corr*) *β* 841 montan(o *ex* e) gr. pascit *ε*, carmine (*corr m 2*) *M*, in gramine *ccLeid et Goth* 842 alitora (*corr m 2*) *β*, littore (*corr*) *M* ‖ certe *ε* 843 exclusi *cLeid et frg Cantabr* 844 Littora *β*, Li/tora *M* 846 sede morantur in una *g* 847 Magestas *ε* 848 Ipse pater *s ccDresd et Pal, item e coni Gebhardus* ‖ bisulcis *e*

ignibus armata est, qui nutu concutit orbem,
induitur faciem tauri mixtusque iuvencis
mugit et in teneris formosus obambulat herbis.
quippe color nivis est, quam nec vestigia duri
calcavere pedis nec solvit aquaticus auster;
colla toris exstant, armis palearia pendent,
cornua parva quidem, sed quae contendere possis
facta manu, puraque magis perlucida gemma.
nullae in fronte minae, nec formidabile lumen:
pacem vultus habet. miratur Agenore nata,
quod tam formosus, quod proelia nulla minetur;
sed quamvis mitem metuit contingere primo,
mox adit et flores ad candida porrigit ora.
gaudet amans et, dum veniat sperata voluptas,
oscula dat manibus: vix iam, vix cetera differt;
et nunc adludit viridique exsultat in herba,
nunc latus in fulvis niveum deponit harenis
paulatimque metu dempto modo pectora praebet
virginea plaudenda manu, modo cornua sertis
inpedienda novis; ausa est quoque regia virgo
nescia, quem premeret, tergo considere tauri,
cum deus a terra siccoque a litore sensim
falsa pedum primo vestigia ponit in undis;
inde abit ulterius mediique per aequora ponti
fert praedam. pavet haec litusque ablata relictum

---

849 metu *β* ‖ condidit (t concutit *sscr m 2*) *e* 851 ambulat *l*

854 &stant ε, extant *β* ‖ pelcaria (*corr m 2*) *F* 855 vara quidem *post Heinsium Bentley*, torva quidem *Housman* ‖ si quae ε, sed quîs *Vossius* ‖ possis ε *O* ς *Hs vulgo*, posses *F* ς* *g* ς *RV Jahn* 856 praelucida ς 857 Null(e *i r m 2*) *M*, Nullae fronte *c Sprotii* 858 miretur (*corr m 2*) *M* 860*sq* Sed, quamvis mitem m. cont. primo, Mox adit *videtur distinxisse Plan* 862 sberata ε 863 Oscula dat *i r e*³ ‖ uix iam (*cf IV 350*) *M*, uix (iam *i r m 2*) *N*, uix ha ε *h g cSprotii*, uix a *l*, uix ah *e* ς *ω*, uix (et *i r m 2*) *F* ‖ manibus (uix—differt) et nunc *distinx Riese*² 864 At nunc ε, Et *add l*² ‖ teneraque e. *cUpsal* 865 N nunc ε ‖ nitidum *l* 866 dempta (*corr*) *F* ‖ nunc pectora ς* ς 867 *sic β O F g* ς *Hs vulgo*, plaudende ε, palpanda ς* *p* ς *Jahn*, tangenda *cSprotii* 868 nouis (*inter* o *et* u *littera parum manifesta, fort* s, *inserta est*; u *i r m 2*) *M* 869 consistere *R*, consederet auri ε 870 Tum ς *Gierig* ‖ siccoque ad litorae ε 871 fissa pedum *Merkel*², ficta pedum *Verisim decas p 3 Lunak* ‖ primo] *sic A VA Ehwald*, primis ς *R vulgo* ‖ in imis (*corr m 2*) ε 872 ponti *i r ex corr β* 873 ablata *i r N*

respicit et dextra cornum tenet, altera dorso
inposita est; tremulae sinuantur flamine vestes.

874 *Priscianus VI 20*: 'hoc cornu', 'genu', 'tonitru', quae tamen antiquissimi inveniuntur in 'um' quoque proferentes . . . Ovidius in II metamorphoseon: 'dextra cornum tenet'. idem in V: 'flexile cornum'.

874 cornum] *sic* **β** ***l*** *Priscianus, post Regium vulgo, sed virgula* (cornū) *pallidiore atram addita videtur in* ***l***, cornu *cett* ***ω*** **875** tremulo ***s***, tenues **ς** *VA* ‖ laxe sinuantur *R* Capit. lib. III ***α***, Liber tertius ***M***, Incipit III ***N***, LIBER TERTIUS incipit ***e***, EXPLICIT LIB̄R · II · INCIPIT TERCIVS ***l***, *nullus titulus in* **β** **ε** ***F h***.

LIBER TERTIUS.

Cadmus.

Iamque deus posita fallacis imagine tauri
se confessus erat Dictaeaque rura tenebat,
cum pater ignarus Cadmo perquirere raptam
imperat et poenam, si non invenerit, addit
exilium, facto pius et sceleratus eodem.
Orbe pererrato (quis enim deprendere possit
furta Iovis?) profugus patriamque iramque parentis
vitat Agenorides Phoebique oracula supplex
consulit et, quae sit tellus habitanda, requirit.
'bos tibi' Phoebus ait 'solis occurret in arvis,
nullum passa iugum curvique inmunis aratri.
hac duce carpe vias et, qua requieverit herba,
moenia fac condas Boeotiaque illa vocato.'
vix bene Castalio Cadmus descenderat antro:
incustoditam lente videt ire iuvencam
nullum servitii signum cervice gerentem.
subsequitur pressoque legit vestigia gressu,
auctoremque viae Phoebum taciturnus adorat.

---

11 *Cyprianus Gallus Heptateuchos Exod 376 Peiper* (*Corp script eccl XXIII*): Nemo solum uertit curuique inmunis aratri. *post saec V initium illum scripsisse putat praef p XXVI Peiper.*

1/56 *exstant in* α, 1/510 *exstant in* β 1 in magine ε 2 arua ς *R* ‖ Dicteïaque arva *Hs* ‖ regna tenebat *s* ς 3 Sed pater *l* ‖ cathmo (*sic semper*) *F e* ‖ raptam p. cadmo ς^* ς *R Jahn*, cadmo p. natam *s* ς *cSprotii Micyllus*, natam p. cadmo ς 5 Exilii *cSenat* 6 dependere α ‖ posset ς^* *g p* ς 8 *om* α ‖ ageno⌣rides (⌣*a m 2*) *F* ‖ phebeique or. suplex ε 9 re(quirit *i r*) *N* 10 phebos ε ‖ occurreret *h* ‖ in agris *s* ς 11 Nondum passa *cCantabr* 12 (H *add m 2*)Ac *M* ‖ duę β 13 fac ponas *cPal* ‖ boeotiaque ς *A vulgo*, boeotia(que *om*) α, boe/tiaque *N*, boetiaque β ε *F M h e g* ς, boeciaque *l R* 14 descenderet α, discesserat ε *cBernegg*, dissecesserat *g* 15 lente *ex* longe *M*, longe *N* (*i mg m*) *cMedic* 16 seruicii β 17 lēgit *M* ‖ constringit *i mg m* ‖ passu α *p Ehwald* 18 Autoremque α, Actoremquem(v *sscr* e^2) *e ccDresd et Palat*

Iam vada Cephisi Panopesque evaserat arva:
bos stetit et tollens speciosam cornibus altis
ad caelum frontem mugitibus inpulit auras,
atque ita respiciens comites sua terga sequentis
procubuit teneraque latus submisit in herba.
Cadmus agit grates peregrinaeque oscula terrae
figit et ignotos montes agrosque salutat.
sacra Iovi facturus erat: iubet ire ministros
et petere e vivis libandas fontibus undas.
Silva vetus stabat nulla violata securi,
et specus in medio virgis ac vimine densus,
efficiens humilem lapidum conpagibus arcum,
uberibus fecundus aquis, ubi conditus antro
Martius anguis erat, cristis praesignis et auro;
igne micant oculi, corpus tumet omne venenis,
tres vibrant linguae, triplici stant ordine dentes.

---

29 *Priscianus VI 76*: dicebant tamen et 'hoc specum' et 'haec speca' . . sed Livius etiam singulari numero hoc ponit masculinum . . . similiter Ovidius in III metamorphoseon: 'Et specus in medio [media *libri excepto K*] virgis ac vimine [acumine *GK*] densus', idem in VII: specus est tenebroso caecus hiatu'. idem in XI: 'Et specus in medio [media *R*], natura factus an arte, Ambiguum'.

---

19 cephisi ς *Plan A vulgo*, cephesi (*fort recte, cf NJhbb 1891, 695 et ad I 369*) *α ε O* ς*, zephesi *F* ‖ penopesque *e* ς, Panopea *Hs*, Panopeaque liquerat *Burm* **20** spatiosam *s* ς *R vulgo olim* **22** sequentis *α R*, respiciens—terga respiciens (sequentis *om*) *ε*, sequentes *cett vulgo* **23** sūmisit *α ε*, sūmisit *F ε*, sumisit *l* ‖ tenerasque l. s. in herbas *h* ς *cSprotii* **24** g ait *M*, ait *ε g* ‖ peregrinaque *ε* **25** inignotos *ε* ‖ montesque ς **26** /// faturus (*supr* a *ras*, t *ex corr*) *l* ‖ ministris (*corr m 2*) *N* **28** uiolatu a *ε* ‖ secure *α* **29** Est specus *s* ς *Hs vulgo olim* ‖ in media *α plerique libri Prisciani* ‖ ac(*sed* c *i r n*)uimine *α N h e* ς, et uim. *R*, acu(i *ex* l *per ras*)mine ł auimine² i² i² *β*, aculmine denso *ε*, aculmine *M*, acułmine *F*, acumine *l*, a culmine *def NJhbb 1897, 498 Loewe* ‖ densis ς **31** fecundis *ε* ‖ condi/tus *M*, on² editus *l* ‖ quo conditus *cum cGoth in app ed Burm p 1904 Capoferreus*, hoc (*sic* ς *vulgo olim*) cond. *vel* cui creditus *Hs* **32/33** *bis scripti in α* **32** perignis *ε* **33** timet (*corr m 2*) *F* ‖ uenenis (*bis*) *α*, ueneno *cett vulgo* **33/126** *exstant in γ*₁ **34** *om α* ‖ tres vibrant *cum Bothio* (*Vind p 21*) *scribendum esse docui NJhbb 1893, 605*, Tresque micant *A ω*, Tresque uibrant *ccBerol et Rhenov mg editionum Gryph Micyll et Bersm, post Heinsium vulgo* ‖ Tresque /// micant² sibi (sibi *i r m 3*) *β*, Trisque micant *ε*,

quem postquam Tyria lucum de gente profecti
infausto tetigere gradu demissaque in undas
urna dedit sonitum, longo caput extulit antro
caeruleus serpens horrendaque sibila misit.
effluxere urnae manibus sanguisque reliquit
corpus et attonitos subitus tremor occupat artus.
ille volubilibus squamosos nexibus orbes
torquet et inmensos saltu sinuatur in arcus,
ac media plus parte levis erectus in auras
despicit omne nemus tantoque est corpore, quanto,
si totum spectes, geminas qui separat arctos.
nec mora, Phoenicas, sive illi tela parabant
sive fugam, sive ipse timor prohibebat utrumque,
occupat: hos morsu, longis conplexibus illos,
hos necat adflatu funesti tabe veneni.
Fecerat exiguas iam sol altissimus umbras:
quae mora sit sociis, miratur Agenore natus
vestigatque viros. tegumen derepta leoni
pellis erat, telum splendenti lancea ferro
et iaculum teloque animus praestantior omni.

---

35 lucum tyria γ_1 ‖ profeciti α 36 Infaustu *M* ‖ tetigere dea usaque in undas α 37 longum ς *Burm vulgo olim*, longe *FrVollmer* 39 Et fluxere h ‖ urnę α n ς, undę(æ) ε A ‖ relinquit ε ς *Hs vulgo olim*, reliquit β, reli/quit (n *eras*) *M* 41 squamosus β ε *M* g^1 *corr* m g^2 ‖ orbes α, orbis R 42 immenso (*corr* m) γ_1 O e ς *Jahn* ‖ sinuatus l ‖ in artus (ł eos *sscr m 2*) *M*, in orbes (*cf IX 64*) e ς R, in arcum e^2 *Plan A* 43 At media ς, Et med. ς, hinc media *Hs* ‖ leuis ε R, leues *cett vulgo* ‖ leueș sē rectus α 44 dispicit *ed Vincent 1555 et ad Lucr p 236 Lachm* ‖ est *om* h ‖ corpore tanto (*corr m 2*) *N*, quanto *M* 45 specteis e, spectas h ‖ seperat ε h 46 phenices *N* h l s R ‖ si uelli α 47 fugam *ex corr* (fillam *videtur fuisse*) F ‖ ipse *om* l ‖ sn̄ (= sine) timor ipse α 48 amplexibus e l p ς R *Jahn* 49 afflatu funesti tabe ueneni (*cf II 454 ex P II 7,40 et quae dixi NJhbb 1891, 694*) α, afflatu funesta β ε O F ς, afflatu ("funesti *i r m 3,* "funestaque *i mg m 2*) h, afflatu hos funesta e ς *cSprotii* ω, afflatu funesta hos (s l γ_1) t. γ_1 ς, afflati(u *ex* i l) ¸funesta t. l g ς *vulgo*, afflatos funesta t. *cMedic*, afflatos funesti t. *inde Hs vulgo olim* ‖ afflata os funesti *Bach*, afflatu et funesti *Riese*, adflata funesti *ZÖG 1893, 308 Zingerle* 52 tegumen β, tegi/men (i *ex* u) *M*, tegimen α F N e g ς *vulgo*, tegmen h l R ‖ derepta leoni α N ς *Hs*, tegimendi repta leonis ε, direpta leonis β F ς R, der. leonis n, dir. leoni/ (s *eras*) *M*, direpta leoni ς^* g ς 53 telum splendentia ferro ε, lancea telo ferro α, splendentis l. ferri *cLeid* 54 prestancior l

Ut nemus intravit letataque corpora vidit
victoremque supra spatiosi corporis hostem
tristia sanguinea lambentem vulnera lingua,
‘aut ultor vestrae, fidissima corpora, mortis,
aut comes’ inquit ‘ero’. dixit, dextraque molarem
sustulit et magnum magno conamine misit.
illius inpulsu cum turribus ardua celsis
moenia mota forent: serpens sine vulnere mansit
loricaeque modo squamis defensus et atrae
duritia pellis validos cute reppulit ictus;
at non duritia iaculum quoque vicit eadem,
quod medio lentae spinae curvamine fixum
constitit, et totum descendit in ilia ferrum.
ille dolore ferox caput in sua terga retorsit
vulneraque adspexit fixumque hastile momordit,
idque, ubi vi multa partem labefecit in omnem,
vix tergo eripuit; ferrum tamen ossibus haesit.
Tum vero, postquam solitas accessit ad iras
causa recens, plenis tumuerunt guttura venis
spumaque pestiferos circumfluit albida rictus,
terraque rasa sonat squamis, quique halitus exit
ore niger Stygio vitiatas inficit auras.

---

55 *Eutyches Ars II 15 (Keil V 484)*: leto letas, Ovidius in Ibide [503] ‘quique — arbore natum’. idem in III metamorphoseon libro ‘letataque corpora vidit’ ‖ *citat versum Glossarium Osberni (Mai class auct VIII p 299) sic*: ‘quo simul intravit’ *sq.*

---

55 intrauit leto data ε, letata(que *om*) *h*, laniataque *R* **56** Victorem (que *om*) γ_1 ‖ super γ_1 ς ‖ sp(a *ex* e *m 2*)ciosi *F*, spatiosa (*corr*) ε ‖ corporis] ‘*aut* tergoris *hic legendum aut paullo post* [58] fidissima pectora, *quod malim*’ *Hs* ‖ *hic desinit* α **57** *om* ε ‖ Tristi//a(ti *eras*) *M* ‖ sanginea *F* ‖ corpora ς **60** magnum //// magno *e* ‖ et magno conamine misit in hostem ς *cSprotii* **62/86** *om* ε **64** Duritie *ccMedic et Moreti* ‖ c(u *i r m 2*)te *e* **65** qu(o *ex* c)que *M*, uincit ς *Hs vulgo olim* **66** medium γ_1, medio fixum lentae curu. spinae *cSulmon*, medio lentae fixum c. spinae *inde Hs vulgo olim*, lentae medio sp. c. fixum *malim* **67** toto — ferro ς *Hs vulgo olim* **68** dulore (*corr m 2*) *g* ‖ in *om h* ‖ retorque *cMedic* ‖ reflexit ς **70** Atque *R* ‖ ubi *add* h^2 ‖ ui magna *cGronov* ‖ ome(om̄em *inde m 2*) *M* **71** he)æ)ret *l* ς *R Hs vulgo olim* **72** Tunc *M F* **73** Plaga recens ς *Burm vulgo olim*, plaga Causa γ_- **75** quoque (*corr m 2*) *M*, quoque (*corr m 3*) alitus *l* **76** uicinas *cSenat*, uiscatas *cPal Gebhardus* ‖ auras β *O* ς *Hs vulgo*, herbas *F* γ_1 *m s* ς* ω *Jahn*

ipse modo inmensum spiris facientibus orbem
cingitur, interdum longa trabe rectior adstat,
impete nunc vasto ceu concitus imbribus amnis
fertur et obstantis proturbat pectore silvas.
cedit Agenorides paulum spolioque leonis
sustinet incursus instantiaque ora retardat
cuspide praetenta: furit ille et inania duro
vulnera dat ferro figitque in acumine dentes.
iamque venenifero sanguis manare palato
coeperat et virides adspergine tinxerat herbas;
sed leve vulnus erat, quia se retrahebat ab ictu
laesaque colla dabat retro plagamque sedere
cedendo arcebat nec longius ire sinebat,
donec Agenorides coniectum in gutture ferrum
usque sequens pressit, dum retro quercus eunti
obstitit et fixa est pariter cum robore cervix.
pondere serpentis curvata est arbor et imae
parte flagellari gemuit sua robora caudae.
Dum spatium victor victi considerat hostis,
vox subito audita est (neque erat cognoscere promptum

---

79 *Priscianus VI 55*: ‘impeto, impĕs impetis’ — Ovidius in III metamorphoseon: Impete nunc vasto, pro ‘impetu’ ‖ *Charisius Inst Gr IIII* (*Keil I 279*): Antithesis est litterae pro littera inmutatio, ut ‘Impete nunc vasto ceu c. i. amnis’ pro impetu ‖ *Diomedes Ars Gr II* (*Keil I 442*): Antithesis est litterae conmutatio, ut ‘Inpete nunc—amnis’; impete dictum est pro impetu ‖ [*Probi*] *De ultimis syllabis XVIII 13* (*Keil IV 264*): Antithesis est litterae pro littera inmutatio, ut ‘Impete—amnis’ ‖ *Isidorus Orig I 34* (*35*), *6 Lindem*: Antithesis contrapositio literae pro alia litera, ut: ‘impete vasto’ pro impetu ‖ *Silius II 243*: contortum impete vasto robur.

---

78 recta trabe *cUps*, rectius *g* ‖ rectior exit ς *Hs vulgo olim*, extat ς* *s cUps ω Jahn* 79 Impet(o *ex* e *m 3*) *l* ‖ seu concitus amnis ab imbre *cSprotii* 80 obstantis *N*, obstantes *n cett vulgo* ‖ ·pertubat γ_1 *l* ς *ω* ‖ proturbat p. siluas *i r m* 81 *om M* 83 Cuspite *M* ‖ *τὸ δέρμα προβεβλημένος* (*i e* tergore praetento?) *Plan* ‖ et *om l* 84 figit(que *add m 2*) *h*, frangitque *cPal Hs vulgo olim* 85 uenifero (*corr*) *β* 87 uolnus *p* 88 dabat tergo *p* ‖ sedebat *N* 89 Cedebat (do *sscr*) *ε* ‖ caedendo *M* 90 gutture *β O* ς* ς *ω Hs vulgo*, guttura ς *Bentley*, inguine *vel* uiscere *uel* uiscera *uel* ilia ς 91 cui retro ς 92 Obstiti *ε* 93 curata (*corr*) *β* ‖ ime(ae) *A ω vulgo*, ima γ_1 *et e coni Phil XXXVI 362 Hartung*, *τῷ τῆς οὐρᾶς ἄκρῳ Plan* 95 uicti uictor *s* ‖ consederat *ε* 96 congnoscere promptu *ε*

unde, sed audita est): ‘quid, Agenore nate, peremptum
serpentem spectas? et tu spectabere serpens.’
Ille diu pavidus pariter cum mente colorem
perdiderat, gelidoque comae terrore rigebant:
ecce viri fautrix superas delapsa per auras
Pallas adest motaeque iubet supponere terrae
vipereos dentes, populi incrementa futuri.
paret et, ut presso sulcum patefecit aratro,
spargit humi iussos, mortalia semina, dentes.
inde (fide maius) glaebae coepere moveri,
primaque de sulcis acies apparuit hastae,
tegmina mox capitum picto nutantia cono,
mox umeri pectusque onerataque bracchia telis
exsistunt, crescitque seges clipeata virorum:
sic ubi tolluntur festis aulaea theatris,
surgere signa solent primumque ostendere vultus,
cetera paulatim, placidoque educta tenore
tota patent imoque pedes in margine ponunt.
territus hoste novo Cadmus capere arma parabat:
‘ne cape’, de populo, quem terra creaverat, unus
exclamat ‘nec te civilibus insere bellis!’
atque ita terrigenis rigido de fratribus unum
comminus ense ferit; iaculo cadit eminus ipse.
hunc quoque qui leto dederat, non longius illo
vivit et exspirat modo quas acceperat auras;

---

97 natu$^{e^2}$ 99 Inde diu *h* ‖ pa$^{r^2}$/iter *F* ‖ deûm pavidus *Vind p 23 Bothe* ‖ cum uoce γ_1 *e l* ς ‖ tolorem *ε* 102 matrique iubet (*cf I 383 393*) *l* ‖ su^{b}pendere *ε* 103 dentis *R* 104 Parcet et upressa *ε*, et impresso *F e l* ς 105 Sparsit *cBersm*, Sparget *M* ‖ semmina *ε* 106 fide$^{\text{quod est}^3}$ maius *M* 107 aste *l* 108/IV 39 (*fol 10*) *scr manus recentior codicis F* (= *f*) 108 nudantia cona *ε*, mutantia (*corr*) *M* 109 humuri *ε* ‖ pictusque (*corr m 2*) *M* ‖ honerataque *M h* ‖ ////brachia *e* 110 teges (*corr*) cli/peata *M* 112 Surgerere *ε* ‖ uult(ū *i r m 2*) *N*, uultum ς *R Burm vulgo olim* 113 placitoque *l* 114 imosque *R* 115 no^{v}/o *β* ‖ cadmus contra arma p. *cCantabr* 116 Nec cape *ε*, Non cape *s* ‖ creauerit (*corr m 2*) *N* 117 ins(er *i r ex corr*)e *β* ‖ cibilibus *N* 119 Eminus ille *ccSenat et Vatic* 120 Hunc quoque (*cf NJhb 1894, 199*) *ε cGallicus*, Hi//c (unc *fuit*) quoque *M*, H(i *m 2 i r duarum litterarum*)c quoque *N*, Hic—letum ded. *β*, Hic—leto ded. *h l* ς *Hs vulgo olim*, Hic—ded. le(œ)to γ_1 *e f* ς ‖ ipso *h* 121 exbirat *ε*

exemploque pari furit omnis turba, suoque
Marte cadunt subiti per mutua vulnera fratres.
iamque brevis vitae spatium sortita iuventus
sanguineam tepido plangebant pectore matrem,
quinque superstitibus, quorum fuit unus Echion.
is sua iecit humo monitu Tritonidis arma
fraternaeque fidem pacis petiitque deditque.
Hos operis comites habuit Sidonius hospes,
cum posuit iussus Phoebeis sortibus urbem.
Iam stabant Thebae, poteras iam, Cadme, videri
exilio felix: soceri tibi Marsque Venusque
contigerant, huc adde genus de coniuge tanta,
tot natas natosque et, pignora cara, nepotes,
hos quoque iam iuvenes; sed scilicet ultima semper
exspectanda dies homini est, dicique beatus
ante obitum nemo supremaque funera debet.

---

135 *sq Scholia in Lucan VIII 29 Usener*: summa dies, mortis. Ouidius 'scilicet ultima semper Exspectanda dies hominis dicique—funera debet' ‖ *Lactant de ira dei 20, 2 (Brandt)*: nec tamen ille qui peccat sperare debet perpetuam inpunitatem, quia nulla est perpetua felicitas, 'sed scilicet u. semper exp. dies homini [est *om*] — supremaque funera debet', ut ait poeta non insuauis ‖ *Vincentius Bellovac speculum historiale VI 116 (IV 215)*: 'Vltima semper E. dies homini est—funera debet'.

---

124 spatium uitae *f ς Hs vulgo olim* ‖ sortiata *ε* **125** tepido *ε β M ς**, t/epido *N*, trepido *ς R vulgo olim* ‖ plangebant *n ς* ς vulgo olim*, tangebant *N ε*, tangebat *g*, plangebat *β γ*$_1$ *M ς*, pulsabant *R*, tingebant *Lemaire* ‖ sanguineo tepidam plangebat *Merkel* ‖ corpore matrem *e ccBersm et Goth* **126** ethion *l Ben* **127** /is (H *eras*) *M* ‖ humo *ε M h L ccBerol Dresd Par Merkel*, hum(i *i r m 2*) monitis *N*, humi *e l f g sR vulgo olim* ‖ munitu tridonidis *ε* **128** Aeternaeque *cMedic R*, Frater neque *β* ‖ paci(s *add m 2*) *N* ‖ pecitque *ε*, petitque *M* ‖ Fraternaeque fide (*i e* fidei)pacem *ex cPalatino Crepund II 8 Gebhardus* **129** sido nidus hosbes *ε* **130** Cum pos. *ε e m n ς vulgo*, Con(m)posuit *β O h ς* ‖ iussus *ε β O l g p ς Ehwald*, iussam *e h m n f ς vulgo* ‖ Et fecit iussam *R* **131/252** *exstant in λ* **131** thaebe *ε* ‖ poteras i(am *i r m 2*) *N* **132** Exilios felix *λ*, Ex illo felix *ε*, Exsilii f. *ς* **133** Contingerant *ε f* ‖ huc. ad genus *ε*, adde gentes *l* **134** natas natosque (*cf Hermes XXXIX 57 et met VI 182*) *ε λ M h e ς R*, natos natasque *N f ς vulgo*, natas natos et *l* ‖ nepotum (*corr n*) *N cBersm* **135** iuuenis—ultimas semper *λ* **136** *sic bene* (exspectanda *a nobis sc*, homini *postpositum ad totum enuntiatum pertinet*) *A ω* ‖ hominem *ε* ‖ est *om λ ε h*^{1} *l ς Lact Firmianus, del Hs* ‖ hominis *Scholia in Lucan Ehwald*, hominum est *cSenat* **137** supr. tempora *p*, s. munera *ad Stat Theb XII 154 Lindenbrogius* ‖ fun. semper *f*

Prima nepos inter tot res tibi, Cadme, secundas *Actaeon.*
causa fuit luctus, alienaque cornua fronti
addita vosque canes satiatae sanguine erili.
at bene si quaeras Fortunae crimen in illo,
non scelus invenies: quod enim scelus error habebat?
Mons erat infectus variarum caede ferarum:
iamque dies medius rerum contraxerat umbras
et sol ex aequo meta distabat utraque,
cum iuvenis placido per devia lustra vagantes
participes operum conpellat Hyantius ore:
'lina madent, comites, ferrumque cruore ferarum,
fortunamque dies habuit satis; altera lucem
cum croceis invecta rotis Aurora reducet,
propositum repetemus opus; nunc Phoebus utraque
distat idem terra finditque vaporibus arva.
sistite opus praesens nodosaque tollite lina!'
iussa viri faciunt intermittuntque laborem.
Vallis erat piceis et acuta densa cupressu,
nomine Gargaphie, succinctae sacra Dianae,
cuius in extremo est antrum nemorale recessu,
arte laboratum nulla: simulaverat artem

---

138 nepos *bis* ***h*** ‖ res tot ς ‖ secundus ε **140** *sic* ***β e λ O e ς*** *A vulgo*, sat(c)iati β^2 ***h l f*** e^2 ***g ς*** *RV* ‖ sangine ***h*** **141** Aṭ ***λ*** ‖ **142** *καὶ οὐχ εὑρήσεις* (*i e* Nec sc.) *Plan* **142** quid enim ***N***, quod & nim ε ‖ habebit *cBerol 270, 4* **144** rerum medias *cRhenov et* (*cf ad am I 5,1*) *e coni Hs vulgo olim* **145** et aequo mediastas ε **146** deuia rura ς ‖ uacantes ***λ***, uagantis *R* **147** hiantius ε, iantius ***f***, cinthius *i r* ***n***, (tinti *i r m 2*)us ***l***, hiantius *inde* l^3, hiamthius ***e***, tithius ***g*** **148** L'ina ***M***, Linā addent com. ferumque ***λ*** **149** *sic A VA vulgo*, Fortuneque (*sed cf ad h l Bach et her 11, 36 trist I 3, 7 Sall Cat 21, 1*) ***λ*** ς- *Regius*, *καὶ τῆς τύχης ἄλλς Plan*, Fortunaeque (uel Fortunamque *sscr*) ***s***, Fortunaque *R* ‖ fatis (*corr*) ***M*** **150** croceris aurora roris inuecta ***λ***, croc. aurora rotis inuecta ***e*** ς, croceis īfesta ε ‖ euecta ς *R Burm* ‖ (re *a m 2*)ducet ***β***, reducxit ***h*** **151** Prepositum ***l***, Propositum (uel Postpositum *sscr*) *cSprotii* ‖ repetamus ς *Burm vulgo olim* **152** idem *om* ***f*** ‖ item t. ***M β g*** ‖ idem meta (*sed cf ex P I 4, 30 et quae dixi NJhbb 1893, 621*) ***λ ς*** *e coni Bentley*, idem creta *Merkel*² ‖ distat terra idem ***N*** ‖ fitditque ***M***, scinditque *cGoth* ‖ uaporebus ε **153** Sistit eopus—tollit erina ***λ*** ‖ soluite *cMed* **155** acuta—cupressu ***β***, acutis—cypressis *inde* β^2 ‖ cupresso ***g ς*** **156** gargaphye sua cinctus acra diane ***λ***, gargaphies ***M***, garphae (ga *et* i *sscr*) — succinte ε ‖ sucintę ***l*** ‖ cura di. ς *VA*, cara *vel* grata *Burm* **157** extremum est antr. mortale ε **158** Aṇte ε ‖ nulla *bis* ***f*** ‖ simulauerat artem (ł sinuauerat arcum *sscr m 2*) ***M***, s. arcum (uel artem *sser*) ***s*** ‖ similauerat ς *R*

ingenio natura suo; nam pumice vivo
et levibus tofis nativum duxerat arcum.
fons sonat a dextra, tenui perlucidus unda,
margine gramineo patulos succinctus hiatus.
hic dea silvarum venatu fessa solebat
virgineos artus liquido perfundere rore.
quo postquam subiit, nympharum tradidit uni
armigerae iaculum pharetramque arcusque retentos;
altera depositae subiecit bracchia pallae,
vincla duae pedibus demunt; nam doctior illis
Ismenis Crocale sparsos per colla capillos
conligit in nodum, quamvis erat ipsa solutis.
excipiunt laticem Nepheleque Hyaleque Ranisque
et Psecas et Phiale funduntque capacibus urnis.
dumque ibi perluitur solita Titania lympha,
ecce nepos Cadmi dilata parte laborum
per nemus ignotum non certis passibus errans
pervenit in lucum: sic illum fata ferebant.

---

170 *Ennodius CCCLXXXVIII 74 p 278 Vogel*: colligit in nodum passos . . crines.

---

159 nata (*corr m 2*) *l* ‖ punice *ε* **160** tofes *ε*, tofi/s (i *ex* u) *M*, tophis *N e* ‖ ar(cū *i r m 2*) *l* **161** Fonsonat (*corr m 2*) *β*, Fons erat *cSprotii* ‖ addextrum *ε*, ad dextram *ς*, (a d *i r*)extra *M*, a *om* (*add m 3*) *h*, a dextris *s* ‖ perlucid(u *ex* i)s *λ* **162** succinctus *β M l*² *ς VA Korn*, succintos *λ*, incinctus *ε β*² *ς** *ς R vulgo*, distinctus *N* ‖ incultus hyatus *f* **163** uenatu siluarum *e f ς* ‖ ueneta *ε* ‖ fess(a *i r m 2*) *M* **165** Quem *cVoss* ‖ s(u *ex* o *per ras*)biit nimfarum *λ* **166** farctramque — retentis *λ* **168** Uincula *ε* ‖ tum doctior (*praef*) *Riese* **169** Hismenis *h f* ‖ crogales parsos *λ*, croc(ale *i r m 2*) *β*, crocales sparsos *h*, crocale(s *del* m *2*) *l*, croceos *f* **170** quam uiserat *ε* ‖ quamuis c. i. s. *del Crispinus* ‖ quos uinxerat ipsa solutos *l*³ *g* **172** 171 *ε* **171** latices *p* ‖ nephœleque *M*, Nipheque *A* ‖ laticem nimphe fialeque *ε* ‖ hialeque *λ β M* ‖ ranisque *β ε M*, rhanisque *cett vulgo* ‖ nimphe hiale siranisque *h*, nymphę ogaleque *e*, nimphęque braieque ramisque *l*, *Νύμφη καὶ Ὑάλη Κεραυίς Plan*, Hyamisque *R* **172** Et specas *λ ε N*, Et pseucas *M*, Et shecas *e*, Efecas *f*, Et fecas *h*, Et pecas *s*, Psecas Phialeque *R*, et fiale *λ e* **173** solitati mania lympha *β* ‖ tytania *O* ‖ lymphis *ε* **174** Ecce ne pos cad mėdilata (*omnia a m 1*) *λ* ‖ parta *β* **175** *habent ε λ ς** *f ς*, *om β O cMed*, *i l add β*² *n i mg m* ‖ *del versum Hs* **176** locum *λ*, ad lucum *p*, lucum et *f* ‖ fate *ε* ‖ fata trahebant *λ ς*

Qui simul intravit rorantia fontibus antra,
sicut erant, viso nudae sua pectora nymphae
percussere viro subitisque ululatibus omne
inplevere nemus circumfusaeque Dianam
corporibus texere suis; tamen altior illis
ipsa dea est colloque tenus supereminet omnis.
qui color infectis adversi solis ab ictu
nubibus esse solet aut purpureae aurorae,
is fuit in vultu visae sine veste Dianae.
quae, quamquam comitum turba stipata suarum,
in latus oblicum tamen adstitit oraque retro
flexit et, ut vellet promptas habuisse sagittas,
quas habuit, sic hausit aquas vultumque virilem
perfudit spargensque comas ultricibus undis
addidit haec cladis praenuntia verba futurae:
'nunc tibi me posito visam velamine narres,
si poteris narrare, licet.' nec plura minata
dat sparso capiti vivacis cornua cervi,
dat spatium collo summasque cacuminat aures;
cum pedibusque manus, cum longis bracchia mutat
cruribus et velat maculoso vellere corpus.
additus et pavor est. fugit Autonoeius heros
et se tam celerem cursu miratur in ipso.

---

195 *Eutyches Ars III 3*: cacumen cacumino, 'summasque cacuminat aures' Ovidius metamorphoseon libro I [*immo III*].

---

177 Qui (t o *sscr m 2*) *e* ‖ Quo simul *R* **178** Sic erant *f* ‖ uiso nudæ(e) *β O ς R Hs vulgo*, nudæ(e) uiso *λ ε ς* f ς s VA Ehwald*, uiso nudate *g* ‖ sua corpora *e s ς* **179** Deplanxere (uel percussere *sscr*) *s* **182** Illa dea *e* ‖ omnis *λ*, omnes *cett vulgo* **183** aduersu *λ* **184/186** *lacuna non indicata om λ* **185** uestae *ε* **186** quaquam *ε* ‖ quamuis com. turba est *cBerol 270. 4* ‖ turba est *l ς A ante Heinsium vulgo* ‖ cœtu stip. *unus Heinsianus* **187** oblicum *λ l cBerol 270. 4 cDresd*, obliquum *cett vulgo* obliqunque tamen *ε* ‖ astitit *β ε*, abstitit *journ of phil XII 68 Ellis* **188** uellit promptas *λ*, uelle pr. abuisse *ε* **191** Addit haec claudis *ε* **192** uisam *om (add m 2) l* ‖ ualamine *β* ‖ uisam uel. narres *i r N* **193** plurima *λ* ‖ minata est *h*, locuta *ς R* **194** vivacis c. cervi] *ex Verg ecl VII 30* **195** cacumina taures *λ*, cacumina t$^{\text{aures}^2}$ ////// *β*, cacumine^{a} taures *ε*, cacumina(t *ex corr m 2*) aur(es *i r m 2*) *M*, cacumitat *l* **197** C^{r}u/ribus (Curribus *fuit*) *λ* ‖ uẹllat *ε* ‖ maculos (o *i r m 2*) *N* **198** autono eius *λ*, atonoeius *h*, autoenius *l*, auctoneius *g*, *Ἀχταιώνιος Plan*

ut vero vultus et cornua vidit in unda,
'me miserum!' dicturus erat: vox nulla secuta est.
ingemuit: vox illa fuit, lacrimaeque per ora
non sua fluxerunt; mens tantum pristina mansit.
quid faciat? repetatne domum et regalia tecta
an lateat silvis? timor hoc, pudor inpedit illud.
dum dubitat, videre canes; primique Melampus
Ichnobatesque sagax latratu signa dedere,
Gnosius Ichnobates, Spartana gente Melampus.
inde ruunt alii rapida velocius aura,
Pamphagos et Dorceus et Oribasos, Arcades omnes,
Nebrophonosque valens et trux cum Laelape Theron
et pedibus Pterelas et naribus utilis Agre,
Hylaeusque ferox nuper percussus ab apro
deque lupo concepta Nape pecudesque secuta

---

209 *Corippus Johann IV 19*: tacita velocius aura.

---

200 Et (*corr m 2*) uero ***M*** ‖ undam ***β***, unda(s *add m 2*) ***N*** ‖ Ut uero solitis sua corn. u. in undis *cLeid Hs vulgo olim, idem tamen versum delendum censet* (*def Em X 197 Schrader*) **202** Ingemitur uox nulla (ł Ingemuit uox illa *sscr m 2*) ***e*** ‖ fugit ***ε h*** ‖ lacrim(a *incertum*) ***ε*** **204** repetatne—tecta ┐ *i r* ***N***, redeatne ***l*** ‖ domum aḍ (*i e* et *cx* ad) ***λ*** ‖ et *om* ***ς***, *del Hs* ‖ regia tecta ***h***, reguliat ***ε*** **205** *sic* (*cf I 469 618*) ***λ e f s*** *Plan cBerol 270. 4. Hs*, pudor hoc timor ***ε β O h l ς ω*** *Jahn* **206** uideri ***ε*** ‖ primique ***λ*** *Ehwald*, primumque ***A*** *A vulgo*, primusque ***ς**** ***f ς*** *RV Hs vulgo olim* ‖ melamp/is (h *videtur fuissse*) ***λ***, melamphus (= 208) ***ε***, melāppus ***N*** **207/08** *i mg* ***h***² ‖ Ichobatesque ***λ***, I//nobatesque (ch *eras*) ***β***, Ignobatesque ***s ς*** *cBerol 270. 4*, Innobatesque ***N h***² ***l e ς***, Oenobatesque *R* ‖ Isnouatesque saxa ***ε*** ‖ latratu/(s *videtur eras*) ***λ*** ‖ dedere ***β λ M ς*** *R*, dederunt ***ε N e g h***² ***l p ς*** *VA* **208** Gn(e *ex* o)sius ***f*** ‖ Isn(o *cx* a)uates ***ε***, ichobates ***λ***, Oenobates *R*, hignobates ***M***, ignobates ***s***, innobates ***l*** ‖ gentem elampus ***λ*** **208/209** *i r* ***N*** **209** ueloti/us (oti *i r*) ***l*** **210** *sic* ***ε***, *nisi quod formas in-* os *exeuntes* Pamphagos *et* Oribasos *sumpsi cx* ***λ*** ‖ Pamphagus et dorceus et oribasus ***ε***, Pamphagos et dorceos et oriuasos archades ***λ*** ‖ Pamphacus et dorcheus ***β M***, doriceus ***N***, docheus ***s*** ‖ Paufagus et dirceus—archades ***h*** ‖ Panfagus—archades ***e*** ‖ orbasus ***β λ***, oribasus *cett vulgo* ‖ Oresbios *Baumg-Crusius* **211** Nebrophonosque ***λ N e ς*** *Plan*, Nebrofonasque ***h***, Nebroph(f)onesque ***l f***, Nebrophonusque *cett vulgo* ‖ laela petheron (*corr*) ***M*** ‖ lelapa ***h***, lepade ***s***, lempade ***f*** ‖ thiron (*corr m 2*) ***l***, chiron ***ς***, cheron ***h e ς*** **212** pterelas ***ς*** *Plan A vulgo*, plerelas ***ε λ N l f V***, ┘ /lerelas (p *eras*) ***β***, pherelas ***M e***, pelas ***h*** | utili sagre (*corr*) ***M*** ‖ aple ***N***, egre ***h***, argre ***e***, (agr *i r*)e ***l***, agrē ***f*** **213** Hilleusque ***h***, Nileusque ***l*** ‖ fero ***λ***, *idem illud coll am III 10, 40 coni Hs, sed cf Vind Ov p 24 Bothe*

Poemenis et natis comitata Harpyia duobus,
et substricta gerens Sicyonius ilia Ladon,
et Dromas et Canache Sticteque et Tigris et Alce
et niveis Leucon et villis Asbolos atris
praevalidusque Lacon et cursu fortis Aello
et Thoos et Cyprio velox cum fratre Lycisce
et nigram medio frontem distinctus ab albo
Harpalos et Melaneus hirsutaque corpore Lachne
et patre Dictaeo, sed matre Laconide nati
Labros et Argiodus et acutae vocis Hylactor
quosque referre mora est. ea turba cupidine praedae
per rupes scopulosque adituque carentia saxa,
quaque est difficilis quaque est via nulla, secuntur.
ille fugit: per quae fuerat loca saepe secutus,
heu, famulos fugit ipse suos! clamare libebat:
'Actaeon ego sum, dominum cognoscite vestrum!'

---

215 Fęminis *ε* Fęmenis *inde* ε^2, Pemenis ***N e l*** *ς*, Phemenis l^2 ***f***, Peomenis ***h*** ‖ harpyia *Plan VA vulgo*, harpya *ε*, arpẏa *λ*, harpia *β* ***O f***, arpia ***h***, arpya (r *sscr m 2*) ***e***, harplera ***l***, arpira ***s***, harpyra *R*, arpita ***g*** **216** *om* ***N***, *bis add* ***n*** ‖ subiecta ***N***, succincta *ς* ‖ sycionius *β* ***M***, sitionius *ε*, sicyonus *λ*, scitionius ***e*** **217** et Dromas—Alce] *sic β* ‖ *καναχὶς et καναχὴς, Δικτὴ et Δικτήνη codd Planudis* ‖ cana chęsticteque (*corr*) ***M***, canachesticteque ***N***, canecestrictaeque *λ*, canasche stictaeque *ε*, canathes ticteque ***e***, domas et catices ticteque ***h***, canaces tacteque ***l***, danaces ticteque ***f***, canachis dicteque ***g*** **218** niueus ***g*** *cBerol 270. 4*, *χιονιάδης Plan*, (ni *i r*)ueis ***l*** ‖ asbolos *λ*, asrolis (ł asbolus *sscr m 2*) ***e***, arbolus *cBerol 270. 4*, asbolus *cett vulgo* **219** lagon (*sic* *ς*)—fortis aflio *λ* ‖ *λείχων Plan* **220** thoos *λ Plan*, thoris ***h***, thous *cett vulgo* ‖ et gryphyon—fratre licicus *λ*, *καὶ ταχὺς Κυπρίων Plan*, et ciprius ***h*** ‖ *ἅμα μητρὶ Λυκίσκῃ Plan* ‖ licysce *ε*, licisse ***h l g***, lycipse (ł ses *sscr m 2*) ***e***, lycisca ***m*** *A* **221** Et medio nigram *λ Ehwald*, Et medio et frontem—ab alto ***l***, distentus ***f*** ‖ ab illo *ε*, ab al(bo *i r*) ***e*** **222** Harpolos et meianeus *ε*, Harpalus et meleus *λ*, Narpalus et Menaleus *R*, Harpalus et maianeus yrsutaque c. lacne ***l***, meianeus—lagne ***h***, meianeus—lacne ***e***, Harpolos et melancus h īcorpore ***f*** ‖ corporlachne *λ* ‖ lacnæ *β* ***M***, lacnhe ***N*** **223** lyconide *ε*, licaonide ***h*** **224** *i r* ***N*** ‖ Argiodus (*cf f 181 p 37 Schmidt*) *Hyginus et* (*ex Homero*) *Haupt*, agriodus *Plan cSenat vulgo*, agriodos *β λ* ***M f***, agrihodos *ε*, acriodos ***N***, agodos ***h***, agricolos ***l***, acriados ***e***, Aglaodos *A* ‖ aụcutę ***M*** ‖ hilacton *λ*, hiiator *ε*, hilactor *β* ***O h*** **225** Quasque (*cf 140*) *ex uno Heinsiano Burm* ‖ mota est ***f*** ‖ cupidinae ***M*** **226** scopolosque *λ* ‖ aditusque *ε* ‖ aditu carencia ***l*** **227** Quasque est difficilis *R* ‖ quaque est *alterum i r* ***n*** ‖ secuntur (q *sscr ε*) *recepi ex ε λ* ***N***, sequuntur *cett vulgo*, feruntur *ex duobus codd Hs* **228** *om* ***f*** ‖ *distinx Vollmer*, fugit per quae—heu fam. *vulgo* **229** Eu(h *ante* E *add m 2*) ***M*** ‖ fugit ille ***l*** *ς* **230** *del post Heinsium Bentley* ‖ Actheon *ε*, Atheon ***f***

verba animo desunt; resonat latratibus aether.
prima Melanchaetes in tergo vulnera fecit,
proxima Therodamas, Oresitrophos haesit in armo
(tardius exierant, sed per conpendia montis
anticipata via est); dominum retinentibus illis
cetera turba coit confertque in corpore dentes.
iam loca vulneribus desunt; gemit ille sonumque,
etsi non hominis, quem non tamen edere possit
cervus, habet maestisque replet iuga nota querellis
et genibus pronis supplex similisque roganti
circumfert tacitos tamquam sua bracchia vultus.
at comites rapidum solitis hortatibus agmen
ignari instigant oculisque Actaeona quaerunt
et velut absentem certatim Actaeona clamant
(ad nomen caput ille refert) et abesse queruntur
nec capere oblatae segnem spectacula praedae.
vellet abesse quidem, sed adest; velletque videre,

234*sq Eutyches Ars II 10*: participo participas, anticipo, Ovidius metamorphoseon libro III 'tardius exierant, sed per compendia montis anticipata via est'.

---

231 rosonat ε ‖ clamoribus *R* **232** melanchae(c)tes ς *Plan VA vulgo*, melanchates λ β ***O*** ***l***, me lanchates ε, melacant(h)es ***h*** ***e***, melampates *f*, melechates *g* **233** proxime *f* ‖ therodamas λ (*item cFris Hygini f 181) Ehwald*, therimadas ***l***, theridamas *cett vulgo* ‖ oresitrophos *ccBerol et Rhenov Plan Hs*, oresitrophus β ς *vulgo*, oros itraphos λ, orestrophus ε, ore sitrophus ***M*** ***h***, (e *i r m 2*)re sit rophus ***N***, oresitophus ***e***, ore sistopus *f*, eresitropus ***l***, Heresitrophus *R* ‖ hesit(*om* ***l***)inarmi λ **234** exierant λ ***N*** ***h*** ***e*** *f* ς *vulgo*, exierat ε β ***M*** ***l*** ς ‖ per *om* ***M***, *s l add* ***m*** **235** Antipat⌣auia λ, Pre(ae)cipitata (Prae *i r* ***h***^{3}) ε ***N*** ς^* ς ω **236** Ceteratur bacoit λ ‖ cohit ***M*** ‖ confert(que *om*) ***N***, conduntque in corpore *cJun* **238***sq* posset *f* ***l*** ‖ et, si non hom., quem n. t. e. p. cervus, habet: mœstisque *distinx Hs vulgo olim* ‖ maestis(que *add m 2*) ***N*** ‖ quaerelł (*sic*) ***M*** **240/42** *del Merkel* **240** gnibus ε ‖ supplex pronis (*ex codd?*) *Hs vulgo olim*, supplex positis *probante Hs cRhenov et pro var lect cBonon*, gen. fusis pronus ς, gen. fusus pronis *Baumg-Crusius* **241** tacita(s *add m 2*) ***N*** **242** rabidum solidis λ, At //// rapidum ***h*** ‖ cŏmites *i mg* ***h***^{3} ‖ hortatibus λ β ***M*** ***n*** ***l***^{3} ς, latratibus ε β^2 ***N*** ς^* *g f* ς *Plan R*, clamoribus ς **243** que *om* ***h*** ‖ atheona *f* **244** certatim absentem ***h*** ‖ atheona *f* **245** ad nomen—refert *in parenth pos Bersmannus*, refert: at ab. *Hs vulgo olim* **246** oblata ε, ablatae ς ‖ optatę segne ***l*** ‖ *a v 246 ad 343 permulta partim evanida partim redintegrata in* ***l*** **247** uellet (que *add m 3*) ***h*** ‖ uide'(ri *a m 2*) β, uideri λ ***O*** (*corr* ***m*** ***n***) *cBersmanni*

non etiam sentire canum fera facta suorum.
undique circumstant mersisque in corpore rostris
dilacerant falsi dominum sub imagine cervi,
nec nisi finita per plurima vulnera vita
ira pharetratae fertur satiata Dianae.
Rumor in ambiguo est: aliis violentior aequo *Semele.*
visa dea est, alii laudant dignamque severa
virginitate vocant: pars invenit utraque causas.
sola Iovis coniunx non tam, culpetne probetne,
eloquitur, quam clade domus ab Agenore ductae
gaudet et a Tyria conlectum paelice transfert
in generis socios odium. subit ecce priori
causa recens, gravidamque dolet de semine magni
esse Iovis Semelen. dum linguam ad iurgia solvit,
'profeci quid enim totiens per iurgia?' dixit,
'ipsa petenda mihi est; ipsam, si maxima Iuno
rite vocor, perdam, si me gemmantia dextra
sceptra tenere decet, si sum regina Iovisque
et soror et coniunx, certe soror. at, puto, furto est
contenta, et thalami brevis est iniuria nostri:
concipit! id deerat! manifestaque crimina pleno
fert utero et mater, quod vix mihi contigit, uno
de Iove vult fieri; tanta est fiducia formae.

---

248 fata *e* 249 Unde que *ε* ‖ circumdant *f* ‖ mersisque in uiscera *λ* 250 falsa dominum *λ ς*, *ὑπὸ ψευδεῖ τύπῳ ἐλάφου Plan*, dominum falsi *l* 251/52 *del post Heinsium Haupt, sed cf Vind Ov p 24 Bothe et RhMus LVI 352 Helm* 252 fare$^{o^2}$ / ratæ$^{dirae^2}$ *λ*, faretrate *l* ‖ *hic desinit λ* 254 dignumque (factum *sc*) *Const Fanensis* 255 Uirginite$^{ta^2}$ *M* ‖ "utraque "inuenit *h* ‖ utraque pars inuen' ca's *f* 256 culpetue probetue *h ς*, culpet ne probet ne *l* 257 ab aagenore *N* 259 genoris$^{e^2}$ s. o. subiit *h* ‖ &cce priori *β* 261 semeles *ε*, semelen // (en eras) *β*, semelē *h* ‖ dum *Vind Ov p 24 Bothe*, tum *A ω vulgo olim* ‖ tum—soluens *cBersmanni* ‖ quid lingu.— solui *vel* solvo (*sequenti versu deleto, quem, nisi legeretur* tot io per iurgia, *latinum esse negavit*) *Hs* ‖ iuria *ε* 262 Effeci *e cFrancof Burm* 266*sq* furto (est *add m 2*) *β*, furt(o *i r m 2*) est *N* ‖ est *om ς*, *del Bothe* ‖ puto furto contentam *Hs* 267 Contepta$^{n^2}$ *M*, Contempta *f* ‖ brebis (*corr m 2*) *N*, breuis est thalami *e* ‖ est et iuria *ε* ‖ *signum interrog pos Riese* 268 idde erat *M* 269 uno *i mg a m 1 M et e coni post Micyllum Bentley*, un(i *i r*, *an a m 1 incertum*) *β*, uni uel uno *Ben*, uni *A ω*, unum *vel* ipsi *Capoferreus*

fallat eam faxo; nec sum Saturnia, si non
ab Iove mersa suo Stygias penetrabit in undas.'
Surgit ab his solio fulvaque recondita nube
limen adit Semeles; nec nubes ante removit,
quam simulavit anum posuitque ad tempora canos
sulcavitque cutem rugis et curva trementi
membra tulit passu; vocem quoque fecit anilem
ipsaque erat Beroe, Semeles Epidauria nutrix.
ergo ubi captato sermone diuque loquendo
ad nomen venere Iovis, suspirat et ‘opto,
Iuppiter ut sit’ ait, ‘metuo tamen omnia: multi
nomine divorum thalamos iniere pudicos.
nec tamen esse Iovem satis est: det pignus amoris,
si modo verus is est, quantusque et qualis ab alta
Iunone excipitur, tantus talisque, rogato,
det tibi conplexus suaque ante insignia sumat!’
Talibus ignaram Iuno Cadmeida dictis
formarat: rogat illa Iovem sine nomine munus.
cui deus ‘elige!’ ait ‘nullam patiere repulsam,
quoque magis credas, Stygii quoque conscia sunto
numina torrentis: timor et deus ille deorum est’.

---

272 *cf Anth Lat II 1109, 19 Buech*: non ego Tartareas penetrabo tristis ad undas.

---

271 nec sim ς *Hs vulgo olim* 272 De Ioue ς, A Ioue *cDresd RV* ‖ mersas stygias ε ‖ suo/(s *eras*) ***M*** β ‖ penetrabat (*corr*) ***M***, penetrauit (*corr* ***N***) ***N*** ς, penetrarit ς *Hs vulgo olim* ‖ in undas (*cf quae dixi NJhbb 1893, 609sq*) ε β ***O l g*** ς *Hs*, ad undas ***h e f*** ς ω *vulgo* 273 furuaque *cFrancof*, fuscaque *cLeid* 274 Li/men ***M*** 275 similauit ς ‖ posuit(que *add m 2*) ad temporæ ε ‖ timpora β ***O*** 276 *sq* et menbra trementi Curua ***e*** ‖ gressu ς* ς ‖ uocemque fecit ***h*** 278 Ipsā quae erat—epidaura ***f*** ‖ era(t *ex corr m 2*) ***l*** ‖ Ipsaque fit ς *R Hs vulgo olim* ‖ semel es β ‖ epi(y)daurea ς* 280 nom. euere ε ‖ optem *cMedic Burm vulgo olim*, optat ***g*** 281 ut sit] assit (*corr m 2*) β, utsn (ut *i r*, t *nigriore atram scriptum*) ***M***, *i mg corr* ***m*** ‖ omnia tulit (multi *sscr*) ε 282 inere ε, inhiere (*corr* ***M***) β ***M***, subiere ς *Burm vulgo olim* 283 esse iouis ***l*** ς *Hs* ‖ Spe tamen esse Iouem satis est? *ex libris manuscriptis* (*ad Stat Theb VIII 161*) *Barth*, esse Iovi *Bentley* ‖ pignos ε 284 quantusue ***N*** 285 Ionone ε 286 (D *ex* S)et ***l*** ‖ suaque (ante *add m 2*) i. summat ***h*** 287 cadmei da (*corr m 2*) β, cadmeia (*corr m 2*) ***N***, cathmeyda ***h*** 288 mun'(' *a m 2*) ***N*** 290 credes ***f*** ‖ sumpto ***h*** 291 *sic* β ***O e l f*** ς *VA* ‖ est *om* ς, *del Hs vulgo olim* ‖ timor es deus ille deorum ε, timor est deus ille deorum est ***h***, timor

laeta malo nimiumque potens perituraque amantis
obsequio Semele ‘qualem Saturnia’ dixit
‘te solet amplecti, Veneris cum foedus initis,
da mihi te talem!’ voluit deus ora loquentis
opprimere: exierat iam vox properata sub auras.
ingemuit; neque enim non haec optasse, neque ille
non iurasse potest. ergo maestissimus altum
aethera conscendit vultuque sequentia traxit
nubila, quis nimbos inmixtaque fulgora ventis
addidit et tonitrus et inevitabile fulmen;
qua tamen usque potest, vires sibi demere temptat
nec, quo centimanum deiecerat igne Typhoea,
nunc armatur eo: nimium feritatis in illo est.
est aliud levius fulmen, cui dextra Cyclopum
saevitiae flammaeque minus, minus addidit irae:
tela secunda vocant superi; capit illa domumque
intrat Agenoream. corpus mortale tumultus
non tulit aetherios donisque iugalibus arsit.
inperfectus adhuc infans genetricis ab alvo
eripitur, patrioque tener (si credere dignum est)
insuitur femori maternaque tempora conplet.
Furtim illum primis Ino matertera cunis
educat: inde datum nymphae Nyseides antris
occuluere suis lactisque alimenta dedere.

305*sq* *Seneca NQ II 44, 1*: poeticam istud licentiam decet: ‘Est aliud levius fulmen—tela secunda vocant superi’.

---

est d. i. deorum *ccGoth et Senat R*, timor et meus i. d. est *Pr Kaisersl 1881 Hellmuth* **292** Laeta mali ς **293** Officio semele *cSprotii* ‖ semel equalem ε **294** quom *f* **296** uox iam *h* ‖ per auras ς **298** Non iurasse non *f* **299** (conscendit *virgula deletum*) consendit (*sic*) ε ‖ nutuque *ex fragm Theatinorum Romano Hs vulgo olim*, uultumque *N f p* ς, uultusque ς **300** inmixitaque ε ‖ fulgora (*cf I 56*) β ε, fulgura *cett vulgo* **301** inuitabile *f* **302** Quo tamen ς, Quam t. ς ‖ Quantumcumque potest *cBersm* **303** Non quo *cSprotii* ‖ typh(e *ex* o *m 2*)a *N*, ł eū *sscr* (*m 3*) *n*, ti(y)phea (*corr* h^3) ς*, tipheum *f*, *Τυφῶνα Plan* **304** Non armatur *h*, Nunc armat et nimium *l* ‖ minimum (ł nimium *sscr m 2*) *e* ‖ est *om cRhenov, del Hs vulgo olim* **305** cicloplum *h* **307** s(ecunda *fort i r*) *M* ‖ c. ille *l* **308** agrenorē ε **309** e(æ)thereos *e h f* ς **310** genitricis β *l* **311** credere fas est *R* ‖ est *om* (*sed cf georg III 391*) *cRhen Plan, del Hs vulgo olim* **314** Euocat *g* ‖ datum *om* ε ‖ niseides *M*, nes/eides ε, neseides *h*, nereides (*corr m 2*) *N*

Tiresias.

Dumque ea per terras fatali lege geruntur
tutaque bis geniti sunt incunabula Bacchi,
forte Iovem memorant diffusum nectare curas
seposuisse gravis vacuaque agitasse remissos
cum Iunone iocos et ‘maior vestra profecto est,
quam quae contingit maribus’ dixisse ‘voluptas.’
illa negat. placuit quae sit sententia docti
quaerere Tiresiae: Venus huic erat utraque nota.
nam duo magnorum viridi coeuntia silva
corpora serpentum baculi violaverat ictu
deque viro factus (mirabile) femina septem
egerat autumnos; octavo rursus eosdem
vidit et ‘est vestrae si tanta potentia plagae’
dixit, ‘ut auctoris sortem in contraria mutet,
nunc quoque vos feriam.’ percussis anguibus isdem
forma prior rediit genetivaque venit imago.
Arbiter hic igitur sumptus de lite iocosa
dicta Iovis firmat: gravius Saturnia iusto
nec pro materia fertur doluisse suique
iudicis aeterna damnavit lumina nocte.
at pater omnipotens (neque enim licet inrita cuiquam
facta dei fecisse deo) pro lumine adempto
scire futura dedit poenamque levavit honore.

---

318 *sq Lact Plac Comm in Stat Theb II 95*: est et alia talis fabula: in monte Cyllenio Tiresias draeones coeuntes ealeasse dieitur: ob id in mulieris figuram uersus est, ut Ouidius refert.

335 *Carm epigr 428, 10 B*: in aeternam mersit sua lumina noetem.

---

316 per thebas *cMedic* ‖ feruntur ς *R* 317 genti *M* 318 memor(a *ex* e)nt *M* ‖ causas (curas amoris *sscr*) *l*, curas *i mg bis* l^2 *et* l^3 319 Deposuisse (uel Seposuisse *sscr s*) *e s*, Se posuisse *f* ‖ grauis ε, graues *cett vulgo* ‖ vacuumque *Pr SG 1887 p 17 conieci* 320 malos uestra prophecto est ε, profect(o *ex* a) *M* 321 Quamque *M* ‖ que *i r n* ‖ contigit *h*, contigerit *s cUps* ς, contingat ς *Hs vulgo olim* 322 sit *s l add M* 323 Quaereret ///// uenus ε ‖ tyresiae *O*, thyresię *e* ‖ huic *ex* huc *M* ‖ uenus erat huic *f* 326 (factum mirabile!) *Fr Vollmer* 327 aut tūnos ε, auctūnos *l* 328 *sq* et *i r l* ‖ et ‘o vestrae *Hs* ‖ est uestrae si t. p. plagae *et* auctoris s. in c. mutet *transp f* ‖ actoris ε 330 percussi/ (s *eras*) *M* ‖ hisdem β *M* 331 redit *f* ‖ genitiuaque ε β *O l*, genuaque *cGronov* ‖ genuinaque reddita imago *coni Hs*, genet. rursus imago ς *Hs et e coni Bentley* 332 Arbitur hic ig. (sumptus *om*) de l. ioc(o *ex* a)fa ε 333 grauis (*corr*) *M* ‖ iusto *i r* h^2 336 omnipudens (*sub* pudens *litterae quaedam evanidae latent*) *N* 337 adempit ε 338 damnumque *Siebelis* ‖ honores ε

Ille per Aonias fama celeberrimus urbes
inreprehensa dabat populo responsa petenti. *Narcissus. Echo.*
prima fide vocisque ratae temptamina sumpsit
caerula Liriope. quam quondam flumine curvo
inplicuit clausaeque suis Cephisos in undis
vim tulit: enixa est utero pulcherrima pleno
infantem nymphe, iam tunc qui posset amari,
Narcissumque vocat. de quo consultus, an esset
tempora maturae visurus longa senectae,
fatidicus vates 'si se non noverit' inquit.
vana diu visa est vox auguris: exitus illam
resque probat letique genus novitasque furoris.
namque ter ad quinos unum Cephisius annum
addiderat poteratque puer iuvenisque videri:
multi illum iuvenes, multae cupiere puellae;
sed fuit in tenera tam dura superbia forma:
nulli illum iuvenes, nullae tetigere puellae.

---

341 *Priscianus VII 93*: Ovidius quoque in III metamorphoseon 'fide' pro 'fidei' posuit: Prima fide vocisque [uocesque *DGLK*] ratae temptamina sumpsit. idem in VI: Vtque [Vt qui *B*] fide pignus dextras [dextra *GLK*] utriusque poposcit'.

342 407 *Vibius Sequester p 11, 12 Bursian*: Liriope, ubi Narcissus se conspexit.

349 *Ad Priscianum VIII 15, 5* 'auguror' *additum est in cEinsidlensi 32 saec X—XI (cf HHagen Anecd Helvetica, Suppl Gramm Lat Keil p CLXXVI) scholion hoc*: 'augurium exerceo' Ovidius in IIII [*sic*] metamorphoseon: 'una diuisa est uox auguris exitus illam'.

---

339 urbis *R* **340** Inreprensa *p* ‖ potenti *s* **341** fide *β h ς Priscianus*, fide/ *M*, fidē² *N*, fidei *ε l e g ς*, fidem e^2 *f ς RV* ‖ ratae (*cf IV 387*) *ς Priscianus A vulgo*, datę(æ) *A Plan V* **342** Candida *s* ‖ Cerul/a lyriope—curuo (*ex* curro *vel* curto) *M* **343** cephi(y)sos *l e ς Hs vulgo*, cęphisos *ε*, cephissos *ς*, cephisus *M h f ς ω Riese*, cephesus *N ς* **345** nymphe *β l ς RA Jahn*, nymph(is *i r*) *M*, nymphæ: iam *V*, nymphis (*cf 456*) *ς Burm vulgo olim* ‖ possit *l* **346** Narcisumque *h*, Narcysumque uocat (ł cant *sscr m 2*) *e* **348** uiderit *ς Hs vulgo olim* **350** lętigenus *e* (q.) **351** Namque ter *M*, Iamque ter *ς Burm*, Nam quater *e p s*, Iam quater *f* ‖ cephesius (*cf ad v 19*) *ε N e f ς*, cephesios *l ς* ‖ annos *e l g ς Jahn* **352** poteratque nuper *ε* **353** *post* **355** *l* **353** petiere *ς* **354** tam dira *e ς Hs vulgo olim*, t. uasta *p* ‖ Sed (fuit—forma) nullum *sq distinx Burm* **354/55** *i mg* (illum *om*) h^3 ‖ flexere *ς*

adspicit hunc trepidos agitantem in retia cervos
vocalis nymphe, quae nec reticere loquenti
nec prius ipsa loqui didicit, resonabilis Echo.
Corpus adhuc Echo, non vox erat et tamen usum
garrula non alium, quam nunc habet, oris habebat,
reddere de multis ut verba novissima posset.
fecerat hoc Iuno, quia, cum deprendere posset
sub Iove saepe suo nymphas in monte iacentis,
illa deam longo prudens sermone tenebat,
dum fugerent nymphae. postquam hoc Saturnia sensit,
'huius' ait 'linguae, qua sum delusa, potestas
parva tibi dabitur vocisque brevissimus usus',
reque minas firmat. tamen haec in fine loquendi
ingeminat voces auditaque verba reportat.
Ergo ubi Narcissum per devia rura vagantem
vidit et incaluit, sequitur vestigia furtim,
quoque magis sequitur, flamma propiore calescit,
non aliter, quam cum summis circumlita taedis
admotas rapiunt vivacia sulphura flammas.
o quotiens voluit blandis accedere dictis
et mollis adhibere preces! natura repugnat

---

356 in retia agitantem *h* 357 nymphae—loquenti/ *M* 358 prius *β M* ς, prior *ε N* ς* *f* ς *vulgo* ‖ orsa (uel ipsa *sscr*)loqui *cSprotii* ‖ resonabiles *ε*, resonab(i *ex* a *per ras*)lis *M* 360 Carula—abebat *ε* ‖ quem (t quam *sscr m 2*) *e* 362 quia cum *A ω*, quae cum ς ‖ deprehendere *h f l* ‖ posset (*sed cf* posset *361*) *A ω* ‖ Iuno, quae ne deprendere p. *post Heinsium Bentley*, I., quia cum d. uellet *excerpta Langermanni et e coni Housman*, quia cum d. venit *Fr Vollmer* 363 Cum Ioue ς *Merkel* ‖ iacentis *N R* iacentes *n cett vulgo* 364 prudens longo *e* ς 365 fugeret *ε* ‖ postquam hoc(h/, *ut sit etiam altera pars litterae* h *i r M*) *ε O f* ς *Ehwald*, postquam /// sat. *β* postquam haec² sat. *h*, postquam haec ς, postquam sat. *l* ς *vulgo* 366 del(v *ex* o)sa *ε*, decepta *e h* ς 367 preuissimus *ε* 368 Resque *cSprotii et Bersm*, *item* (*coll IV 550 fast I 359*) *e coni* (*Studi p 216*) *Castiglioni* ‖ tantum haec in *Vind p 26 Bothe*, namque haec in *Bach*, etenim haec in *ZÖG XXXII Rappold*, iam nunc in *p 104 Hartman*, namque haec in *Fr Vollmer* 369 uocis *ε* 370 narcysum *e* ‖ deuia lustra ς *Hs vulgo olim* 371 ingaluit *ε* ‖ fur(ū *a m 2 redintegratum*) *l* 372 propriore *l* ‖ propio recalescit *β* 373 circumdata *l* ‖ circumlitat aedis *ε* 374 Ammotas *β* ‖ Admota r. uiuatia s. flammę *ε*, Admotam—flammam *h e g* ς, Ammota'—flamma' (' *bis add m 2*) rapuit (si aliquis *glossam sscr m 2*) *M* 375 A quotiens *p* ‖ accersere (t accedere *sscr m 2*) *e* 376 mollis *N*, moles *ε*, molles *n cett vulgo* ‖ tentare preces *cSprotii* ‖ recusat ς

nec sinit, incipiat; sed, quod sinit, illa parata est
exspectare sonos, ad quos sua verba remittat.
Forte puer comitum seductus ab agmine fido
dixerat ‘ecquis adest?’ et ‘adest!’ responderat Echo.
hic stupet, utque aciem partes dimittit in omnis,
voce ‘veni!’ magna clamat: vocat illa vocantem.
respicit et rursus nullo veniente ‘quid’ inquit
‘me fugis?’ et totidem, quot dixit, verba recepit.
perstat et alternae deceptus imagine vocis
‘huc coeamus!’ ait, nullique libentius umquam
responsura sono ‘coeamus’ rettulit Echo,
et verbis favet ipsa suis egressaque silva
ibat, ut iniceret sperato bracchia collo.
ille fugit fugiensque ‘manus conplexibus aufer!
ante’ ait ‘emoriar, quam sit tibi copia nostri!’
rettulit illa nihil nisi ‘sit tibi copia nostri!’
spreta latet silvis pudibundaque frondibus ora
protegit et solis ex illo vivit in antris,
sed tamen haeret amor crescitque dolore repulsae,
et tenuant vigiles corpus miserabile curae,
adducitque cutem macies et in aera sucus
corporis omnis abit. vox tantum atque ossa supersunt:

---

377 quo(d *i r m 2*) ***N***, quos sinit ς ‖ sint illa paratae ***ε*** **379** seductis ***ε*** **380** ecquis (ł hęc *sscr* e^2) ***e*** *ccSprotii Rhenov et Vratisl R*, ecquis $^{h^2}$ ***ε***, etquis ***β*** ***M h*** ς, hec . quis ***N***, he(æ)c quis ***l f s***, hic quis ς *VA* ‖ resbonderat ***ε*** **381** utque ***β*** ***M*** *cGoth VA Hs*, atque ***ε*** ***N*** ς* ***f*** ς *R*, utque oculos *cSprotii R* ‖ demisit ***ε***, dimisit ^{i}ς* ***f*** ς, diuisit ***g*** ‖ omnis ***N***, omnes ***n*** *cett vulgo* **382** clamat magna ***h s*** ς *Hs vulgo olim*, ueni . clamat . magna uocat ***e*** **383** nullo rursus ***f*** ς *Hs vulgo olim* **384** quod d. ***ε β***, que d. ***N*** **386** Hun^{c} ***ε*** **387** Responsor^{v}a ***ε*** ‖ reddidit *cCantabr* **388** siluis ***N*** ς *Hs* **389** sberat obrachia ***e***, captato *cMoreti Burm* ‖ coll(o *i r*, *nescio an a m 2*) ***M*** **390** amplexibus ***s*** *ccBerol Goth et Senat* ‖ aufer *Hs vulgo*, auffert ***h***, aufert *cett* ***ω*** *Jahn* **392** *om* ***β*** ***N*** *Plan*, *i mg add* $β^1$ ***n*** ‖ Re/tulit ***M*** ‖ ipsa ***β*** ‖ ni^{si} sit ***M***, ni sit ***n***, nisi hoc sit ***h*** **393** spreta iacet *Bothe* ‖ fontibus ***ε***, fondibus (r *sscr m 2*) ***e***, fr(ondibus ora *i r m 2*) ***β*** **394** ex solis ***f*** **395** que *om* ***ε h*** **396** Et tenuant ***A*** ***ω*** *Ehwald*, Et tam̄ ***ε***, Extenuant *cBerol Bothe vulgo*, Attenuant ς *cSprotii R Hs*, Et minuunt ς ‖ curpus ***ε*** **397** Addicitque ***M*** ‖ in *add* ***n*** ‖ et a corpore sucus ***ε g*** **398** Corpore somnus abit ***ε g***, uox et tantum ossa *cSprotii*, vox tantumque ossa *Bothe* ‖ atque ora ***s*** *cBerol* ‖ superstes *R*

vox manet; ossa ferunt lapidis traxisse figuram.
inde latet silvis nulloque in monte videtur;
omnibus auditur: sonus est, qui vivit in illa.
Sic hanc, sic alias undis aut montibus ortas
luserat hic nymphas, sic coetus ante viriles.
inde manus aliquis despectus ad aethera tollens
'sic amet ipse licet, sic non potiatur amato!'
dixerat. adsensit precibus Ramnusia iustis.
Fons erat inlimis, nitidis argenteus undis,
quem neque pastores neque pastae monte capellae
contigerant aliudve pecus, quem nulla volucris
nec fera turbarat nec lapsus ab arbore ramus.
gramen erat circa, quod proximus umor alebat,
silvaque sole locum passura tepescere nullo.
hic puer, et studio venandi lassus et aestu,
procubuit faciemque loci fontemque secutus.
dumque sitim sedare cupit, sitis altera crevit,
dumque bibit, visae correptus imagine formae
spem sine corpore amat: corpus putat esse, quod unda est.
adstupet ipse sibi vultuque inmotus eodem

---

407 *Seneca NQ III 1, 1 Gercke*: Quaeramus ergo de terrestribus aquis et investigemus, qua ratione fiant (sive, ut ait Ovidius, 'Fons erat illimis nitidis argenteus undis') ‖ *Carm epigr 250, 5 B*: gurgite non alto, nitidis argenteus undis.

415 *citat* [crescit] *Johannes Victoriensis I 10* (*Böhmer Fontes I 298*).

---

399 lapidum *h* ‖ figura *ε* ‖ **400/01** *del* (*coll 393*) *post Heinsium Haupt, sed cf RhMus NF LVI 353 Helm* ‖ Illa latet *ccBersm Senat et Sulm* **401** vivat *Hs* ‖ in illis [montibus *sc*] *Studi p 31 Castiglioni* **402** siluis aut *cMenardi* **403** Eluserat *h* ‖ Luserat sic *M* ‖ ceptus *ε* ‖ sepe uiriles *cUps* **404** dispectus *ε* ‖ tendens *R* **405** iste licet *ς Hs vulgo olim* **406** assentit *s* ‖ ramnusia *O ς*, ranusia *h l cSenat*, ianusia *f*, rhamnusia *cett ω vulgo* **407** in limis *ε*, illimis *N e ς*, i(l *ex* n)limis *M* ‖ niueis *ς*, nitidisque *Hs* **408** pastae nec *ς*, nec pastae in monte *ς* **409** Contigerat aliud sue pectus *ε* **410** *i mg* β^2 ‖ Non fera *e cGoth* **411** circ(um *ex* a) *l*, Circum gr. erat *ccGoth et Pal* **412**, lacum *ς Hs vulgo olim* **413** fessus *cSprotii R* **414** lo(ci *i r m 2*) *β* ‖ (fon *i r m 2*)temque *N* **415/417** *del Merkel*^{2} ‖ *415 post 417 pos Bothe, post 424 Postgate* **415** cernit *ε*, crescit *cSprotii* **416** Dumque videt visae *post Burmannum Bentley* **417** Rem sine *ς Hs* ‖ esse *om h* ‖ (quod *om, add m 2*) unda (est *om, add m 2*) *N* ‖ quod unde, est *ε* ‖ unda (t umbra *sscr m 2*) est *e l*, umbra est e^2 l^2 *ς R Hs vulgo olim* **418** Adstupet *β h ς Hs*, Acstupet *ex corr* (Adstupet *fuit*) *M*, At stupet *ε N m*, A(t *add m 2*) stupet *l*, Ac stupet *e f g ς*

haeret, ut e Pario formatum marmore signum.
spectat humi positus geminum, sua lumina, sidus
et dignos Baccho, dignos et Apolline crines
inpubesque genas et eburnea colla decusque
oris et in niveo mixtum candore ruborem
cunctaque miratur, quibus est mirabilis ipse.
se cupit inprudens et, qui probat, ipse probatur,
dumque petit, petitur pariterque accendit et ardet.
inrita fallaci quotiens dedit oscula fonti!
in mediis quotiens visum captantia collum
bracchia mersit aquis nec se deprendit in illis!
quid videat, nescit: sed quod videt, uritur illo,
atque oculos idem, qui decipit, incitat error.
credule, quid frustra simulacra fugacia captas?
quod petis, est nusquam; quod amas, avertere, perdes.
ista repercussae, quam cernis, imaginis umbra est:
nil habet ista sui; tecum venitque manetque,
tecum discedet, si tu discedere possis.
Non illum Cereris, non illum cura quietis
abstrahere inde potest, sed opaca fusus in herba
spectat inexpleto mendacem lumine formam,

---

419 *Claud Mar Vict Aleth III 182*: totam Pario statuens de marmore formam.

---

419 e paruo *f* **420** gem. ceu lumina ***h l f g p ς*** *RV*, g. sua sidera lumen *Excerpta Langermanni*, g. duo lumina s. *Hs*, ceu sidera lumen *Zinzerling*, *ἅτε δύο ἀστέρας τοὺς ὀφθαλμούς Plan* **421** Et dignas—dignas et (*quod coll Plaut Most I 3, 69 Attae epigr ap Non 202 def Ellis*) ***s***, Et dig(nos *i r m 2*) ***β***, Et digitos ***h l ς R*** **422** Imp. omas(genas *sscr m 2*) ***N*** ‖ colla *bis* (*corr*) ***h*** **423** niueo impetum rubore *f* **424***sq* Cun(ct *ex* rt)aque ***M*** ‖ miratus, quibus e. mirabilis, ipse se cupit *Gruterus* **425** probat *om* ***h***, *i mg add* h^2 ‖ ille probatur ***f ς*** *Hs vulgo olim* **426** accedit ***β***, incendit ***h e ς*** **427** fronti ***l*** **428***sq* In medias—aquas ***h l ς*** *Hs vulgo olim* ‖ uisus ***e*** *cRhenov*, nisu(s *i r m 2*) ***N*** ‖ me(r̄sit *i r m 2*) ***e*** ‖ deprehendit ***h e f***, dependit ***N*** **430** uideat restat ***p*** ‖ nascitur sed (*corr m 2*) ***h*** ‖ quod uidetur in illo ***ε***, quod uideatur(a *i r* h^3) in illo est (est *om* ***p***) ***h e p ς*** **431** *om f* ‖ Ante oculos *ccBersm et Senat* **433** usquam (*corr*) ***l*** ‖ aduertere(ł auertere *sscr* e^3) ***e l f*** **434** imaginis umbre ***ε*** **435** habet ipsa sui *p 105 Hartman* ‖ tecumque uenitque ***l ς*** *Hs vulgo olim* ‖ manque ***h*** **436** discedat *cum cBerol et uno ex suis Hs vulgo olim* ‖ posses ***f g*** **437** cara (*corr*) ***h*** ‖ cura salutis *cCantabr*, cura Lyaei *Hs* **438** Extrahere ***h ς***, Extraxisse (ł Extrahere inde *sscr* e^2) potest ***e*** ‖ sed opacas f. in herbas ***e ς***, opaca—umbra *Hs*

perque oculos perit ipse suos paulumque levatus
ad circumstantes tendens sua bracchia silvas
'ecquis, io silvae, crudelius' inquit 'amavit?
scitis enim et multis latebra opportuna fuistis.
ecquem, cum vestrae tot agantur saecula vitae,
qui sic tabuerit, longo meministis in aevo?
et placet et video, sed quod videoque placetque,
non tamen invenio: tantus tenet error amantem.
quoque magis doleam, nec nos mare separat ingens
nec via nec montes nec clausis moenia portis;
exigua prohibemur aqua! cupit ipse teneri:
nam quotiens liquidis porreximus oscula lymphis,
hic totiens ad me resupino nititur ore.
posse putes tangi: minimum est, quod amantibus obstat.
quisquis es, huc exi! quid me, puer unice, fallis
quove petitus abis? certe nec forma nec aetas
est mea, quam fugias, et amarunt me quoque nymphae.
spem mihi nescio quam vultu promittis amico,
cumque ego porrexi tibi bracchia, porrigis ultro;
cum risi, adrides; lacrimas quoque saepe notavi
me lacrimante tuas, nutu quoque signa remittis,
et, quantum motu formosi suspicor oris,
verba refers aures non pervenientia nostras.

---

447 *Vincent Bellov Spec hist VI 116*: multus tenet error amantem.

---

440 Atque oculos petit *p* ‖ perit ille *e* ς ‖ que *add* h^2 ‖ leuata (l tus *sscr m*) *β M*, leuatos *ε* **442** Ecquis *N* ς *ω vulgo*, Nec quis *ε*, Et quis (l heu *sscr m*) *β M e l* ς, En quis (uel Ecquid *sscr s*) *h s*, Heu quis *f* ‖ tendit sua—Et quis *Burm* ‖ "silue "io *M* **443** et *om N* **444** Ecquem *e* ς *ω vulgo*, E quem *N*, Et quem *β M l f n*, Et (uel Ec *sser*) quem *cSprotii*, Haec quem *ε*, Ecce quem *h* ‖ uestrę peragantur *e* **445** Qui(s *i r m 2*) sic *β*, Quis (s *i r*)ic *M* ‖ longum—aeuum *N s* **446** En placet, en video *ex cPalat Gebhardus* **447** tantum *g* ‖ multus tenet *Vinc Bellov* **448** Quoque$^{vt^2}$ *l* ‖ nec me (*corr m 2*) *N*, non nos *e cSenat* **449** Non uia non montes non ς *Ciofanus* **451** liquidis quociens p. o. liymphis *ε* **452** supino$^{re^2}$ *h* ‖ uertitur *c1huan* **453** est *om* ς **454** me pulcherrime *cMoreti* **455** Quoue cupitus *s* ‖ nec certe *l* **456** Est mihi *cSprotii* ‖ quaem *ε*, quem *β M*, qu(am *i r m 2*) *N* ‖ sed amarunt *Bothe* **458** ego *om f* **459** arridef// (*sic*) *β* ‖ rideo arrides *f* ‖ qu(o *ex corr*)que *M* ‖ ipse notaui *l* **460** Te lacrimante *cRhenov* ‖ tu(as *ex* o *m 2*, tuo *sscr m 3*) *N* ‖ nictu *cJunianus Burm* **461** motū² *β*, motu/ (m *cras*) *M* **462** aures—nostris *ε* ‖ nostras non p. ad aures *e cSenat* ‖ non pertingentia *c Medic*, non peru. contra (*cf IV 80*) *cSixinus*

iste ego sum: sensi, nec me mea fallit imago!
uror amore mei, flammas moveoque feroque.
quid faciam? roger, anne rogem? quid deinde rogabo?
quod cupio, mecum est: inopem me copia fecit.
o utinam a nostro secedere corpore possem!
votum in amante novum: vellem, quod amamus, abesset!
iamque dolor vires adimit, nec tempora vitae
longa meae superant primoque exstinguor in aevo.
nec mihi mors gravis est posituro morte dolores:
hic, qui diligitur, vellem diuturnior esset.
nunc duo concordes anima moriemur in una.'
Dixit et ad faciem rediit male sanus eandem
et lacrimis turbavit aquas, obscuraque moto
reddita forma lacu est; quam cum vidisset abire,
'quo refugis? remane, nec me, crudelis, amantem
desere!' clamavit: 'liceat, quod tangere non est,
adspicere et misero praebere alimenta furori!'
dumque dolet, summa vestem deduxit ab ora
nudaque marmoreis percussit pectora palmis.
pectora traxerunt roseum percussa ruborem,
non aliter quam poma solent, quae candida parte,

---

463 Iste ego ε β ***M h e*** ς ω *Bothe,* ille ego (*cf IV 226*) ***N*** ς, Ipse ego ***f*** ς, I(n *i r*)te ego ***l***, In te ego *cMedic Hs vulgo olim* **465** anne roge *ceteris quae sequuntur omissis* ε ‖ deinde negabo *A* ‖ quid deinde? negabo *Glareanus* **467** utinam a nostro ***A*** ω *Merkel,* utinam (a *s l* l^1 h^2) nostro ***e*** ς *vulgo olim* **468** Votum est in amante ***l***, Votum in amante est nouum ***f*** ‖ nouum est ς ‖ Uo/tum (l *eras*) — abesse/(t *eras*) ***N*** **469** admit ε **470** superant (uel spero *sscr*) ***s***, superant (uel remanent *sscr*) *cSprotii* ‖ extingi̯uor ***M*** ‖ ęuū (= aevum) ε **471** in morte ***h*** **473** Nos duo discordes (uel concordes *sscr*) ***s*** **474** ad speciem *Merkel*^{2} **475** lacrimas ε ‖ turpauit *R* ‖ motu *cGoth* **476** Reddita uerba lacu (est *a m 2*) ***h*** ‖ cum *om* ε **477** Quo fugis? o remane *cVoss Burm vulgo olim* ‖ Et refugis ***h*** ‖ Quo fugis? oro mane *Hs* **478** Dissere ε, Desine ***h*** ς **479** Asbicere ε **480** summa — ora ς *Regius vulgo,* summo — ore (uel summa — ora *sscr*) *cSprotii,* summo u. deduxit (*ex* dedixit ***l***) ab ore β ***O l g*** ς ω, uestem summo reduxit ab ore ε, uestem summo deduxit ab ore ς *R*, summo uestemque reduxit ab ore ***h e f*** ς, summa vestemque reduxit ab ora *mg ed Basil 1551* ‖ diduxit ς, *ἀπ' ἄκρου τραχήλου — διέρρηξε* (*cf Eur Hec 558sq*) *Plan* **482** roseum ***M*** *cVat et duo Heinsiani Korn,* rostum β, tenuem β^2 *cett* ω *vulgo olim, ἐρύθημα λευκόν* (*λεπτόν Boissonade*) *Plan* **483** qua(m *virgula del*) candidida ε ‖ po(ma *i r*) ***e***

parte rubent, aut ut variis solet uva racemis
ducere purpureum nondum matura colorem.
quae simul adspexit liquefacta rursus in unda,
non tulit ulterius, sed ut intabescere flavae
igne levi cerae matutinaeque pruinae
sole tepente solent, sic attenuatus amore
liquitur et tecto paulatim carpitur igni,
et neque iam color est mixto candore rubori
nec vigor et vires et quae modo visa placebant,
nec corpus remanet, quondam quod amaverat Echo.
quae tamen ut vidit, quamvis irata memorque,
indoluit, quotiensque puer miserabilis 'eheu'
dixerat, haec resonis iterabat vocibus 'eheu';
cumque suos manibus percusserat ille lacertos,
haec quoque reddebat sonitum plangoris eundem.
ultima vox solitam fuit haec spectantis in undam:
'heu frustra dilecte puer!' totidemque remisit
verba locus, dictoque vale 'vale!' inquit et Echo.
ille caput viridi fessum submisit in herba;
lumina mors clausit domini mirantia formam.
tum quoque se, postquam est inferna sede receptus,

---

484 in uariis *cRhenov*, cum u. *g* ‖ u$\overset{\text{u}}{\text{n}}$a *e* 485 matura ruborem (colorem *sscr* h^2) *h f* ς 486 asbexit liquefacta r. in undas (*corr m 2*) ε ‖ liquenti *vel* liquaci *Hs* ‖ ἐν καταστάντι τῷ ὕδατι *Plan*, quiefacta *inde Boissonade* 487 uti flauescere *l*, ut tabescere *f* ‖ int. $\overset{\text{ł flaue}}{\text{fulue}}$ *g* 488 cerae (*add m 2*) *om h* ‖ matutinaeve *Hs*, matui *ceteris quae sequuntur omissis* ε 489 tepes //// (tepente *fort fuit*) *l*, $\overset{\text{calescere}}{\text{tepescere}}$ *i mg* l^2, tepere *cBersm R* 490 et caeco (*cf Aen IV 2*) ς *R Hs vulgo olim* ‖ igne *f R* 491 ruboris *Bothe* 492 uires sed quae ε 493 remane/t (n *eras*) *M* ‖ amaueret ε 494 Quem *h* 495 quotie(n *ex* s)sque *M* ‖ miserauilis $\overset{\text{eheu}^2}{////}$ β, mis. /heu *N*, mis. heu heu (= *496*) *n* ς *Bothe*, miserabilis heu *h l f* 496 *i mg n* ‖ haec *om f* ‖ heheu ς *A* ‖ uocibus heu *h l f* 497 suis *f* ς 498 qu(o *i r m 2*)que *M* ‖ plangentis *l* 499 solita — unda (*cf 505*) *g* ‖ solitam — undam *om* ε 500 *sq* Haec frustra ε, frusta *M* ‖ remissa verba Echus *Eranos VII Risberg* 501 lacus *ccBersmanni et Arondel* ‖ di(ctoque uale *i r m 2*) *l* ‖ uale et inquit *e* ‖ uale inquit iola (*cf ecl III 79*) *s* ‖ uale dixerat *Mscr DiezSant* 148^c ‖ uale dixit et *Riese* 502 uiridem — herbam ς 503 mox clausit *M cCantabr* ς, nox clausit *ccBas et Thuan Hs* ‖ claudit ς *Hs vulgo olim* 504 Tunc *N h f* ‖ est *om f* ‖ qu(o *i r*)que *M* ‖ infrena ε

in Stygia spectabat aqua. planxere sorores
naides et sectos fratri posuere capillos,
planxerunt dryades: plangentibus adsonat Echo.
iamque rogum quassasque faces feretrumque parabant:
nusquam corpus erat; croceum pro corpore florem
inveniunt foliis medium cingentibus albis.

Cognita res meritam vati per Achaidas urbes *Pentheus.*
attulerat famam nomenque erat auguris ingens;
spernit Echionides tamen hunc, ex omnibus unus,
contemptor superum, Pentheus, praesagaque ridet
verba senis tenebrasque et cladem lucis ademptae
obicit. ille movens albentia tempora canis
'quam felix esses, si tu quoque luminis huius
orbus' ait 'fieres, ne Bacchica sacra videres!
namque dies aderit, quam non procul auguror esse,
qua novus huc veniat, proles Semeleia, Liber;
quem nisi templorum fueris dignatus honore,
mille lacer spargere locis et sanguine silvas
foedabis matremque tuam matrisque sorores.

---

511 *sq Respexit haec Ovidii nomine non addito Pseudo-Serv in Aen IV 469* ‖ *Schol in Stat Theb I 230 (Jahnke)*: quae a Pentheo inlata sunt in Liberum Ouidius refert.

522 *Charisius Inst Gr I (Keil I 135)*: Lacer an laceris? . . . Ovidius 'mille lacer spargere locis'.

---

505 plausere *f* ‖ sonores (*corr*) ***M*** 506 Nay/des *e*, Nayades ***h f***, Naiades *cGoth VA* ‖ posuere *e* ς *Hs vulgo*, in(m)posuere ***A*** *ω Jahn* ‖ capillis^{o} ε 507 Plausere *f*, Planxere ***h*** ς, Planxere et *Hs vulgo olim* 508 cassasque ς 510 *hic desinit* β 511 uati/(s *eras*) ***M***, uatis ***h l f***, uatis (*vel* uati) meritam ς ‖ archaides ε, achias$^{a^2}$ ***h***, archadas ***l***, achaiadas *f*, achaeidas ς ‖ uati meritam per achaeides *A* ‖ urbis *R* 512 anguris ε ‖ auguri(s *add m 2*) ***h*** 513 *distinx Vollmer, post* unus *intercidunt vulgo* ‖ et^{ch} ionides ***M*** ‖ aechiodes—et omnibus ε 515 tenebras(que *om*) ς 516 timpora ***M*** ‖ temp. uittis *cZinzerlingii* 517 es(ses *i r m 2*) ***N*** ‖ qu(o *ex corr*, e *fort fuit*)que ***M*** ‖ ihuius^{c} ε 518 nec ε ***h*** ς *VA Gierig* ‖ bachia ε, bachia (bachica *i mg m 2*) ***h***, bacchia ς *Hs vulgo olim*, brachia (t bachica *sscr m 2*) *e*, bracchia *V*, Bacchi *Polle* 519 Iamque d. aderit ς *Hs vulgo olim* ‖ quam non procul ***M*** ς *Baumg-Crusius*, quam iam haud procul ε ς* (*i r n*) ς, quam (iam *om*) haud pr. *f* ς, quam iam (haud *om*) pr. ς ‖ esse *om* ***h*** ‖ ad. iamque haud procul *Hs vulgo olim* 520 Quo Iovis huc *R* ‖ hic uen. *e* ‖ ueniet *e g f* ς *Jahn* ‖ proles Semeleia, diuus *ep II 69 Faber* 521 honore'/ ***M***

eveniet! neque enim dignabere numen honore,
meque sub his tenebris nimium vidisse quereris'.
talia dicentem proturbat Echione natus.
Dicta fides sequitur, responsaque vatis aguntur:
Liber adest festisque fremunt ululatibus agri;
turba ruit mixtaeque viris matresque nurusque
vulgusque proceresque ignota ad sacra feruntur.
'quis furor, anguigenae, proles Mavortia, vestras
attonuit mentes?' Pentheus ait: 'aerane tantum
aere repulsa valent et adunco tibia cornu
et magicae fraudes, ut, quos non bellicus ensis,
non tuba terruerit, non strictis agmina telis,
femineae voces et mota insania vino
obscaenique greges et inania tympana vincant?
vosne, senes, mirer, qui longa per aequora vecti
hac Tyron, hac profugos posuistis sede penates,
nunc sinitis sine Marte capi? vosne, acrior aetas,

---

531 *sq Lact Plac Comm in Stat Theb VII 164*: nam Ouidius quodam loco uerba Penthei iniuriantis Liberum ita descripsit: 'Quis furor, anguigenae, proles Mauortia, uestras Attonuit — Uosne senes miseri — sine Marte capi?'

---

524 Eueniet *O* ς, Eueniat ε, Et ueniet ς* *p* ς ω, evenient *Hs vulgo olim* ‖ nomen (v) *e* 525 Meque et ab his — uidis qu. ε 526 perturbat *e* ς ω ‖ ethione (*corr m 2*) *M*, echine ε 527 Verba fides *s* 528 festique (s²) *N* ‖ ulula/tibus *e* 529 ruunt (uiris) *e*, ruunt ς *cSprotii vulgo olim* 530 Vulgusque proceresque ε *M* ς, Vulgus(q ; et *m 2*, et *postea eras*) proceres// *N*, Vulgusque et proceres ign. *l e g* ς, Et uulgus proceresque *h f* ς 532 Attonuit *N* ς *scholia in Stat vulgo*, Attollit *cett* ω ‖ penteus (h²) *h* ‖ ait *om M* 533 Are *f* ‖ uident (al²) et adunaque ε 534 magicae frondes *cCantabr* ‖ bellicus/ensis (s *eras*) *M* ‖ belliger *cGronov Hs vulgo olim* 535 terruerint *e* ς *cSprotii vulgo olim* ‖ et strictis *l* ‖ non strictus ε 537 Obscnique — uincunt (o² a²) *e* ‖ timphana ε 538 sines (o²) *N* ‖ miror (o²) *e* ‖ senes miseri ς *scholia in Stat* 539 (A *i r*, Hac *fuit*) tyro/(n *eras*) *N*, A tyrio *h*, A ti(y)ro (*def p 17 Gnesotto*) *g l f* ω, A/ tyron (ł ro²) *e* ‖ A tyron hac *s*, Hac tyron et *p* ς, Hac tyron ac (*cf Aen I 68*) ς ‖ posuisti ε ‖ (h *eras*)ac prof. p. s. pena(t *ex* d)es *M* 540 *om* ε ‖ (H *partim eras*)unc *M* ‖ sinitis *s l* h^2 ‖ ne acrior *i r* h^3, uos · carior (*corr m 2*) *l*, uos acrior *f*, uos fortior *g*

o iuvenes, propiorque meae, quos arma tenere,
non thyrsos, galeaque tegi, non fronde decebat?
este, precor, memores, qua sitis stirpe creati,
illiusque animos, qui multos perdidit unus,
sumite serpentis! pro fontibus ille lacuque
interiit: at vos pro fama vincite vestra!
ille dedit leto fortes, vos pellite molles
et patrium retinete decus! si fata vetabant
stare diu Thebas, utinam tormenta virique
moenia diruerent ferrumque ignisque sonarent!
essemus miseri sine crimine sorsque querenda,
non celanda foret lacrimaeque pudore carerent.
at nunc a puero Thebae capientur inermi,
quem neque bella iuvant nec tela nec usus equorum,
sed madidus murra crinis mollesque coronae
purpuraque et pictis intextum vestibus aurum.
quem quidem ego actutum (modo vos absistite) cogam
adsumptumque patrem commentaque sacra fateri.
an satis Acrisio est animi contemnere vanum
numen et Argolicas venienti claudere portas,
Penthea terrebit cum totis advena Thebis?
ite citi' (famulis hoc imperat), 'ite ducemque
attrahite huc vinctum! iussis mora segnis abesto!'
Hunc avus, hunc Athamas, hunc cetera turba suorum

---

542 tirsos *h*, tyrsum *l* ‖ decebit *f* **543** qua sistis *ε* **544** que *om f* **545** fontibus *h m n ς ω*, frondibus *ε O* (*cf 29*) *e f l ς* ‖ lucuque *ε* **546** sed uos *e*, seruos *f* ‖ fa(ma *i r*) *M* **547** fortis leto *R* ‖ uos uincite *e ς* ‖ mo(lles *i r m 2*) *N* **548** *sq* patrum *ε* ‖ retinere *h* ‖ reuocate *cc Gronov et Pall Hs vulgo olim* ‖ uetabunt *h l ς*, uetarent *f g cGoth* ‖ the(b *ex* u *m 2*)as *M* ‖ negabunt stare diu Thebis *Hs* **550** ignis ferrumque *h e* ‖ sonare *ε*, sonaret *g ς*, domarent *Hs* **552** que *om f* **553** a *om M* ‖ thebę *add m* ‖ capiuntur *g* **554** ussus *ε* **555** madidus—crinis *N h l f ς cSprotii R vulgo olim*, medius—crinis *ε*, madidi—crines *M e ς Merkel* ‖ myrra *e n*, mirra *h l*, myrtha *f*, m(i *ex* u)rra *M* **556** Purpurėaque *ε* ‖ aurum *? distinx Vossius* **557** attutum *ε*, actutu (*corr m 2*) *N* ‖ uos tantum absistite *g* ‖ a(s *ex* b *m 2*)sistite *N*, assistite *ς*, desistite *p*, asciscite togam *f* **558** Absumptumque *N*, Assumptumque *n e* ł Ab. i. amissum ł sibi assumptum. i. non uerum sed inuenticium *sscr* e^2, Assutumque *ς* ‖ adscitumque *Hs* ‖ que *prius om f* **561** t(o *i r*)tis—(t *i r*)hebis *M*, aduenit hebis *ε* **562** famuli *f* **563** hunc *h ς* ‖ uictum *f* **564** huc cetera *ε* ‖ turba sequentes *cCantabr*, turba frequentes *Burm*

corripiunt dictis frustraque inhibere laborant.
acrior admonitu est inritaturque retenta
et crescit rabies moderaminaque ipsa nocebant:
sic ego torrentem, qua nil obstabat eunti,
lenius et modico strepitu decurrere vidi;
at quacumque trabes obstructaque saxa tenebant,
spumeus et fervens et ab obice saevior ibat.
ecce cruentati redeunt et, Bacchus ubi esset,
quaerenti domino Bacchum vidisse negarunt;
'hunc' dixere 'tamen comitem famulumque sacrorum
cepimus et tradunt manibus post terga ligatis
sacra dei quondam Tyrrhena e gente secutum.
Adspicit hunc Pentheus oculis, quos ira tremendos
fecerat, et quamquam poenae vix tempora differt,
'o periture tuaque aliis documenta dature
morte' ait, 'ede tuum nomen nomenque parentum
et patriam morisque novi cur sacra frequentes!'
Ille metu vacuus 'nomen mihi' dixit 'Acoetes,
patria Maeonia est, humili de plebe parentes.
non mihi quae duri colerent pater arva iuvenci,
lanigerosve greges, non ulla armenta reliquit:

---

565 frustaque ε, frust(r *ex corr*, a *fort fuit*)aque ***M*** 566 a(d *add* ***h***²) monitu ***h*** *et* (*probante Burm*) *cBerneggeri* ‖ retent(a *ex* u *m 2*) ***N***, retentu (*fort recte*) *ccLeid Junian Pal Riese*², recepta ***l*** 567 moderaminaque (moderaminaque ***M***) ***O l e f g*** ς ω *Ehwald*, moderamineque ε, remoraminaque ***e***² ς *Hs vulgo*, reuocaminaque ς, retinacula(que *om* ***h***) ***h*** ς, *νουθεσίαι Plan* ‖ nocebunt ε 568 torrentem qua obstabat nil ε ‖ qua ***M***, qui nil ***e*** ‖ euntem ***g*** 569 decurre ε 570 qu(a *i r m 2*)cunque ***N*** ‖ obstrusaque *vel* obiectaque ς, obstrataque *Hs* ‖ iacebant ς 571 ouice (*corr*) ***M*** 572 bacus ***h*** 574 Hunc, dixere tamen, com. *distinx ed Bas* ‖ famulum comitemque ***e*** ς 575 Cœpimus—posterga ***M*** ‖ terga reuinctis (*cf Aen II 57*) ***l*** ς *R* 576 *del Hs* ‖ condam ***f***, quendam *Merkel* ‖ Tyrrhena e *Fr Vollmer*, thyrrenæ ***M***, tirrena ***N***, trena ***h***, tirena ***l***, tyrrhena g. *cett* ω *vulgo* 577 oculis pentheus ***l*** ς ‖ tremendus ε 578 quenquam—uix et ε ‖ uix poenae *cPar VA* 579 perature ε ‖ exempla *vel* monimenta ς 580 parentis ***e*** 581 moresque ε, mori(s *i r m 2*)que ***N*** ‖ frequentas ***h*** *ccBerol et Rhen* 582 acetes ε ***l***, achetes ***e***, acestes ***h*** ς *Plan RV* 583 Patria m̓ o̅n̅ia est ***f***, Patria aonia est ***M*** ‖ humili sed ***h*** ‖ de pelle ε 584 Quae duris colerentur rura iuuencis ε 585 Lanigeros greges ε, Lanigerosque ***e h*** ς ‖ non ille *cGronov*

pauper et ipse fuit linoque solebat et hamis
decipere et calamo salientis ducere pisces.
ars illi sua census erat; cum traderet artem,
„accipe quas habeo, studii successor et heres“,
dixit „opes“, moriensque mihi nihil ille reliquit
praeter aquas: unum hoc possum appellare paternum.
mox ego, ne scopulis haererem semper in isdem,
addidici regimen dextra moderante carinae
flectere et Oleniae sidus pluviale capellae
Taygetenque hyadasque oculis arctonque notavi
ventorumque domos et portus puppibus aptos.
forte petens Delum Chiae telluris ad oras
applicor et dextris adducor litora remis
doque levis saltus udaeque inmittor harenae.
nox ubi consumpta est (aurora rubescere primo
coeperat), exsurgo laticesque inferre recentis
admoneo monstroque viam, quae ducat ad undas.
ipse, quid aura mihi tumulo promittat ab alto
prospicio comitesque voco repetoque carinam.

---

est

586/90 *i mg* h^2 586 et ipse (fuit *om*) linoque s. et h. (quidem est *i mg m 2*) ***M*** ‖ (h *add m 2*)amis ***N***, hamo ς *Hs vulgo olim* 587 salamo ε ‖ salientis ***N***, salientes ***n*** *cett vulgo* 588 illa ***f*** ‖ ar(c *ex* t *m 2, corr m 3*)em ***M*** 589 habeas *Hs* ‖ studiis h^2 590 nihil ***N f***, nichil ε ***M*** h^2, nil ***e l*** ς *vulgo* ‖ moriensque aliud nil ille *cRegius* ‖ dixit ‘opes’ moriens: nullasque mihi ille rel. [*sic*] *Hs* 591 Preterea quas num hoc p. apellere ε 592 scopulos — istem ε ‖ hisdem ***M l*** 594 olen(ie *i r m 2*) ***N*** ‖ pluuiale ε ***h e f g*** ς, (p *i r m 2*)luuiale ***N***, fluuiale (*cf ad I 82*) ***M l*** (*sscr g*) 595 *sic* ς *Plan* ω *vulgo* ‖ Taygentēque ε, Taige/temque (n *eras*) ***M***, Taygenenque ***N***, Tagetēque ***l***, Taygenemque ***e***, Taygetemque — arthōque ***h*** ‖ arcton(que *om*) ***f*** 596 altos (ł aptos *sscr* ***m***) ε ***M*** 597 delum ε ***M l f*** *Riese*, del(on *i r m 2*) ***N***, delon ***h e g*** l^3 ς *RV vulgo* ‖ diae *ccAbstemii et Langermanni Hs vulgo olim*, chyę ***e***, ‘*sunt qui putent legendum* Ciae *vel* Ceae’ *Micyllus*, Ceiae (*Ceia tellus* = *Cos*) *ap Bothium* (*Vind p 170*) *JHVoss* 598 adduco ε ***e*** ς, adduco/ ***h***, aduertor *cGronov et e coni Bentley* 599 leuis ***N***, leues ***n*** *cett vulgo* ‖ /ude (s *eras*) īmit/tor (a *eras*) ***M*** ‖ immittit (*corr m 2*) ε ‖ udeque innitor ***f*** *cZulich Hs vulgo olim* 600 ibi ***M h***, ubi ***e*** ‖ (con *i r m 2*)sumpta ***h*** ‖ prima (*sed cf fast IV 165*) *cBersmanni et e coni Polle*, primum ς *vulgo olim* 601 et /urgo ε ‖ afferre ***s*** ‖ recentis ε ***N R***, recentes ***n*** *cett vulgo* 602 Ammoneo ***O g*** ‖ ducat ***O f g*** ς, ducit ε ς* ω 603 promitit ε 604 (Pros *ex* As)picio ***e***

„adsumus en!“ inquit sociorum primus Opheltes,
utque putat, praedam deserto nactus in agro
virginea puerum ducit per litora forma.
ille mero somnoque gravis titubare videtur
vixque sequi; specto cultum faciemque gradumque:
nil ibi, quod credi posset mortale, videbam.
et sensi et dixi sociis: „quod numen in isto
corpore sit, dubito; sed corpore numen in isto est.
quisquis es, o faveas nostrisque laboribus adsis.
his quoque des veniam.“ — „pro nobis mitte precari!“
Dictys ait, quo non alius conscendere summas
ocior antemnas prensoque rudente relabi.
hoc Libys, hoc flavus, prorae tutela, Melanthus,
hoc probat Alcimedon et, qui requiemque modumque
voce dabat remis, animorum hortator, Epopeus,
hoc omnes alii: praedae tam caeca cupido est.
„non tamen hanc sacro violari pondere pinum
perpetiar“ dixi; „pars hic mihi maxima iuris“;
inque aditu obsisto. furit audacissimus omni
de numero Lycabas, qui Tusca pulsus ab urbe
exsilium dira poenam pro caede luebat.

---

605 opheltes *N f ς vulgo*, ofelles *g*, ofeltes *cett* 607 Virgineam *ε* ‖ Virgineae—formae *ccArgentinus et Medic* 609 *lacunam unius versus post 609 statuit NJhbb 1885, 889 Polle* ‖ specto *om f* ‖ uultum *ς* 610 ibi *om h* ‖ posset credi *ς Hs vulgo olim* 611 Et dixi et sensi (*corr m 2*) *h*, Vt sensi dixi *cBarber* ‖ ut sensi, ut dixi *Hs* 612 *om* (*i mg add m 2*) *h* ‖ est *om ε* ł precare² 613 f(a *ex* o)ueas mite (ł mitte pro dimitte *sscr*, *fort a m 1*) precari *M* v 615 Dirtis *ε*, (Pro *i r m 2*, Di *eras*)ctis *M*, Di(c *i r*)tis *N* ‖ c consendere sūmat *ε* ł pres² 616 amtēnas *M*, antennas *N h* ‖ prensoque *e*, pressoque *ς*, tensoque *Hs* o 617 libis *ε N h*, lybis *M*, Ditis *Regius* ‖ flauas et prorę *ε*, flauus (et t *eras*) p⌣rę tut. (ł p̄tutela *i mg m 1*) *M*, flauus hoc (pre *i r m 2*)tutela *h*, flaus et prorae *f*, flauos et p̄tutela *e* ‖ melaneus *e*, melampus *N ς*, *Μελανθεύς Plan* e 618 alcimodon et quere quiemque *ε* ‖ alchimedon *h* ‖ qui (*add m 2*) *om h* ‖ regimenque modumque *JHVoss* 619 ortator *N* ‖ popeus *h*, enipheus *l*, eripheus *f*, enipeus *g*, *ἐνιπεύς* et *ἐνιπτεύς codd Planudis* 620 cupido tam ceca i est (*corr m 2*) *h* 621 sacri uiolare *ε* ‖ corpore *ς* ‖ tamen hanc pinum uiolari pondere sacro *R* 622 Perpetior *ε* ‖ *desinit hic ε* 623 aud. olim *g* 624 lyca(b *ex* u)as *M*, licabas *h* ‖ (u *ex* o)rbe *f* 625 Exsilii *ς*

is mihi, dum resto, iuvenali guttura pugno
rupit et excussum misisset in aequora, si non
haesissem, quamvis amens, in fune retentus.
inpia turba probat factum tum denique Bacchus
(Bacchus enim fuerat), veluti clamore solutus
sit sopor aque mero redeant in pectora sensus,
„quid facitis? quis clamor?“ ait „qua, dicite, nautae,
huc ope perveni? quo me deferre paratis?“
„pone metum“, Proreus „et quos contingere portus
ede velis!“ dixit: „terra sistere petita.“
„Naxon“ ait Liber „cursus advertite vestros!
illa mihi domus est, vobis erit hospita tellus.“
per mare fallaces perque omnia numina iurant
sic fore meque iubent pictae dare vela carinae.
dextra Naxus erat: dextra mihi lintea danti
„quid facis, o demens? quis te furor —, inquit, „Acoete?“
pro se quisque timet: „laevam pete!“ maxima nutu

---

626 /is (H *eras*) ***M*** ‖ persto *ap Fabrum II ep 71 Schepperus* ‖ iuuenali ***M R***, iuuenili *cett vulgo olim* **627** Fregit et *ccSixianus et Leid*, raptat et ł mers² *Hs* ‖ misisset ***e*** **628** (re *i r m 2*)tentus ***N***, retemptus ***h*** **629** probant ł aque *cBas Hs vulgo olim* · **631** aque mero ***s ς*** *Plan Const Fanensis vulgo*, atque ***e***, atque a mero ***l***, eque mero ***ς***, atque mero (mero/ ***N***) ***A ω*** ‖ .eque mero— in pristina *Gruterus* ‖ redeunt ***h*** ‖ impectore ***M***, in pectore ***h e*** **633** Deł on ueni *cSprotii* **635** siste(re *i r*) ***M*** **636** Naxo(n *add m 2*) ***M***, Naxan ***e***, Nasson ***f*** ‖ a/uertite (d *eras*) ***N***, auertite (ł ad *sscr* ***e***) ***e f ς*** **640** Dextra ł dextra¹ *cf VII 386*) ***N e l f ς RV***, dextera ***M***, dextera (*cf VIII 222*) ***h ς*** *vulgo* ‖ naxus ***O***, naxos ***g ς* m ς*** *vulgo* ‖ nassos—dare ***f*** **641** *sic scripsi librorum optimorum fidem secutus. ceterum videtur aut, id quod veri similius est, excidisse versus post 641 aut* ‘quis te furor’, inquit, ‘Acoete’ (*vel* Acoeta), pro se quisque ‚tenet’ *scribendum cum Heinsio et Hartmano* ‖ acete (s. licabas *i mg* ***l***³) ***l g ς***, *idem videtur fuisse in* ***O***, achete ***e***, acetes ***h***, aceste ***ς***, *Τίς σε, Ἀκέστα, φασὶ, ταράσσει μανία*; *Plan* ‖ inquit oph(f)eltes (*cf 605*) ***f ς*** (*i r* ***m n*** *i mg* ***h***²) ***ω*** *vulgo* ‖ Sic agit, ut dextram cupias contingere partem *post 641 add cBoschianus. eadem fere* (aut d. cupies) *exstare in paucis ς testatur* (*cf Bibl Diez 1069*) *Hs* **642** *del Merkel*² ‖ Per se ***l*** ‖ quisque tenet *ccMoreti et Sixianus* ‖ Oph., persequiturve timor *ap Fabrum II epist 71 Schepperus*, Oph. praetimide, usque tenet *Hellmuth*, Oph., persequitur? retine *Riese*, Oph., pro se qu. tumet *NJhbb 1868, 47 Drosihn*, Oph. pro sociisque timet *journ of ph 1883 XII 72 Ellis*, Pro se quisque timet (642)—Increpor a cunctis (646) *mutanda censet* (*ed Paris 1894*) *Lejay*

pars mihi significat, pars quid velit aure susurrat.
obstipui „capiat“ que „aliquis moderamina!“ dixi
meque ministerio scelerisque artisque removi.
increpor a cunctis, totumque inmurmurat agmen;
e quibus Aethalion „te scilicet omnis in uno
nostra salus posita est“ ait et subit ipse meumque
explet opus Naxoque petit diversa relicta.
tum deus inludens, tamquam modo denique fraudem
senserit, e puppi pontum prospectat adunca
et flenti similis „non haec mihi litora, nautae,
promisistis“ ait, „non haec mihi terra rogata est.
quo merui poenam facto? quae gloria vestra est,
si puerum iuvenes, si multi fallitis unum?“
iamdudum flebam: lacrimas manus inpia nostras
ridet et inpellit properantibus aequora remis.
per tibi nunc ipsum (nec enim praesentior illo
est deus) adiuro, tam me tibi vera referre
quam veri maiora fide: stetit aequore puppis
haud aliter quam si siccum navale teneret.
illi admirantes remorum in verbere perstant
velaque deducunt geminaque ope currere temptant:
inpediunt hederae remos nexuque recurvo
serpunt et gravidis distingunt vela corymbis.
ipse racemiferis frontem circumdatus uvis

666*sq Lact Plac Comm in Stat Theb IV 656 Jahnke*: Ouidius 'Ipse racemiferis—agitat [agitant *PL*] uelatam fr. hastam'.

---

643 mihi *om* ***h***, *add* h^2 ‖ significat et quid ***h*** ‖ quod uelit ***e*** ‖ ore susurrat *NJhbb 1870, 216 Roscher et Philol XXXIX 369 Köstlin* 644 Obstipui ***M***, Obstupui *cett vulgo olim* ‖ cap. alius *ccGoth Plan Hs vulgo olim*, capias aliquis ***s***, „capias“ que „aliquis *inde Vollmer* 645 sceleris(que *om*) ***h*** 647 A(æ *inde m 2*) quibus ***M*** ‖ ethilion ***N***, ethalio ***f***, ethalion ς 648 salus dixit posita est subit *cSprotii* 651 Senserat ***h*** ‖ et puppi *Haupt* ‖ prospexit ***s*** ‖ adu(nc *i r m 3*)a ***f*** 652,53 non—ait *om* (*i l* l^1) ***N l***, *add semel i l et bis i mg a tribus diversis manibus* ***n*** 653 petita (uel rogata *sscr*) *cSprotii*, petita ***R*** 654 uestra gloria est ***f*** 657 impulsit ς 658 neque enim ***h e*** ς 661 Aut (*ante* A *incerta littera, quae non* h *videtur esse*) ***M*** ‖ Non aliter ***e*** ‖ siccam navale *Transact Cambr PhS III 143 Housman* 662 Ipsi (*sic R*)—remorum uerbere ***e*** 663 currere certant ς ***R*** 664 recur(uo *i r m 2*) ***N*** 665 distingunt—corimbis ***O***, distigunt ***h***, distringunt ς, distinguunt *cett*, destringunt *Hs* ‖ corimbi *Ben*.

pampineis agitat velatam frondibus hastam.
quem circa tigres simulacraque inania lyncum
pictarumque iacent fera corpora pantherarum.
exsiluere viri, sive hoc insania fecit
sive timor, primusque Medon nigrescere coepit
corpore et expresso spinae curvamine flecti.
incipit huic Lycabas: „in quae miracula“ dixit
„verteris?“ et lati rictus et panda loquenti
naris erat, squamamque cutis durata trahebat.
at Libys obstantis dum vult obvertere remos,
in spatium resilire manus breve vidit et illas
iam non esse manus, iam pinnas posse vocari.
alter ad intortos cupiens dare bracchia funes
bracchia non habuit truncoque repandus in undas
corpore desiluit: falcata novissima cauda est,
qualia dimidiae sinuantur cornua lunae.
undique dant saltus multaque adspergine rorant
emerguntque iterum redeuntque sub aequora rursus

---

674 *sq Priscianus VI 31*: ‘haec naris huius naris’ similem genetivo nominativum proferimus, sicut frequenter Ovidius ponit, ut in III metamorphoseon: panda — Naris erat. idem in VI [141]: Defluxere comae, cum quis et naris [nares GLK] et aures ‖ *idem Partitiones XII versuum Aeneidos principalium* (*Keil III 505*) *X 187*: pandus panda pandum . . et Ovidius in tertio metamorphoseon ‘panda naris’.

---

667 uelatas fr. hastas ***N*** 668 lincū/ (ū *quoque i r m 2*) ***M***, cū *i mg* ***m*** ‖ sim. inania lynces *Hs* 669 Pict(a *ex* o)rumque (ta *i mg m 1*) ***M*** ‖ P. ululant fera corp. *Hs* 670 Exiliere (corr ***N***) ***N*** ϛ* ***f*** 671 nigrescere pinnis *cMenagianus Hs vulgo olim* 672*sq* Corp. et expresso *cUrbinas Merkel*, C. et presso (sed *ex* et ***m***) ***M l***, Corpore // depresso ***N***, C. depresso sp. ϛ, C. depresso et ϛ *VA vulgo olim*, C. sed presso et ***e f g*** ϛ *R*, Corp. presso ***h***, C. dum presso sp. *cDresd* ‖ increscere pinnas corpore depresso et—flecti incipit *Hs* ‖ incipit huic *primus coniunxit Merkel* ‖ hinc ϛ ‖ lyca(b *ex* u)as ***M*** 674 late (ɨ ti *sscr* ***m***) ***M e***, lat(i *i r*) ***N***, latos ***f*** ‖ curua panda ***l*** ‖ loquendi (*corr*) ***M*** ‖ sima loquenti *Burm* 675*sq* sannamque cutis—Libys abstentos *Merkel*² ‖ lybis ***O*** ‖ obstantis ***N***, obstantes ***n cett vulgo*** 677 resil(i *ex* e)re² ***M***, residere *i mg* ***m*** 678 non posse manus *Housman* ‖ pin(n)as *RA vulgo*, pennas ***A V*** 679 Alter et ***h g*** ‖ ad intentos ***s*** 680 troncoque ***e*** ‖ unda ***M l c Vratisl*** 681 Desil/iit ***l***, dissiluit ***f*** ‖ caud(a est *i r m 2*) ***N*** 682 diuiduae *Excerpta Herculan R Hs vulgo olim*, *ὁποῖα μηνοειδοῦς τῆς σελήνης οὔσης κόλπον ποιεῖται τὰ κέρατα Plan* 684 redeunt super ***h*** ‖ ęquore ***e*** ϛ ‖ rursum ***g***

inque chori ludunt speciem lascivaque iactant
corpora et acceptum patulis mare naribus efflant.
de modo viginti (tot enim ratis illa ferebat)
restabam solus: pavidum gelidumque trementi
corpore vixque meum firmat deus „excute“ dicens
„corde metum Diamque tene!“ delatus in illam
accessi sacris Baccheaque sacra frequento!’
‘praebuimus longis’ Pentheus ‘ambagibus aures’
inquit, ‘ut ira mora vires absumere posset.
praecipitem famuli rapite hunc cruciataque diris
corpora tormentis Stygiae dimittite nocti.’
protinus abstractus solidis Tyrrhenus Acoetes
clauditur in tectis; et dum crudelia iussae
instrumenta necis ferrumque ignesque parantur,
sponte sua patuisse fores lapsasque lacertis
sponte sua fama est nullo solvente catenas.
perstat Echionides, nec iam iubet ire, sed ipse

694 *Prudent peristeph XI 67 Dressel*: hos rape praecipites.

685 speciem ludunt *e* ‖ lasciuia iactant *h* **688** restabam solus. pauidum gelidumque *sq*] *sic vulgo cum ccBernegg Dresd Medic Moreti post Hs, distinx idem Hs* ‖ restabam solus, pavidus gelidusque trementi Corpore, vixque metum firmat deus *h* ϛ *R vulgo ante Hs* ‖ pauidu$^{s^2}$ gelidoque$^{vs^2}$ *M*, dus *i mg m*, pauidu(s *i r m 2*) gelidu(sque *i r m 2*) *N*, pauidus gelidusque ϛ* *f g* ϛ *Plan* ω **689** uixque meum *M e* ϛ *VA*, uix me tum *l*, me(um *i r m 2*) *N*, uixque animum ϛ *ed Colon 1564* **690** diamque ϛ *Excerpta Hercul Micyllus VA vulgo*, (chion *i r m 2*)que *M*, (ch *i r m 2*)iamque *N*, chi(y)amque ϛ* *f g* ϛ *R* **691** *sic A* ‖ Assensi (uel Accensis *sscr*) *cSprotii*, Accedo sacris ϛ, Accensis aris Baccheia sacra ϛ *Hs vulgo olim*, accensusque deo Baccheia sacra *idem Hs* ‖ bacheica sacra *l*, bacheia sacra *e*, bacheia festa *cBersmanni* ‖ adscitus sacris Baccheia festa *Hs*, accedo sacris Baccheaque festa *Baumg-Crusius* ‖ accessi Baccho *Rappold*, accessi Bacchis *Polle*, accessi Satyris *KSchenkl* ‖ saepe (*vel* sancta) frequento *Fr Vollmer* **692** penthus (*corr*) *e* **693** Inquit (et *i r*) i. morâ/(s *eras*) vires a(b *ex* s *m 2*)sumere *N* ‖ ut ira in mora uires *l* ‖ absumere *M* ł ad(s *ex* d)umere *m*, (con *i r m 2*)sumere *h*, consumere *l* ϛ, assumere *ccDresd et Pal Plan* ‖ possit *f* **694** Praecipit et famulis *M* ‖ hunc rapite *h* ‖ diris *f* ϛ *Plan vulgo*, duris *O* ϛ* ϛ ω **695** dimittite *A* ω, demittite (*sed cf II 310*) *s* ϛ *Hs vulgo* ‖ nocti *N e* ϛ *vulgo*, morti (*fort recte, cf Ibis 634*) *M h l f g s* ϛ ω **696** abstra(ctus *i r*) s. tirenus *l* ‖ acetes *N*, achetes *e*, acestes *ccDresd et Goth Plan R* **697** iuss/ (e *i r m 2*) *M* ‖ ignisque *s* ϛ *R* ‖ parabant *e* **699** *om N l, i mg N l*^{2} ‖ for(es *i r m 2*) *N* ‖ patuere *f* ‖ laxasque *h* **701** Spectat (ł Perstat *sscr m 2*) *e*

vadit, ubi electus facienda ad sacra Cithaeron
cantibus et clara bacchantum voce sonabat.
ut fremit acer equus, cum bellicus aere canoro
signa dedit tubicen pugnaeque adsumit amorem,
Penthea sic ictus longis ululatibus aether
movit, et audito clamore recanduit ira.
Monte fere medio est, cingentibus ultima silvis,
purus ab arboribus, spectabilis undique campus:
hic oculis illum cernentem sacra profanis
prima videt, prima est insano concita cursu,
prima suum misso violavit Penthea thyrso
mater et ‘o geminae’ clamavit ‘adeste sorores!
ille aper, in nostris errat qui maximus agris,
ille mihi feriendus aper!’ ruit omnis in unum
turba furens; cunctae coeunt trepidumque sequuntur,
iam trepidum, iam verba minus violenta loquentem,
iam se damnantem, iam se peccasse fatentem.
saucius ille tamen ‘fer opem, matertera’ dixit
‘Autonoe! moveant animos Actaeonis umbrae!’
illa, quis Actaeon, nescit dextramque precantis

704*sq Carm epigr 350 B*: barbarus aere cavo tubicen d⟨ed⟩it ⟨horrida si⟩gna ‖ *Heiricus Vita SGermani I 287* (*Traube PL aev Car III 446*): ut fremit acer equus, cum Martius [*sic*] aere canoro Signa movet [*sic*] tubicen, pugnaeque insumit [*sic*] amorem.

ł festus²
702 ubi electus ***M***, ubi festus ***h g ς*** *Lindemann*, ubi festa ***R***, ubi flexus (ł festus *sscr m 2*) ***e***, ubi natus (*cf II 223*) ***ς*** ‖ c(h)ytheron ***M e*** **703** Ca(ntibus *i r m 2*) ***N*** ‖ bacantum ***h*** **704** bellicus ***A ω***, Martius *Heiricus* ‖ sonoro ***h***
u²
705 t/bicen ***h*** **707** clangore *ccBernegg et Palat Burm vulgo olim* ‖ fere in medio est ***l g ς*** **711** conc. motu (*cf VI 158*) ***ς*** **712** iugulauit ***h*** **713** Mater et o geminae ***O g p ς*** *Plan VA Ehwald*, Mater io gem. ***e f l ς*** *vulgo*, Mater et
ad² r² quondam²
(o *add m 2*) gem. ***h***, mater et ‘Ogygiae *Hs* **714** erat (ad *virgula del*) qui m. ***M*** ‖ in uestris ***h***, en, nostris *Hs* **715** feriendus erit ruit ***s*** *cSprotii* **716** coeunt cunctaeque sequuntur *cPatav Hs vulgo olim* ‖ rabidaeque *Hs* ‖ fremituque seq. *ap Fabrum II ep 71 Schepperus*, unumque *vel* regemque s. *Capoferreus*, thyrsisque s. *Bentley* ‖ secuntur ***l g*** **717** *del Riese*² ‖ Iam pauidum *Mscr Diez Sant 148*ᵉ **719** ille quidem (uel tamen *sscr*) *cSprotii* **720** Altonœ—actheonis ***h***, actehonis (= *721*) ***f*** **721** quid actaeon ***s ς*** ‖ acteo ***M*** ‖ dexteramque ***h*** ‖ precanti ***ς*** *Hs vulgo olim*, precantis (uel precanti *sscr*) *cSprotii*, precantem *coni Hs*

abstulit, Inoo lacerata est altera raptu.
non habet infelix quae matri bracchia tendat,
trunca sed ostendens deiectis vulnera membris
'adspice, mater!' ait. visis ululavit Agaue
collaque iactavit movitque per aera crinem
avulsumque caput digitis conplexa cruentis
clamat 'io comites, opus hoc victoria nostra est!'
non citius frondes autumni frigore tactas
iamque male haerentes alta rapit arbore ventus,
quam sunt membra viri manibus direpta nefandis.

Talibus exemplis monitae nova sacra frequentant
turaque dant sanctasque colunt Ismenides aras.

---

722 in(o *i r m 2*)o ***N***, inois ***g*** ‖ Abstulit in eo ***f*** ‖ Ille etiam matri cum brachia tendere uellet (*vel* uellet—matri) *post hunc versum ex 1 635 add* ***ς*** **723** tendit ***h*** **724** *sic* ***A*** *ω Merkel* ‖ disiectis corpora ***ς*** *Hs vulgo olim* ‖ direptis *vel* discerptis *idem Hs,* dereptis *Housman* ‖ disiectis vulnere *Regius* ‖ truncus et ost. disiectis vulnera *Jahn* **725** Accipe ***e l ς***, *corr i mg* ***l***^{3}, Aspice *sscr* ***e***^{2} **726** crines ***g*** ‖ crinemque p. a. mouit ***h e ς*** **728** opus hoc (h *i r m*) uictoria nostra est (*i e 'hoc opere continetur v. nostra' vel 'hoc opus idem est atque v. nostra') recepi ex* ***O l g ς*** *RV* ‖ h(o *i r m 3*)c uictoria nostr(a *ex corr*) est ***f***, opus haec u. nostrum (uestrum ***h***) est ***e h ς*** *A vulgo* **729** autumno ***e ς*** *cSprotii Hs vulgo olim* ‖ captas *R* **730** r(a *ex* u)pit ***M*** **731** Qui sunt ***f*** ‖ di(sc̄ *i r m 2*)pta ***N*** ‖ direpta prophanis ***h*** **732/33** *initium libri IV esse putat Riese* **732** exemplis matres *vel* ex. mites ***ς*** ‖ m(onite *i r m 2*) ***h*** extemplo motae *Burm* **733** T/uraque (T *ex* D, tura *i mg iteratum*)—ismedides ***M*** ‖ sanctas(que *om*) ***h***, sacrasque ***ς***

LIBER QUARTUS.

At non Alcithoe Minyeias orgia censet *Minyeides.*
accipienda dei, sed adhuc temeraria Bacchum
progeniem negat esse Iovis sociasque sorores
inpietatis habet. festum celebrare sacerdos
inmunesque operum famulas dominasque suorum
pectora pelle tegi, crinalis solvere vittas,
serta coma, manibus frondentis sumere thyrsos
iusserat et saevam laesi fore numinis iram
vaticinatus erat: parent matresque nurusque
telasque calathosque infectaque pensa reponunt
turaque dant Bacchumque vocant Bromiumque Lyaeumque
ignigenamque satumque iterum solumque bimatrem:
additur his Nyseus indetonsusqne Thyoneus,
et cum Lenaeo genialis consitor uvae

---

11 *sq videtur haec respexisse Anonymus Laurentianus XII deorum epitheta, cf Studemund Anecd Varia p 268.*

Liber quartus ***M e***, Incipit liber IIII ***N***, EXPLICIT . LIBER . TERCIVS . QVARTVS . INCIPIT ***l*** ‖ *neque spatium neque titulus in* ***h f****, initialis viridi colore picta* ***h****, deest initialis in* ***f***

1 al/citoe ***h***, alchythoe ***e***, alcythœ ***M***, alcinœ ***g*** ‖ minyeias ***e*** *ccGoth et e coni Scaliger*, minias ***M***, ł mineias mineieas *a diversis manibus i mg* ***m***, miny(i *ex* e)as ***N*** mineias ***h f g*** ς *ω*, meneias ***s***, minicias ***l***, *ἡ Μινηιὰς Ἀρσινόη Plan* **2** baccum ***h*** **5** Immunes operum ***e g*** ς *VA Hs vulgo olim*, I/do/nesque op. ***f*** ‖ dominas famulasque *ccBersmanni et Rhenov Hs vulgo olim* **6** crinalis ***N***, crinales ***n*** *cett vulgo* ‖ soluore (*corr m 2*) ***M*** **7** comis ***h*** ς *Gierig*, comae *Bothe* ‖ frondentis ***N***, frondentes ***n*** *cett vulgo*. **8** aut saevam *Gruterus* ‖ lœsi ***M*** **10** Telasque calathosque ***M*** *ccMaffeian et Rhenov Hs vulgo*, Tela & calathos//(que *eras*) ***N***, Telas et ***p***, Telasque et calathos ***e l g f s*** ς *VA*, Telasque et calathosque ***h*** ‖ infestaque ς *R* ‖ relinquunt (*cf VI 202*) ***h***, ł reponunt *sscr* h^2 **11** *sic e* ς *vulgo* ‖ *καὶ Βρόμιον καὶ Λυαῖον Plan*, bramiumque (*corr m 2*) lieum ***M***, lyeum ***N*** *VA*, lieum ***h***, li(g *ex* c)eum ***l***, liramque ***f*** **12** Indigenamqne ***l*** ‖ bi(matrem ***i*** *r m 2*) ***M***, bimatrem *i mg* ***M*** **13** niseus—ti(y)oneus ***O h f***, niseusque—troneus ***l*** ‖ nyseusque ς ‖ in⁀tonsusque ***h***, *Ἀκειρεκόμης καὶ Θυωνεύς Plan* **14** hyemalis cond$^{i}_{\wedge}$tor (d *quoque i r m 2*) ***f***

Nycteliusque Eleleusque parens et Iacchus et Euhan,
et quae praeterea per Graias plurima gentes
nomina, Liber, habes; tibi enim inconsumpta iuventa est,
tu puer aeternus, tu formosissimus alto
conspiceris caelo; tibi, cum sine cornibus adstas,
virgineum caput est; oriens tibi victus, adusque
decolor extremo qua cingitur India Gange;
Penthea tu, venerande, bipenniferumque Lycurgum
sacrilegos mactas Tyrrhenaque mittis in aequor
corpora, tu biiugum pictis insignia frenis
colla premis lyncum. bacchae satyrique sequuntur,
quique senex ferula titubantis ebrius artus
sustinet et pando non fortiter haeret asello.
quacumque ingrederis, clamor iuvenalis et una
femineae voces inpulsaque tympana palmis
concavaque aera sonant longoque foramine buxus.
placatus mitisque rogant Ismenides adsis,
iussaque sacra colunt; solae Minyeides intus

---

15 *Priscianus VI 29*: 'Euan Euantis' notandum, quod t assumpsit in genetivo. Ovidius in IIII metamorphoscon: 'Nycteliusque [Nysteliusque *R*, aicteleusque *G alii alia*] Eleleusque [eleusque *RAHL* leneusque *G*] parens et Iacchus [iachus *HGLK*, machus *D*] et Euan [euyn LK].

26*sq* *Maximianus I 235* (*Baehrens PLM V p 326*): trunco titubantes sustinet artus.

---

15 Nycteliusque ***N*** *ccGoth Berol Rhen Hs vulgo, Νυκτέλιός τε Plan,* Nicteliusque—ebhan (evan *i mg*) ***M***, Ni(y)cteleusque ***l*** *R*, Nictileusque ***f***, Nyctiliusque *A*, Dicteliusque (ł Nic *sscr m 2*) elelisque—yachus ***e*** ‖ Nicte¯le/usque (l *eras*) ele/usque (l *eras*) p. et iacus $^{h^2}$ ***h*** ‖ eleusque ***N f R*** ‖ Nyctileus: Haeleusque *V* 17 habet (ł habes *sscr m 2*) ***e*** ‖ iuuentus ***N*** ϛ, iuuentas ϛ ‖ est *om* ***N e l*** 19 tibi cum *i r* f^2 ‖ caelo(tum *i r m 2*) cum ***h*** ‖ asta(s *i r m 2*) ***M***, atris ***l***, astas *inde* l^2, hastas ***f*** ‖ tibi cum confinibus astris ϛ 20 *i mg* ***N*** ‖ abusque (acusque *i mg*) ***M*** 21 Discolor ϛ ‖ cingitur (*a septemtrione sc, cf ex P I 5, 80*) *A ω*, tingitur ϛ *Burm vulgo, ζώννται Plan* . 22 Penthea qui (*corr m 3*) ***l*** ‖ uerande ***h*** ‖ licurcum ***M***, lygurcum ***N***, li(y)gurgum ***m n*** ϛ* ***f s*** 23 mergis in *R* 24 (bi *i r m 2*)iugum ***N*** ‖ frenis i. pictis ***e*** 25 bache tyrsique ***l*** ‖ thiasique *Hs* 26 titubantis ***N***, titubantes ***n*** *cett vulgo* 27 aut pando ϛ *cSprotii Gierig* 28 iuuenalis ***M***, iuuenilis ***N m*** ϛ* ***f*** ϛ *ω vulgo olim* ‖ uuam ***N*** 30 long(o *ex* a *m 2*)que foramin(e *ex* a *m 2*) ***M***, uncoque for. *Hs* 31 Pacatusque ϛ *Hs vulgo olim* ‖ minyides (ł ismenides *i mg m 2*) ***M***, hismenides ***h*** ‖ a/$^{d^2}$sis ***h***, axis ***f*** 32 Minyeides *Hs vulgo*, minyides ***O***, mindeides *i mg* ***m***, mineides ***h*** ***f*** ϛ *ω*, meneydes ***e***, miniades ***g***, minioides ***l***, *Μινηϊάδες Plan*

intempestiva turbantes festa Minerva
aut ducunt lanas, aut stamina pollice versant,
aut haerent telae famulasque laboribus urgent.
e quibus una levi deducens pollice filum
'dum cessant aliae commentaque sacra frequentant,
nos quoque, quas Pallas, melior dea, detinet' inquit,
'utile opus manuum vario sermone levemus
perque vices aliquid, quod tempora longa videri
non sinat, in medium vacuas referamus ad aures!'
dicta probant primamque iubent narrare sorores.
illa, quid e multis referat (nam plurima norat),
cogitat et dubia est, de te, Babylonia, narret
Derceti, quam versa squamis velantibus artus
stagna Palaestini credunt motasse figura;
an magis, ut sumptis illius filia pennis
extremos albis in turribus egerit annos;
nais an ut cantu nimiumque potentibus herbis
verterit in tacitos iuvenalia corpora pisces,
donec idem passa est; an, quae poma alba ferebat,
ut nunc nigra ferat contactu sanguinis arbor.
hoc placet; haec quoniam vulgaris fabula non est,
talibus orsa modis lana sua fila sequente:

---

33 Intempestiua/—minerua/ (e *fort eras*) ***M*** **34** Adducunt (*corr* ***n***) ***O*** **35** *et* **37** *om f, i mg add* f^3 **36** pollice fusum ς *Mscr Diez Sant 148*^{e} **37** comentaque (*corr* ***m***) ***M l*** ‖ ministrant (frequentant *sscr m 2*) ***e***, fatentur f^3 **39** *hic desinit f, sequitur fol antiquum* (***F***) *continens vv 40/260* **40** uices operum quod *cSixianus* ‖ uider(i *ex* e *per ras*) ***O*** **41** sinet—refferamus ***M*** ‖ auras (*corr* ***n***) ***O*** **43** quidem multis (*corr m 2*) ***M*** ‖ qui(d *i r m 2*) e ***N*** **44** babyllonia ***M***, babilonia ***h*** **45***sq* Derceti ***M*** ς *A vulgo*, Decerti ***F***, Dirceti ς *V*, Dyrcheti ***e***, discreti (dirceti *sscr*) ***g***, Dyrce ***N***, Dirce ***h*** *Plan* ‖ Dirce uersa ***l*** ‖ quam *i r* ***m n*** ‖ uersa/ ***M*** **46** motasse *Merkel*, mutasse ***M h e*** ς *RV*, coluisse (*i r* ***n***) ς e^2 *A*, mutasse *vel* inbitasse *vel* abitasse *ex corr* (*non dignosco*, motasse *fort fuit*) ***l***, (colu *i r m 2*)/isse ***F***, celebrasse ς *Hs vulgo olim*, habitasse ς ‖ Palaestini memorant celebrare figura ***s*** ‖ figura/ (s *eras*) ***M*** ‖ Derceti, quoi mersos—credant mutasse figuram *Bull des Humanistes Franç No 1 1894 p 11 Tournier* **48** albis ***M*** *Hs vulgo*, altis ***N X*** ω **49** Nays ***N*** ‖ aut ut ***e*** ‖ ut *om* (*add m 2*) ***h*** **50** Verteret ***g*** ‖ iuuenalia ***M F*** *Merkel*^{2}, iuuenilia ***m*** *cett vulgo* **53** Hoc placet haec qu. (*cf XIII 131*) ***M F h g*** ς *VA Ehwald*, H(a)ec plac. h(a)ec qu. ς *R*, Hoc pl. h(ec *i r m 2*) quon. ***N***, Hoc pl. hoc qu. ***e l***, Haec pl. hanc quoniam ς *Hs vulgo* ‖ hoc(quoniam v. f. n. est) Talibus orsa modis *in Bibl Dieziana Q*^{to} *1072 vir doctus*

Pyramus et Thisbe.

'Pyramus et Thisbe, iuvenum pulcherrimus alter,
altera, quas oriens habuit, praelata puellis,
contiguas tenuere domos, ubi dicitur altam
coctilibus muris cinxisse Semiramis urbem.
notitiam primosque gradus vicinia fecit:
tempore crevit amor; taedae quoque iure coissent,
sed vetuere patres: quod non potuere vetare,
ex aequo captis ardebant mentibus ambo.
conscius omnis abest: nutu signisque locuntur,
quoque magis tegitur, tectus magis aestuat ignis.
fissus erat tenui rima, quam duxerat olim,
cum fieret paries domui communis utrique.
id vitium nulli per saecula longa notatum
(quid non sentit amor?) primi vidistis amantes,
et vocis fecistis iter; tutaeque per illud
murmure blanditiae minimo transire solebant.
saepe, ubi constiterant hinc Thisbe, Pyramus illinc,

---

55 *sq Narrat haec secundum Ovidium nec nomen eius addit Pseudo-Servius in Buc VI 22.*

57 *sq Hieron Comm in Hoseam I 2 (t. VI A p 24 Vallarsi)*: de qua (*Babylone sc*) insignis poeta testatur dicens 'quam dicitur olim coctilibus m. c. S. urbem' ‖ *Scholia (Cornuti) in Juv II 108 (WHöhler NJhbb Suppl XXIII 401)*: Semiramis. regina fuit Babyloniorum, quae condidit Babylonem, unde sunt versus: 'Senaar (*sic*) in campis Babylonis dicitur olim coctilibus muris cinxisse Semiramis urbem ‖ coctilibus—urbem] *citat Baeda Hexaemeron II p 126 (cf Manitius Phil Suppl VII 729).*

64 *Servius in Aen IV 2*: unde Ovidius: 'quoque magis tegitur, tanto [*sic libri, item citat versum Albertus Stadensis Troilus ed Merzdorf I 608*] — ignis.

66 *Priscianus VI 85*: domŭs huius domi' et 'domŭs huius domus' ... Ovidius in IIII metamorphoseon: domui communis utrique.

---

55 P/ramus *h*, Pirramus *l* 56 *om (i mg m 2) N* 57 continuas (t gu *sscr* e^2) *N e* ς ‖ habuere *p g* ς ‖ qua dic. *cPar* 58 struxisse *cSprotii* ς 61 quo(d *i r m 2) N* ‖ *distinxerunt (olim post* patres *virgula, post* vetare *puncto intercidebant) JHVoss et Gierig* ‖ vetuere patres, quae non potuere vetari *Vind p 33 Bothe*, patres. quod n. p. vetari, ex a. *Stange* 62 cap/tis (i *eras*) *M* 63 locuntur *M l g*, loquuntur *cett vulgo* 64 tanto magis *Servius* ς *Mscr Diez 148*^{e}, *τοσούτῳ μᾶλλον Plan* 66 cum fieret paries *coniunxi*, cum fieret, paries *distinguunt vulgo* 67 notatum est *h e* 68 primi sensistis ς *Hs vulgo olim* 69 uotis *s cHamb*, uoci ς *Hs* 70 nimio^{2} *e* 71 Saepe (hic *ex* ubi *m 2) F*, Saepe ibi ς, Saepe ut ς *Hs vulgo olim*

inque vices fuerat captatus anhelitus oris,
„invide“ dicebant „paries, quid amantibus obstas?
quantum erat, ut sineres toto nos corpore iungi
aut, hoc si nimium est, vel ad oscula danda pateres?
nec sumus ingrati: tibi nos debere fatemur,
quod datus est verbis ad amicas transitus auris.“
talia diversa nequiquam sede locuti
sub noctem dixere ‘vale’, partique dedere
oscula quisque suae non pervenientia contra.
postera nocturnos aurora removerat ignes,
solque pruinosas radiis siccaverat herbas:
ad solitum coiere locum. tum murmure parvo
multa prius questi statuunt, ut nocte silenti
fallere custodes foribusque excedere temptent,
cumque domo exierint, urbis quoque tecta relinquant:
neve sit errandum lato spatiantibus arvo,
conveniant ad busta Nini lateantque sub umbra
arboris: arbor ibi niveis uberrima pomis,
ardua morus, erat, gelido contermina fonti.

---

82 *Lact Plac Comm in Stat Theb III 469*: Ouidius: ‘Solque pruinosas r. s. herbas’.

88 *Scholia in Lucan III 215 Usener*: a rege Nino Assiriorum quem Semiramis ancilla eius occidit et regnauit. Ouidius ‘conueniant [conueniunt *cBern 370 saec X*] ad busta Nini’.

---

72 Inque uicem ς *Hs vulgo olim* **74** nos toto ***e l*** ς *Hs* **75** est *om ccBersmanni et Rhenov, del Hs* ‖ ad *add* h^2 ‖ oscula sola ς, osc. blanda *cMoreti* **77** Quod tutus uerbis ***g***, Quod d. est nobis (uel uotis *sscr*) ***s*** ‖ datus es uerbis *vel* uobis *vel* nobis ς ‖ auris ***N***, aures ***n*** *cett vulgo* **78** nequicquam ς* ς ‖ nequicqu. diuersa ***e*** ς **79** nocte ***h*** ‖ uale/ ***F*** **80** quique (*corr m 2*) ***N*** ‖ suae *i l* F^2 **81** Postea $^{r^2}$ ***e*** ‖ nocturnas—umbras *cBersmanni* ‖ aur. fugauerat *cSenat* **83** coire (*corr m 2*) ***N***, uenere *ccPar et Ursin*, rediere ς *Mscr Diez 148*^{e} ‖ locum (tum murmur *i r m 2*)e ***M*** ‖ locum et ***g*** ‖ tunc *vel* cum ς **84***sq* ut *i r* ***n***, ubi ***g*** ‖ in nocte ***h e*** ς, in (uel sub *sscr*) nocte *cSprotii*, sub nocte ς ‖ temptant ***e h***, tentant ς *R* ‖ statuerunt nocte sequenti ς, statuerunt nocte silenti—foribusque exire paternis *Burm* **86** exierant ς ‖ claustra *ccBonon Berol Dresd Mscr Diez Sant 148*^{e} *Hs*, septa *coni idem* ‖ relinquunt (*corr* ***N***) ***N*** ς **88** *i r* ***N*** ‖ conueniunt (*corr m 2*) ***N*** ‖ conveniantque *versu 87 deleto* (*NJhhb 1888, 266*) *coni Polle* **89** arbor erat ***F*** ‖ celeberrima ς **90** ardua morus erat *in parenth pos Ehwald*

pacta placent; et lux, tarde discedere visa,
praecipitatur aquis, et aquis nox exit ab isdem.
callida per tenebras versato cardine Thisbe
egreditur fallitque suos adopertaque vultum
pervenit ad tumulum dictaque sub arbore sedit.
audacem faciebat amor. venit ecce recenti
caede leaena boum spumantis oblita rictus
depositura sitim vicini fontis in unda.
quam procul ad lunae radios Babylonia Thisbe
vidit et obscurum timido pede fugit in antrum,
dumque fugit, tergo velamina lapsa reliquit.
ut lea saeva sitim multa conpescuit unda,
dum redit in silvas, inventos forte sine ipsa
ore cruentato tenues laniavit amictus.
serius egressus vestigia vidit in alto
pulvere certa ferae totoque expalluit ore
Pyramus; ut vero vestem quoque sanguine tinctam
repperit, „una duos“ inquit „nox perdet amantes.
e quibus illa fuit longa dignissima vita,
nostra nocens anima est: ego te, miseranda, peremi,
in loca plena metus qui iussi nocte venires
nec prior huc veni. nostrum divellite corpus
et scelerata fero consumite viscera morsu,
o quicumque sub hac habitatis rupe, leones!

---

102 *Servii [Sergii] Comment in Donatum (Keil IV 432)*: leo leaena . . . secundum Ovidium mobile est, qui dixit ‘Ut lea saeva—unda’. ‖ *Cledonius Ars (Keil V 41)*: sed et haec lea dicitur: Ovidius libro quarto Metamorphoseos ‘Ut lea saeva—unda’.

---

91 decedere ς *Burm vulgo olim* ‖ uisa est *ccBersm Dresd Senat, quo servato versum 92 del Merkel* 92 at aquis *Bothe* ‖ nox surgit *h e g s* ς *R Mscr Diez Sant 148ᵉ Hs* ‖ hisdem *N F h* 93 Candida *cLeidens*, Callida (uel Candida *sscr*) *cSprotii* ‖ thispe *F* 95 pactaque *cBersmanni* 97 spumantis *N R*, spumantes *n cett vulgo* 98 ad undas *vel* ad undam *vel* in undam ς 99 babılona $^{i^2}$ *F*, babillonia $^{c^2}$ *M* 100 trepido *ex cCantabr Burm vulgo olim* 101 fugit retro uel. *Excerpt Langermanni* ‖ relinquit *N* ς *Burm* 103 sine illa *e* 104 tenuis *R* ‖ laniauit *i r F* 105 Tardius *cCantabr* 107 Pirramus *h l* 108 nox inquit *ccRhenov et Senat Hs vulgo olim* ‖ perdit ς 109 Ex quibus *l* 111 plena metu ς ‖ qui *om* (*add m 2*) *h* ‖ uenire/ (t res *sscr m 2*) *N* ‖ sola uenires *cGronov* 113 *om O, i mg m, i l n* ‖ uiscera dente *l* 114 valle, leones *Hs*

sed timidi est optare necem". velamina Thisbes
tollit et ad pactae secum fert arboris umbram,
utque dedit notae lacrimas, dedit oscula vesti,
„accipe nunc" inquit „nostri quoque sanguinis haustus!"
quoque erat accinctus, demisit in ilia ferrum,
nec mora, ferventi moriens e vulnere traxit
et iacuit resupinus humo: cruor emicat alte,
non aliter, quam cum vitiato fistula plumbo
scinditur et tenui stridente foramine longas
eiaculatur aquas atque ictibus aera rumpit.
arborei fetus adspergine caedis in atram
vertuntur faciem, madefactaque sanguine radix
purpureo tingit pendentia mora colore.
ecce metu nondum posito, ne fallat amantem,
illa redit iuvenemque oculis animoque requirit,
quantaque vitarit narrare pericula gestit;
utque locum et visa cognoscit in arbore formam,
sic facit incertam pomi color: haeret, an haec sit.
dum dubitat, tremebunda videt pulsare cruentum
membra solum, retroque pedem tulit oraque buxo
pallidiora gerens exhorruit aequoris instar,
quod tremit, exigua cum summum stringitur aura.
sed postquam remorata suos cognovit amores,
percutit indignos claro plangore lacertos

---

115 *om* ***h*** ‖ thisbe(s *add m 2*) ***M***, thispes ***F** **116** se confert *cBas* **117** n(o *i r m 2*)tae ***M** **118** haustum *cDresd R* **119** *sic* ***O*** ς, dimisit *cett*, demittit *Hs vulgo olim* **120** traxit euulnere (*corr*) ***F** **121** Vt iac. ***e*** *Hs vulgo* ‖ humi ς *Hs vulgo olim* **122** qua (*corr m 2*) ***l*** ‖ quam si ***s*** **123** tenuis ς, tenues—longe ς *Hs et de Ov poet p 108 Hartman*, tenui—longe *cRhenov* **124** Etaculatur ***F*** **125** aram ***N*** **127** Puniceo *vel* Poeniceo ς ‖ tinguet ***N***, tin(x *i r m 2*)it ***h***, tinxit ***l*** ς ‖ c(o *i r m 2*)lore ***M***, rubore ***h*** ς **128** posito nondum ***h*** ‖ ne/(c *eras*) ***M*** **130** **129** (*corr*) ***h*** **131** uisa ***M*** *Merkel*, uersam ς *Hs vulgo olim*, uisam *cett* ω *Jahn* ‖ et veram *Waddel*, et rigua *Merkel*², et versa *Postgate* ‖ cognovit ***l*** ς *Hs* ‖ utque l. et versam cognoscit in a. formam, (sic f. i. p. color) haeret an haec sit *p 108 Hartman, item* (*nisi quod mavult* iussam) *Fr Vollmer* **132** in(cer *i r m 2*)tam—(he *i r m 2*)ret ***F*** ‖ e/ret ***N***, erret ***e***, errat ***h g*** ς **133** (D *i r*)um ***M*** ‖ pussare (*corr m 2*) ***F*** (c *i r m 2*)entum ***h*** **134** tetroque ***l*** ‖ ora ***e*** **135** *i r m* ‖ rigens exhorruit *Hs* **136** fremit ***M l g*** ς *Jahn*, (tre *i r m 2*)mit ***N*** **137** memorata ς **138** Perculit ς ‖ claroque ***l***

et laniata comas amplexaque corpus amatum
vulnera supplevit lacrimis flettumque cruori
miscuit et gelidis in vultibus oscula figens
„Pyrame“ clamavit „quis te mihi casus ademit?
Pyrame, responde! tua te, carissime, Thisbe
nominat: exaudi vultusque attolle iacentis!“
ad nomen Thisbes oculos a morte gravatos
Pyramus erexit visaque recondidit illa.
quae postquam vestemque suam cognovit et ense
vidit ebur vacuum, „tua te manus“ inquit „amorque
perdidit, infelix! est et mihi fortis in unum
hoc manus, est et amor: dabit hic in vulnera vires.
persequar extinctum letique miserrima dicar
causa comesque tui; quique a me morte revelli
heu sola poteras, poteris nec morte revelli.
hoc tamen amborum verbis estote rogati,
o multum miseri meus illiusque parentes,
ut quos certus amor, quos hora novissima iunxit,
conponi tumulo non invideatis eodem;
at tu quae ramis arbor miserabile corpus
nunc tegis unius, mox es tectura duorum,
signa tene caedis pullosque et luctibus aptos
semper habe fetus, gemini monimenta cruoris!“

---

139 complexaque ς *R* ‖ amantis *s* 140 lacrimis suppleuit *h* ‖ compleuit ς, sublevit *Adv cr I 25 Madvig* ‖ cruor(i *ex* e *m 2*) *F*, cruore *l* 141 fingens ς 142 *i mg N* 143*sq* responde *i r N m* ‖ carissime *scripsi post Heinsium cum F* ς, carissima *cett ω Plan vulgo* ‖ tispe *F* 144 iacentis *N* iacentes *n cett vulgo* 145 thispes *F* ‖ a morte (*cf XI 130 XIV 15*) *N Ehwald*, in morte *M F l g A*, iam morte *h e s* ς *RV vulgo* 146 Pirramus *l* 149*sq* unam *h*, un(a *i r m 2*) *F* ‖ Hoc manus *F* ς *A Plan Hs vulgo*, He(ae)c *cett RV* ‖ in unam Me manus *Hs*, in usus hos manus *Schepperus*, in usum hunc m. *Francius* ‖ est *s l m* ‖ et amor$^{mi^2}$ *N* ‖ hic *s l* h^2 ‖ uulnere *s* 151 Prosequar *probante Burm ccSixian et Dresd* 152 rebelli (*corr m 2*) *N* 153 *om N F, i mg N* F^2 154 Hoc tamen *N F* ς *vulgo*, Haec tamen ς, His (*sed* s *i r h*) tamen *M h l* ς *ω*, Hec (t hoc *sscr m 2*) tam. *e*, Uos tamen ς 155 *sic F e* ς *vulgo* ‖ miseri mei// (t us *pallido atram sscr*, us *eras videtur*) *M*, miseri(que *add m 2*) mei/ (i *ex* us *per ras*) *N*, miserique mcii lliusque$^{h^2}$ *h* ς *ω*, miseri nostri ill. *l*, miseri nostrique illiusque *s* 156 c(ertu *i r*)s ora *M*, certus *i mg m*, serus *cMoreti Gierig* 159 mox est *F* 160/189 *exstant* (*sed dimidia pars folii ita abscisa est, ut in folio recto initia versuum, in fol verso paucae litt finales supersint*) *in* τ 160 caedis et pullos luctibus *N*, caedis et pullosque et *l* 161 momenta *F*

dixit et aptato pectus mucrone sub imum
incubuit ferro, quod adhuc a caede tepebat.
vota tamen tetigere deos, tetigere parentes;
nam color in pomo est, ubi permaturuit, ater,
quodque rogis superest, una requiescit in urna.'
Desierat, mediumque fuit breve tempus, et orsa est *Venus et Mars.*
dicere Leuconoe; vocem tenuere sorores. *Leucothoe.*
'Hunc quoque, siderea qui temperat omnia luce, *Clytie.*
cepit amor Solem: Solis referemus amores!
primus adulterium Veneris cum Marte putatur
hic vidisse deus: videt hic deus omnia primus.
indoluit facto Iunonigenaeque marito
furta tori furtique locum monstravit. at illi
et mens et quod opus fabrilis dextra tenebat
excidit: extemplo graciles ex aere catenas
retiaque et laqueos, quae lumina fallere possent,
elimat (non illud opus tenuissima vincant
stamina, non summo quae pendet aranea tigno),
utque levis tactus momentaque parva sequantur
efficit, et lecto circumdata collocat arte.
ut venere torum coniunx et adulter in unum,
arte viri vinclisque nova ratione paratis
in mediis ambo deprensi amplexibus haerent.

---

172 *Fulgent Mitol II fab VII Helm*: uirtus corrupta libidine sole teste apparet, unde et Ouidius in [quinto *Marc*] metamorfoseon ait: 'Uidit [uidet *G*] hic deus omnia primus'.

178 elimat—vincant] *citat haec Mico (Traube PL aev Car III 284) in Opere prosodiaco 133, cf ad I 37.*

---

164 suos tetigere *Hs* **166** rogis *i r m* ‖ urna r. in una *N* ‖ requiscit (*corr m 2*) *l*, requieuit ς **168** leuconœ ς *L Plan Hs vulgo*, leucotœ *ex* levcon°e (o *sscr m 1*, u t *a m 2*) *F*, leucot(h)œ *O e l* ς *ω*, leucothœn *m*, leuothœ (th *ex corr*) *h*, Leucippe *Riese* **170** Cœpit—re/feremus (f *eras*) *M*, referamus *F h* ς *ω* **172** /hic (S *eras*) *M* **176** ext(e *i r m 2*)mplo *N*, extimplo (*sic saepe*) *τ F e l* ‖ gra(ci *i r m 2*)les *F* **177** qui—possint ς *Hs vulgo olim* ‖ /lumina (f *eras*) *M* **179** nec summo *e* ‖ aranea (a *prius i r, alterum ex* o)—tiṇgno *M* ‖ aragnea *h* ‖ tighno *F* **180** Ė Vtque (V *a m 2*)—lebes (*corr m 2*) *M* ‖ leuis *N*, leues *cett vulgo* ‖ seqntur *l* **181** arte *scripsi* (*cf Pr SG 1887, 6*) *cum M F l g h* ς (*abscisum in τ*), *τέχνῃ Plan*, arte (*sed sub* r *nescio quae litt evanida*) *N*, apte *e* l^2 *m n* ς *ω vulgo*, alto *Hs* **182** Et uenere *M* ‖ thorum (t locum *sscr m 2*) *e* **184** deprehensi *l*

Lemnius extemplo valvas patefecit eburnas
inmisitque deos: illi iacuere ligati
turpiter, atque aliquis de dis non tristibus optat
sic fieri turpis: superi risere, diuque
haec fuit in toto notissima fabula caelo.
Exigit indicii memorem Cythereia poenam
inque vices illum, tectos qui laesit amores,
laedit amore pari. quid nunc, Hyperione nate,
forma colorque tibi radiataque lumina prosunt?
nempe tuis omnes qui terras ignibus uris,
ureris igne novo; quique omnia cernere debes,
Leucothoen spectas, et virgine figis in una,
quos mundo debes oculos. modo surgis Eoo
temperius caelo, modo serius incidis undis,
spectandique mora brumalis porrigis horas.
deficis interdum, vitiumque in lumina mentis
transit et obscurus mortalia pectora terres.
nec, tibi quod lunae terris propioris imago
obstiterit, palles: facit hunc amor iste colorem.
diligis hanc unam; nec te Clymeneque Rhodosque
nec tenet Aeaeae genetrix pulcherrima Circes
quaeque tuos Clytie quamvis despecta petebat
concubitus ipsoque illo grave vulnus habebat

---

185 extimplo *F N l* 186 Immisitque *M Ehwald*, Admisitque *m cett ω vulgo* 187 ast aliquis *Bothe* ‖ dedis *M* ‖ optet *ccMoreti et Vratisl, ηὔξατο ἄν Plan* ‖ atqui aliquis — optet *Hs* 188 fieri tristis *ς* 190 indiciis *vel* indicio *Hs* ‖ cytheria (*corr m 2*) *M*, citharcia *l*, cytherea *e* 191 qu(i *ex* e *m 2*) lesit *F*, quia lesit *e* 192 /Laedit (L *a m 2*, C *eras videtur*) *M*, Lesit *F g* ‖ nunc *om F* 193 calorque *l ς Hs* ‖ radiataque (ł radiantia *sscr m 2*) *M*, laudataque *N*, radiantia *h* 196 Leucotœn *F*, Leuconœn *h*, Leucotheen *ς Hs vulgo olim* 198 Temperius *F ς* ς*, Temporibus (*corr m 2*) *M*, Temp(o *i r*)rius *N*, Temporius *ς* R *V* 199 que *om M* ‖ brumalis *N*, brumales *n cett vulgo* 201 obscur(us *ex* i *m 2*) m. corpora *e*, ł pectora *sscr* e^2 203 Obsistit *e* ‖ amor ipse *e g p ς* 204 hanc solam *e ς* ‖ climineque *F*, clime neque *M*, hanc solam . nec nec clymeneque *e* ‖ clymeneue rhodosue *ς Burm* 205 *sic ς ω vulgo* ‖ tenet & ceae *M*, tenet (eeno *i r m 2*) *N*, ęęę genitrix *e* ‖ eoę *i r* (*vocab ab* a *incipiens eras*) F^2, eœ *h l* ‖ *τῆς ἑῴας Κίρκης Plan* 206 clicie quamquam *l* ‖ geitie *g* ‖ tenebat (ł petebat *sscr m 2*) *e* 207 ipsosque *e l ς* ‖ habebas *e ς* ‖ ips(a *ex* o *m 2*)que — habebas (*corr m 2*) *F* ‖ Concubitus; quaeque [ipso *supplendum videtur*] illo g.

tempore: Leucothoe multarum oblivia fecit,
gentis odoriferae quam formosissima partu
edidit Eurynome; sed postquam filia crevit,
quam mater cunctas, tam matrem filia vicit.
rexit Achaemenias urbes pater Orchamus isque
septimus a prisco numeratur origine Belo.
Axe sub Hesperio sunt pascua Solis equorum.
ambrosiam pro gramine habent: ea fessa diurnis
membra ministeriis nutrit reparatque labori.
dumque ibi quadripedes caelestia pabula carpunt
noxque vicem peragit, thalamos deus intrat amatos,
versus in Eurynomes faciem genetricis, et inter
bis sex Leucothoen famulas ad lumina cernit
levia versato ducentem stamina fuso.
ergo ubi ceu mater carae dedit oscula natae,
„res“ ait „arcana est: famulae, discedite neve
eripite arbitrium matri secreta loquendi!“
paruerant, thalamoque deus sine teste relicto
„ille ego sum“ dixit, „qui longum metior annum,
omnia qui video, per quem videt omnia tellus,
mundi oculus. mihi, crede, places!“ pavet illa metuque

---

vulnus habebat *Burm*, conc. tuque ipse illo—habebas *ap Bothium* (*Vind p 179*) *JHVoss*, conc. ipsoque animis *vel* ipsoque nimis grave v. alebat *Bothe*, conc. ipsoque animi gr. v. habebat *Bach. cf 234* **208** Leucothee (*cf ad 196*) ς *Hs* **209** adorifere ***M*** **210** eurimone ***F h l*** ς, euridome ***g***, eminone ***s***, hermione *R*, *εὐνομίη cod Par 2849 Planudis* **211** uincit ***l*** ς *Hs*, ui/cit (n *eras*) ***e*** **212** (R *ex* T)exit ***M*** ‖ achamenias ***M l***, achi(y)menias ***h e*** ‖ urbis *R* ‖ isque *postea add* ***h*** ‖ Orchamus, ipse *Riese* **213** a prisca numeratur (ł tus *sscr* ***n***) o. beli (li *i r* ***n***, belli *videtur fuisse*) ***N s*** ς, a prisci n. o. beli ς ‖ narratur ***g*** ‖ be/lo ***e***, bolo (*corr m 3*) ***l*** **215** quae fessa *cSprotii* **217** *sic* ***M***, quadrupedes (u *alterum ex* y ***n***) *cett vulgo* ‖ gramina pascunt *cBersmanni* **218** uices ***s*** ‖ amatus (*corr*) ***l*** **219** eurimones ***F l***, ^{u}erimones ***h***, ęrynomes ***e***, heusimenes ***s*** ‖ genitricis ***F e l*** ς **220** Leucotheen *Hs vulgo olim* ‖ limina *cSenat* **221** Le(n *ex* u)ia ***N***, Lenia ς, Mollia *cGronov* ‖ Uersato lenia ***h***, tenuia versato *Hs* ‖ ducentem pollice fila *Mscr Diez Sant 148*^{e} **222** cære$^{a^2}$ ***F*** **224** Arripite ***F e l*** ς *Hs*, Abripite ***h*** ς ‖ m(atri *i r m 2*) ***F*** ‖ loquenti ***M h*** *ccGoth et Urb Hs* **225** Paruer̄ (= Paruerunt) ***l***, Paruerunt *cNoricus Hs* ‖ relicto^{s} (o *ex corr*) ***M***, relictus (*corr* ***l***^{2}) ***l*** ς *VA* **226** emet(c)ior ***F l*** ς **227** *om* ***O***, *i mg* ***m***, *i l* ***n*** **228** ocul(u *ex* i *i r m 2*)s ***N*** ‖ pauet (*i mg m 2*) *om* ***M*** ‖ mundi oculis, mihi *Hs*, mundi oculo, mihi *Bentley*

et colus et fusi digitis cecidere remissis.
ipse timor decuit! nec longius ille moratus
in veram rediit faciem solitumque nitorem;
at virgo quamvis inopino territa visu
victa nitore dei posita vim passa querella est.
Invidit Clytie (neque enim moderatus in illa
Solis amor fuerat) stimulataque paelicis ira
vulgat adulterium diffamatumque parenti
indicat. ille ferox inmansuetusque precantem
tendentemque manus ad lumina Solis et „ille
vim tulit invitae“ dicentem defodit alta
crudus humo tumulumque super gravis addit harenae.
dissipat hunc radiis Hyperione natus iterque
dat tibi, qua possis defossos promere vultus.
nec tu iam poteras enectum pondere terrae
tollere, nympha, caput corpusque exsangue iacebas.
nil illo fertur volucrum moderator equorum
post Phaethonteos vidisse dolentius ignes.
ille quidem gelidos radiorum viribus artus
si queat in vivum temptat revocare calorem;

243*sq Priscianus IX 36* (*Keil II p 472*) sic ergo ‘necui nectum’ fecit. Ovidius in IIII metamorphoseon: ‘Nec tu iam poteras enectum pondere terrae Tollere, nympha caput.

---

229 fusi (*cf ars I 695*) ***O p g*** ς, fusus ***m*** *cett vulgo* ‖ et color et fusi (*coll II 601*) *ap Fabrum ep II 71 Schepperus* 230 docuit ***F*** ‖ ille remotus ***l*** 231 faciem (*cf XIV 506*) ***N F e s*** ς *vulgo*, speciem ***M h l g*** ς *VA Korn* ‖ uigorem *cBersm*, decorem *cSenat*, n(i *ex* e *m 2*)torem ***M***, decorem (ł nitorem *sscr m 2*) ***e*** 233 /uicta (u *a m 2*) ***M*** ‖ dei est posita—querela ***e*** ‖ passa est quer. ***l*** 234 clitiae ***M***, clyciae ***F***, clicie (ł geitie *sscr g*) ***h l g*** ‖ in illam ***e*** ς ‖ minus acer in illa *HAKoch* 236 diffamatamque *Hs* 237 pauentem (uel precantem *sscr*) *cSprotii* 239 diffodit ς 240 *i mg* ***N***, *in imo mg iterauit* ***n*** ‖ homo ***M*** tumlū/que (s *eras*) ***F*** ‖ grauis super addit ***F*** ς ‖ grauem superaddit ς *cVoss* 241 diuidit *cPalat*, dissecat *Bach* ‖ iterque *i r* e^2 242 qua ***M h***, q(*i r sscr m 2*) ***F*** ‖ passis (*corr*) ***h***, defossos quo posses ***p***, quo fossos possis depromere ς, quo possis defossos (defessos *alii*) *cett* ω *Hs vulgo* 243 enectum ***N F*** ς* ς *Prisc*, en e/tum (e *eras*) ***M***, er ec tum *inde* ***m***, eiectum (ł erectum *sscr m 2*) ***e***, deiectum *vel* euectum *vel* depressum *alia* ς 244 niphę ***F*** 245 Non illo ***h*** 246 Phaethonteos ς *Plan* ω *vulgo*, phet(h)onteos ***O F g*** ς, phetanteos ***h***, phetontiados ***l***, phetontheos ***e***, Phaetontiacos *Hs* 247 gelidis (*corr m 2*) ***M*** 248 uiuos—calores ***s*** ‖ tentet *cGenevensis Hs vulgo olim* ‖ colorem *cBersmanni VA*

sed quoniam tantis fatum conatibus obstat,
nectare odorato sparsit corpusque locumque,
multaque praequestus „tanges tamen aethera“ dixit.
protinus inbutum caelesti nectare corpus
delicuit terramque suo madefecit odore;
virgaque per glaebas sensim radicibus actis
turea surrexit tumulumque cacumine rupit.

At Clytien, quamvis amor excusare dolorem
indiciumque dolor poterat, non amplius auctor
lucis adit Venerisque modum sibi fecit in illa.
tabuit ex illo dementer amoribus usa
nympharum inpatiens et sub Iove nocte dieque
sedit humo nuda nudis incompta capillis

---

252 *sq Priscianus IX 41 (Keil II p 477)*: ergo ‘liqueo licŭi’ et ‘langueo langŭi’ pares habent in praeterito et in praesenti syllabas, corripiunt enim paenultimas praeteriti, idque usus comprobat. Ovidius in VI [*291*] metamorphoseon: ‘Inposito fratri moribunda [moribundo *GLK*] relangŭit ore’. idem in IIII: ‘nectare corpus Delicuit’ [*sic H² Lips 1 Erl 2*, deliguit *H*, dilicuit *cett*]. idem in VII [*381*]: ‘Delicuit [*sic H*, dilicuit *cett*] stagnumque suo de nomine fecit’. ‖ *ib IX 55 (Keil p 491)*: ‘liqueo licui’, ex quo ‘liquesco’ inchoativum. Ovidius in IIII metamorphoseon: ‘Protinus inbutum—Delicuit [*sic R*, Dilicuit *BDHGLK*] terramque suo madefecit [malefecit *GLK*] odore.

---

249 fatum tantis *e*, vanis fatum *Hs* ‖ cona/tibus (n *eras*) *N* **250** adorato (*corr*) *M*, odorifero ς ‖ spargit ς *Hs vulgo* **251** post questus *l*, p̀ questus (̀ *a m 2*, p̀ *alias* = post) *F*, perquestus (*post* per *ras h*) *h e* ς, conquestus *mg ed Vincent 1555* **253** Delicuit *N e* ς *ω vulgo*, Delituit (t *prius ex* c *m 2*, c *eadem sscr*) *F*, Delituit (ŧ cuit *sscr m*) *M h l* ς, Dilicuit *plerique codd Prisciani Merkel²*. *sed cf Thesaur LL sub voce* ‖ made/$^{\text{fe}^2}$ cit (madescit *fort fuit*) *F* **254** rad. auctis *cThuan* **255** (T *i r m 2*, A *eras*)urea *M* **256** Ad^{ŧ} At^{2} *e* ‖ clytiem *e*, clitiem *M*, clicien *N l*, glicien *g* **257** Iudiciumque (*corr m 2*) *M* **258** in illam *e* **260** Ny(i)mpharum inpat(c)iens *m n e h* ς *ω vulgo*, Nymph. patiens$^{\bar{\text{i}}^{1}}$ *F*, Nimpharum patiens *O l* ς, Nimpharum paciens$^{\bar{\text{i}}^{2}}$ *cLeidVoss 51*, nimborum patiens *cZulichemianus*, *et e coni Bentley*, Siluarum inpatiens ς ‖ lymphatum patiens *Spengel*, nympha operum inpatiens *Adv cr II 82 Madvig*, nymphaei imp. *Merkel¹*, nympha parum pat. *Merkel²*, nympha larum inp. *Zingerle*, Lympharum inpat. *unus Heinsianus et e coni Leipzig St VII 271 Holland*, nympha sui inpat. *Bull des Human Franç 1894 No 1 Tournier* ‖ *Desinit in hoc versu folium antiquum codicis F, sequuntur duo folia recentia (IV 261/701) = f* **261** ″nuda ″humo *h* ‖ uiridis incompta *cGronovii*, madidis inc. *ed Vincent JH Voss*

perque novem luces expers undaeque cibique
rore mero lacrimisque suis ieiunia pavit
nec se movit humo: tantum spectabat euntis
ora dei vultusque suos flectebat ad illum.
membra ferunt haesisse solo, partemque coloris
luridus exsangues pallor convertit in herbas;
est in parte rubor violaeque simillimus ora
flos tegit. illa suum, quamvis radice tenetur,
vertitur ad Solem mutataque servat amorem.'

Dixerat, et factum mirabile ceperat auris;
pars fieri potuisse negant, pars omnia veros
posse deos memorant: sed non et Bacchus in illis.

Salmacis. Poscitur Alcithoe, postquam siluere sorores.
quae radio stantis percurrens stamina telae
'vulgatos taceo' dixit 'pastoris amores
Daphnidis Idaei, quem nymphe paelicis ira
contulit in saxum (tantus dolor urit amantes);
nec loquor, ut quondam naturae iure novato
ambiguus fuerit modo vir, modo femina Sithon.
te quoque, nunc adamas, quondam fidissime parvo,

---

275 *Eberhardus Bethuniensis Graecism X 65 Wrobel*: Quae stantis strigilis [strigili *lege*] perc. stamina telae.

279 *sq Conr de Mure p 266 ed Bas*: Nec loquar—fuerat modo—femina Sithon.

281 *sq ib p 118*: Te quoque—fidissime paruo Cerine (*sic*), Ioui.

---

262 decem menses *cBersmanni* 263 meo r^2 ***M*** ‖ pascit (ł pauit *sscr m 2*) ***e*** 264 *sq* spectauit ***l*** ‖ eunt(is *i r m 2*) ***N***, eunti(s *add m 2*) ***M***, euntem ore diem *ccCantabr et Bersmanni* 265 *i mg* ***N*** ‖ d(ei *i r m 2*) ***M*** 266 hesise (*corr m 2*) ***h*** ‖ partesque ***s*** ‖ partemque doloris *Mnemos 1894, 60 Damsté* ‖ *versum 267 corruptum esse putat Vollmer* 268 in/parte ***M*** 269 illa sua ***N*** 271 miserabile ς *cSprotii* ‖ auris (ł omnes ł aures *duabus manibus sscr* ***n***) ***N***, omnes ***m g*** ς *cSprotii*, aures ***M*** *cett. vulgo* 272 uero(s *add m 2*) ***M*** 273 non et ***O e g l*** ς *ω Hs*, non est ***h n f*** l^2 ς *Jahn*, non es ***s*** 274 Alcathoe *citat ad Hor c I 32, 1 Bentley, Ἀλκοθόη Plan* 275 percurr(e *i r m 2*)n(s *i r m 2*) ***N*** 276 amoris ***f*** 277 Daphnidi sidaei (*corr m 2*) ***M***, Daphnidis dei ***f*** ‖ Dāpnidis ***h l***, Dapnydis ***e*** ‖ nymphae ***M*** ς, *δν ἡ κατά τινος νύμφης μοιχαλίδος ὀργὴ εἰς λίθον μετήνεγκεν Plan* ‖ Idaeae—paelicis *Hs* 278 Transtulit ς ‖ amantem ***f*** 279 (N *i mg m 2*) Ec—quandam (*corr*) ***M*** ‖ loquar ***f*** *Conr de Mure* 280 fuerat ***l*** ς *Conr de Mure*, fieret ς ‖ phiton ***g***, siton ς, scython ς *VA post Micyllum Hs* 281 adama/s (n *eras*) ***M*** ‖ parue ***N***

Celmi, Iovi largoque satos Curetas ab imbri
et Crocon in parvos versum cum Smilace flores
praetereo dulcique animos novitate tenebo.
unde sit infamis, quare male fortibus undis
Salmacis enervet tactosque remolliat artus,
discite! causa latet, vis est notissima fontis.
Mercurio puerum diva Cythereide natum
naides Idaeis enutrivere sub antris;
cuius erat facies, in qua materque paterque
cognosci possent; nomen quoque traxit ab illis.
is tria cum primum fecit quinquennia, montes
deseruit patrios Idaque altrice relicta
ignotis errare locis, ignota videre
flumina gaudebat studio minuente laborem.
ille etiam Lycias urbes Lyciaeque propinquos
Caras adit: videt hic stagnum lucentis ad imum
usque solum lymphae; non illic canna palustris
nec steriles ulvae nec acuta cuspide iunci:
perspicuus liquor est; stagni tamen ultima vivo
caespite cinguntur semperque virentibus herbis.
nympha colit, sed nec venatibus apta nec arcus
flectere quae soleat nec quae contendere cursu
solaque naiadum celeri non nota Dianae.
saepe suas illi fama est dixisse sorores:

285*sq* *Conr de Mure ed Bas p 255*: 'Unde sit infamis, quare male sontibus—remolliat artus' || *Johann Saresb Policrat V 10 (I p 329)*: fons Salmacis infamia mollitiei insignis.

---

282 Celmi *esse in ccBerol et Rhenov testatur Jahn*, 'Celmi *videtur reponendum, quomodo et Scaliger in ora codicis sui notarat*' *Hs*, Celme ***A L ω*** *Plan*, Cerine *Conr de Mure* || satus ***f l*** || curetes ***l***, eurethas ***f*** || ab imbre ***g ς*** 283 T(e *om*) crocon ***M*** || crocon *i r* h^2, crocum ***l*** || smilace ***ς*** *A Regius*, Similicace *V*, mi(y)lace ***O l e g ς*** *L Plan*, conmilace ***p***, salmace (*i r* h^2) ***f*** h^2, milase ***s***, micale *cSprotii* || in patrios—flores (*i e patriae suae, Ciliciae*) *ad Sen Troad 594 Bothe* 284 praetere(o *i r m 2*) ***M*** 285*sq* male sontibus *Conr deMure* || unde sit, ut famosa mares m. f. u. Salmacis enervet *ap Fabrum (II epist 71) Schepperus* || quasi si male *Bentley* 286 tactuque *cThuan*, tactosque emolliat ***f s*** *cSprotii* 288 cythereid(e *ex* a *m 2*) ***M***, cithareide ***l*** 289 Nayades ***f***, Naiades ***ς*** 295 labores ***ς*** 296 propinquas (ł quos *sscr* e^2) ***h e ς*** *R* 297 Carras ***ς**** ***f g ς*** 298/803 *exstant in* ***β*** 298 nymphae (ł l *sscr* ***m***) ***β*** ***M***, limphę$^{\text{ł nim}^2}_{\text{a}^2}$ ***e*** || palastris (*corr*) ***β*** 299 Non steriles ***e ς*** || acute (*corr*) ***β*** 304 naydum ***N*** || non vota *Hs*

„Salmaci, vel iaculum vel pictas sume pharetras,
et tua cum duris venatibus otia misce!“
nec iaculum sumit nec pictas illa pharetras
nec sua cum duris venatibus otia miscet,
sed modo fonte suo formosos perluit artus,
saepe Cytoriaco deducit pectine crines
et, quid se deceat, spectatas consulit undas;
nunc perlucenti circumdata corpus amictu
mollibus aut foliis aut mollibus incubat herbis;
saepe legit flores. et tunc quoque forte legebat,
cum puerum vidit visumque optavit habere.
nec tamen ante adiit, etsi properabat adire,
quam se conposuit, quam circumspexit amictus
et finxit vultum et meruit formosa videri.
tunc sic orsa loqui: „puer o dignissime credi
esse deus, seu tu deus es, potes esse Cupido,
sive es mortalis, qui te genuere, beati
et frater felix et fortunata profecto,
siqua tibi soror est, et quae dedit ubera nutrix:
sed longe cunctis longeque beatior illa,
siqua tibi sponsa est, siquam dignabere taeda!
haec tibi sive aliqua est, mea sit furtiva voluptas,
seu nulla est, ego sim, thalamumque ineamus eundem!“
nais ab his tacuit. pueri rubor ora notavit
(nescit enim, quid amor), sed et erubuisse decebat.

307/08 *om* ***h****, v 308 i mg add* h^2 **307** *i r* ***N*** ‖ miscet *(corr m 3)* β **308** Non iaculum *e* h^2 ς **308/09** *om* β, *i l add* β^3 ‖ Non sua ***f*** **310** suos ***e*** ‖ proluit ***l*** ς, abluit ***s*** **311** cytoriaco *ccPar et Rhenov Regius vulgo,* cy(i)theriaco β ***g*** ς *Plan* ω, cythariaco ***N f***, cyth(æ *ex corr, fort m 1*)riaco ***M***, cithareaco ***h***, citharaico ***l***, chyteryaco ***e*** ‖ diducit *Scaliger* **312** Et quod ***h*** **316** *del Hs* ‖ optabat ***N*** **317***sq* etsi — conposuit *del (cf Opp V 310 Ritschl) Gruppe* ‖ Non tamen ***e h*** ‖ etsi(c *eras*) ***N*** **318** Qui se comp. ***f*** ‖ circumspectet ***N*** **319** fingit ***l*** **320** Tunc ***M h f*** ς *Hs,* Tum *cett Bothe* ‖ puero (*corr n*) β ***N*** ‖ dignis-
o^2
sima β ‖ puer/ dignissim(e *i r m 2*) ***M*** **322** es — beati *i r* ***N*** **323** frater *ccBas Medic et Noric Hs vulgo,* frater *i r* (mater *fuit*) l^3, mater ***A*** ω *Plan* **325** Se(d *i r m 2*) ***M*** ‖ beatior (*i r* h^2) illa est ***h l*** ς ω, potentior illa est (ł beatior *sscr* e^2) ***e*** ς, cunctis cunctisque potentior illis *cBoschianus,* cunctis longeque potentier illis *Hs vulgo olim* **326** Est siqua ***f*** **328** Sed nulla β ***M***, si ea n. β^3, ł si ł seu *i mg* ***m***, Si nulla ***N*** ς **329** ab iis ***f*** **330** Nescit quid sit amor ς^* ***f*** ς ‖ ora not. Nescia quid sit amor *Excerpta Calandrae Const Fanensis* ‖ et *om* ***h l*** ‖ erubuisset *(corr m 3)* β

hic color aprica pendentibus arbore pomis
aut ebori tincto est aut sub candore rubenti,
cum frustra resonant aera auxiliaria, lunae.
poscenti nymphae sine fine sororia saltem
oscula iamque manus ad eburnea colla ferenti
„desinis? an fugio tecumque“ ait „ista relinquo?“
Salmacis extimuit „loca“ que „haec tibi libera trado,
hospes“ ait, simulatque gradu discedere verso,
tum quoque respiciens, fruticumque recondita silva
delituit flexuque genu submisit. at ille,
scilicet ut vacuis et inobservatus in herbis,
huc it et hinc illuc et in adludentibus undis
summa pedum taloque tenus vestigia tingit;
nec mora, temperie blandarum captus aquarum
mollia de tenero velamina corpore ponit.
tum vero placuit, nudaeque cupidine formae
Salmacis exarsit: flagrant quoque lumina nymphae,
non aliter quam cum puro nitidissimus orbe
opposita speculi referitur imagine Phoebus;
vixque moram patitur, vix iam sua gaudia differt,
iam cupit amplecti, iam se male continet amens.

---

331 arbore (po *i r m 2*)mis ***N***, arb. malis (*sed cf III 483*) ***e h p ς R*** **336** *sic* (*cf Thes II p 4, 47*) *cum optimis libris Hs, signum interr alterum pos idem* ‖ Desinis an ***β M ς V***, Des. aufugio (t *sscr m 2*) ***N***, Des. aut fugio ***ς* f ς*** *Jahn vulgo* ‖ que *om* ***f*** **337** traddo ***N***, tradum ***p*** **338** simul atque (*corr*) ***β*** **339** Tunc quoque ***h*** **340** Delicuit *R* ‖ flexuque *ad Lucr p 263 Lachm*, flexoque (*supra* o *rasura*, flexoque *videtur fuisse*) ***N***, flexaque ***β***, flexoque ***M ς* f ς VA***, flexumque ***g ς R*** *vulgo olim*, flexumque (uel flexoque *sscr*) ***s***, *τὰ γόνατα κάμψασα Plan* **341** Scilicet ut uacuis et inobs. ***β*** *cSenat R Merkel*, Scil. (Siclicet *V*) ut uacuus (is *ex* us *per ras* ***M***) et inobs. ***O e ς V***, Scil. ut uacuis (et *om*) inobs. ***h***, Vt puer ut uacuus et (ut ***f***) inobs. ***l f*** *Plan*, Vt puer ut uacuis et inobs. ***ς***, Vt puer et uacuus et inobs. ***ς***, At puer ut (*vel* et) uacuis (*vel* uacuus) et inobs. ***ς***, Ut puer et uacuis et inobs. *ed Colon 1564*, et puer et vacuus et inobs. *Bersmannus*, ut puer et uacuis ut inobs. *Hs vulgo olim*, ut puer, ut vacuis non obs. *p 109 Hartman* **342** Huc it nunc illuc *cSprotii* **343** talo(que *i r m 2*)// ***M*** **344** bland(ar *i r m 2*)um ***h*** **345** corpora (*corr m 3*) ***M*** **346** placuit ***β M R*** *Korn*, stupuit (*i r* ***n***, placuit *sscr m 3*) ***n ς* ς*** *vulgo olim*, ostupuit ***f***, obstupuit *Hs* ‖ uisaeque ***ς*** ‖ formae] fuime (*vel* furme *?*) ***l*** **347** flagrat (*corr m 2*) ***l*** ‖ nymphae(e) ***N h f ς***, nymphes ***e l ς***, nymphis ***β***, nymphi/(s *eras*) ***M***, flagrat—nymphe (*cf XIV 847*) *cLeidens* **349** re/feritur (f *eras*) ***M***, refertur ***l ς*** ‖ Phœbus] *sic* (*non* Phœbi) *cum cett* ***β*** **350** uix et sua ***s*** ‖ (di *i r*)ffert ***N***

ille cavis velox applauso corpore palmis
desilit in latices alternaque bracchia ducens
in liquidis translucet aquis, ut eburnea siquis
signa tegat claro vel candida lilia vitro.
„vicimus et meus est!“ exclamat nais et omni
veste procul iacta mediis inmittitur undis
pugnantemque tenet luctantiaque oscula carpit
subiectatque manus invitaque pectora tangit
et nunc hac iuveni, nunc circumfunditur illac:
denique nitentem contra elabique volentem
inplicat, ut serpens, quam regia sustinet ales
sublimemque rapit: pendens caput illa pedesque
adligat et cauda spatiantes inplicat alas;
utve solent hederae longos intexere truncos,
utque sub aequoribus deprensum polypus hostem
continet ex omni dimissis parte flagellis.
perstat Atlantiades speratagque gaudia nymphae
denegat, illa premit commissaque corpore toto
sicut inhaerebat, „pugnes licet, inprobe“ dixit,
„non tamen effugies! ita di iubeatis! et istum
nulla dies a me nec me deducat ab isto!“
vota suos habuere deos; nam mixta duorum
corpora iunguntur, faciesque inducitur illis

354*sq* . 358 *cf Martialis IV 22, 4—5 et 8.*

---

352 caui(s *i r m 2*) ***M*** ‖ a plauso ***f h*** ‖ applauso pectore ς *Hs* **353** brachia iactans (uel ducens *sscr cSprotii*) ***e*** ς *cSprotii*, br. uoluens ***f*** **355** Stagna (*corr*) ***f*** ‖ tegit ***l*** ‖ puro uel ***e s*** ς *R* **356** Uincimus ς ‖ et me(us *i r m 2*) ***h*** ‖ en meus ς *Hs* ‖ meus es ς ‖ en, meus en es, clamat *in Bibl Diez 1075 Hs* **358** Pugnacemque ς *Hs vulgo olim*, Pugnantesque (*sic R*) manus inuitaque osc. c. (*cf 359*) β ***M*** ‖ tenet iuuitoque ***g*** ‖ luctantiaque (*omnia praeter* ł ni² ta *i r m 2*) ***N*** **359** inuictaque *vel* invectaque ς **360** iuuenis ***e*** ‖ circumflectitur ς **361** luctantem contra ς **362** quem *ccSenat et Goth* ‖ continet ***s***, sustulit *cSenat* **363** Sublimenque ***M***, Sublatumque *cSprotii* ‖ ille ς *cSprotii* **364** impedit alas *Hs* **366** **365** (*corr m 2*) ***e*** **365** Vtque ***e g*** ‖ intexere ramos ς **366** Vtue *VA* ‖ polibus β, pulypus *Const Fanensis* **367** dimissis ***e f*** ς *vulgo*, de missis β, demissis ***O h l*** ς ω **369** commissaque ς *Hs vulgo*, dimissaque β ***O f*** ς *R*, demissaque ς* ς **370** S(ic *i r m 2*)ut ***N*** **371** effugies o/di (o *i r m 2*, d partim *i r*, ł ita dii *i mg*) iubeatis et ***M*** ‖ ut istum ***e l*** ς **372** deducat ***A*** *RV Riese*, diducat ***f*** ς ***A*** *Jahn vulgo*, seducat ς *Hs* **373** Vota sua ***f*** ‖ tetigere ***l*** ς *R*, habuere ***M***

una, velut siquis conducat cortice ramos,
crescendo iungi pariterque adolescere cernit.
sic ubi conplexu coierunt membra tenaci,
nec duo sunt sed forma duplex, nec femina dici
nec puer ut possit neutrumque et utrumque videtur.
ergo ubi se liquidas, quo vir descenderat, undas
semimarem fecisse videt mollitaque in illis
membra, manus tendens, sed iam non voce virili
Hermaphroditus ait: „nato date munera vestro
et pater et genetrix, amborum nomen habenti:
quisquis in hos fontes vir venerit, exeat inde
semivir, ut tactis subito mollescat in undis.“
motus uterque parens nati rata verba biformis
fecit et incesto fontem medicamine tinxit.

Finis erat dictis, et adhuc Minyeia proles
urget opus spernitque deum festumque profanat,
tympana cum subito non apparentia raucis
obstrepuere sonis, et adunco tibia cornu
tinnulaque aera sonant et olent murraeque crocique,

---

378 *sq Respexit fort Lact De ave Phoen 163*: femina ⟨seu sexu⟩ seu mas est sive neütrum [*sic Brandt*, masculus incertum seu femina siue neütrum *Birt*] ‖ *Johann Saresb Policr V 10 (I p 329)*: (*hermaphroditus sc*) sic utriusque sexus ostentat imaginem, ut neutrius retineat veritatem.

---

375 *sq* conducit *l* ς, conducto cortice *cMedic* ‖ certat *g*, cernat ς ‖ si quis conducta cortice—cernat *Hs et Capoferreus* 378 *om M, i mg m* ‖ Non duo *ccSprotii et Ups* ‖ sunt sed(t) *N m f* ς, sunt et β *ccBonon et Senat Hs vulgo olim* 379 neutrumque *h e l* ς, nec utrumque β *R*, ne/(c *eras*) utrumque *O*, ne utrumque *f*, necutrumque *fort recte Vollmer* ‖ et *om l* ‖ uidetur *A* ω, uide/tur (n *eras*) *M*, uideri ς, δοκεῖν *Plan* ‖ ut possint—uidentur *Hs vulgo olim* 380 desenderat *l* 382 et iam *g* ‖ iam non *N f g* ς* ς, non iam β *M* ‖ non iam non *cBersmanni* ‖ uoce *om* (*i mg m 2*) *N* 383 *i mg N* ‖ Herma—fronditus *h* 384 O// (O *i r m 2*)—habenti (*ex* adendi, *fort m 2*) *M*, ὦ πάτερ καὶ μῆτερ καὶ θεοί *Plan* 386 385 (*corr n*) β *O* 385 exeat idem *l cMedic* 386 ut tactis (ut *explicative dictum '= sofern nämlich' cf III 361 IV 751 XII 409*) β *M*, et tactis *cett* ω *vulgo* ‖ ab undis *vel* ut undis *Hs* 387 data β, (r *i r*)ata *M* ‖ rata uota ς *Hs vulgo olim* 388 incesto β *cMedic Merkel*, ince(r *i r m 2*)to *M*, ince(rt *i r m 2*)o *N*, incerto ς* *f g* ς ω *vulgo olim*, ingesto *Riese* ‖ f/ontem *h* 389 dictis et (*cf XIII 38*) *F N h l g* ς *vulgo olim*, dicti$^{s^3}$ sed *M*, dicti sed β, dictis . sed *R Merkel vulgo* ‖ minyeia ς *Hs vulgo*, mynieya *e*, mynia β, minyia *N*, myneia *M*, mineia *f l* ς ω, meneia *h* 392 Ob(strepuere *i r m 2*) *N* ‖ sonis(cum *i r m 2*) ad. *h* 393 Tinnula(que *om*) *h* ‖ aera tonant *Bentley* ‖ et olent (*cf X 729*) β *M h l f g* ς *VA*, re-

resque fide maior, coepere virescere telae
inque hederae faciem pendens frondescere vestis.
pars abit in vites, et quae modo fila fuerunt,
palmite mutantur; de stamine pampinus exit;
purpura fulgorem pictis accommodat uvis.
iamque dies exactus erat tempusque subibat,
quod tu nec tenebras nec posses dicere lucem,
sed cum luce tamen dubiae confinia noctis:
tecta repente quati pinguesque ardere videntur
lampades et rutilis conlucere ignibus aedes
falsaque saevarum simulacra ululare ferarum.
fumida iamdudum latitant per tecta sorores,
diversaeque locis ignes ac lumina vitant,
dumque petunt tenebras, parvos membrana per artus
porrigitur, tenuique includunt bracchia penna;
nec qua perdiderint veterem ratione figuram
scire sinunt tenebrae. non illas pluma levavit,
sustinuere tamen se perlucentibus alis
conataeque loqui minimam et pro corpore vocem
emittunt peraguntque leves stridore querellas
tectaque, non silvas celebrant lucemque perosae
nocte volant seroque tenent a vespere nomen.

Athamas et Ino.

Tum vero totis Bacchi memorabile Thebis
numen erat, magnasque novi matertera vires

---

dolent *N e s ς R vulgo*, et halant *Hs* ‖ myrraeque *O e*, mirreque *h l* 395 Inque hederam pendens uestis frondescere cœpit *cGronovii* 396 abiit *h* ‖ in frondes (ł uites *sscr* e^2) *e l ς* ‖ dedere (uel fuere *sscr*) *cSprotii* 397 dest/amine *M* 398 fictis (*coll 404*) *Bothe* 400 posses *A ω Riese*, possis *h e ς vulgo* ‖ lumen *h* 403 collucere *ccThuan et Urbinas Hs vulgo*, collucent *A ω*, lucentes *Hs* ‖ lampades (ut r. collucent i. aedes!) *conieci* 405 sub tecta *ς* 406 lychnos ac *Hs* 407 latebras *g ς Hs vulgo olim* 408 tenuesque $ς^*$ *f s g ς ω Jahn* ‖ includunt *A RA*, includunt^{-3} *β*, includent *V*, includit *cBernegg Merkel vulgo* ‖ penna *β O ς*, pennę(æ) $ς^*$ *f s g ς ω Jahn*, pinna *Merkel vulgo* ‖ tenuique inducit br. penna *Hs vulgo olim*, tenuesque inducunt br. pennae *Bach*, tenuisque includit br. penna (*coll II 376*) *NJhbb 1859, 572 Suchier* ‖ *sic interpretor locum: sorores includunt bracchia tenui penna i e* (*cf V 189 VII 529*) *bracchia sororum tenui penna includuntur* 410 leuabat *l* ‖ non illam pluma figuram *f* 412 minimam et *M Korn*, minimam // (et *eras*) *β*, minimam pro *N* $ς^*$ *f ς ω vulgo* 413 leu(i *i r*, es *eras*) *N*, leui *ς Hs vulgo olim* ‖ quere/las *M* 414 Tectaque pro siluis *ς* ‖ celebrant *i r* h^3 415 trahunt *cJunianus Hs vulgo olim* 416 Tum (ł cum *i mg*) *M* ‖ uenerabile *Pr Meiss 1896 J Gilbert* 417 Nomen *s ccBerol et Dresd*

narrat ubique dei de totque sororibus expers
una doloris erat, nisi quem fecere sorores.
Adspicit hanc natis thalamoque Athamantis habentem
sublimes animos et alumno numine Iuno
nec tulit et secum 'potuit de paelice natus
vertere Maeonios pelagoque inmergere nautas
et laceranda suae nati dare viscera matri
et triplices operire novis Minyeidas alis:
nil poterit Iuno nisi inultos flere dolores?
idque mihi satis est? haec una potentia nostra est?
ipse docet, quid agam (fas est et ab hoste doceri!),
quidque furor valeat Penthea caede satisque
ac super ostendit: cur non stimuletur eatque
per cognata suis exempla furoribus Ino?'
Est via declivis funesta nubila taxo:
ducit ad infernas per muta silentia sedes;
Styx nebulas exhalat iners, umbraeque recentes
descendunt illac simulacraque functa sepulcris.
pallor hiemsque tenent late loca senta, novique,
qua sit iter, manes, Stygiam qua ducat ad urbem,

---

428 *Joh Saresb Policr VII 1 (II 94)*: licet et ab hoste doceri sapientis animus non detrectat.

---

418 tot(que *om*) ***h*** 420 thalamis—habente(m *i r m 2*) ***N*** ‖ adamantis (*corr m 3*) ***l*** ‖ habentem *add* h^2 421 sublimes oculos ***s ς*** ‖ alumno ***β M*** *ccRhen et Vatic Hs, τῷ τροφίμῳ θεῷ Plan*, alum(p)ni ***N*** $ς^*$ ***f ς*** *ω Jahn* 422 Non tulit *VA* ‖ poterit ***ς*** 423 inuertere (*corr m 3*) ***l*** 424 lacerandas ***β*** ‖ matri—nati ***e*** 425 Minyeidas *Hs vulgo*, myniides ***M***, myniides ***β***, minyides ***N***, mynieyas ***e***, mineides ***h g***, mineidas ***f ς ω***, meneidas ***l***, *Μινηιάδας Plan* 426 Nec (*corr* l^3) poterit ***e l ς*** ‖ et nisi ***l*** ‖ in ultos (ł mu *vel simile aliquid sscr m 2*) ***M***, inult(os *i r m 2*) ***N***, multos ***g ς*** ‖ ferre dol. *cRhenov* 427 Iamque (ł Id *sscr m 2*) michi ***e***, idne mihi *Hs* 429 pentheia *cSenat A*, penthæa *V* 430 A(c *ex* d) super (ost *i r m 2*)endit ***N*** ‖ simuletur (*corr m 3*) ***β***, simi/letur (stimuletur *i mg m 2*) ***M***, stimuletur ***e***, stimulatur ***g*** 431 Per cognita ***f*** ‖ sororibus ***N ς A*** 432*sq* funesta (ł que *sscr m 2*) ***e*** ‖ quae mæsta nubila taxo Ducit *Burm* ‖ peruehit ad infernas ***g*** ‖ per multa ***ς*** 435 ill(u *ex* a)c ***N*** ł a *sscr n*, illic *ccDresd et Vrat* ‖ functaque ***β*** 436/38 *del (cf VIII 790 sq) Polle* 436 tenet ***h l ς***, tenent ***e*** ‖ nouique *i r n* 437 qua fit *Hs* ‖ quod (*i r m 2*) ducat ad urbem *i r m 2*) ***N*** ‖ qu(od *ex* a *m 2*) ***β*** ‖ quod ducit ***e f ς*** *Hs*, quod ducat ***h g ς ω*** ‖ ad umbram *cRhenov*

ignorant, ubi sit nigri fera regia Ditis.
mille capax aditus et apertas undique portas
urbs habet, utque fretum de tota flumina terra,
sic omnes animas locus accipit ille nec ulli
exiguus populo est turbamve accedere sentit.
errant exsangues sine corpore et ossibus umbrae,
parsque forum celebrant, pars imi tecta tyranni,
pars aliquas artes, antiquae imitamina vitae.
[exercent, aliam partem sua poena coercet]
sustinet ire illuc caelesti sede relicta
(tantum odiis iraeque dabat) Saturnia Iuno.
Quo simul intravit sacroque a corpore pressum
ingemuit limen, tria Cerberus extulit ora
et tres latratus semel edidit. illa sorores
Nocte vocat genitas, grave et inplacabile numen.
carceris ante fores clausas adamante sedebant
deque suis atros pectebant crinibus angues.
quam simul agnorunt inter caliginis umbras,
surrexere deae; sedes scelerata vocatur:
viscera praebebat Tityos lanianda novemque
iugeribus distractus erat; tibi, Tantale, nullae
deprenduntur aquae, quaeque inminet, effugit arbor;
aut petis aut urges rediturum, Sisyphe, saxum;
volvitur Ixion et se sequiturque fugitque;

---

438 *del Hs* ‖ di/tis *β* 441 accipit ipse *N* ‖ locus *om h* 442 turł et² bam/ue *M*, turbamque *l ς*, nec turbam *ς* ‖ accrescere *Dziatzko* 444 celebrat *g* 445 alias *ς Hs vulgo olim* ‖ arces *ς* ‖ antiqua *Gnesotto* ‖ inritamina formae (uel uitae *sscr*) *s* 446 *om A R, habent ς et i mg n e² h³, del Hs* ‖ *def Vind Ov p 38 Bothe, p 22 Gnesotto, RhMus LVI 340 Helm; sed cf Aen VI 543 . lacunam post 445 statuit Bentley* 449 a *om β M* 450 Ingemuit tre² *β*, Intremuit (uel Ingemuit *sscr*) *cSprotii*, Intremuit *e h ς*, Contremuit *ς* 451 semel *A*, simul *g l³ ς Plan ω vulgo* 454 (p *i r m 2*)ect(e *i r m 2*)bant *N*, spectabant *ς* ‖ atrox *f* ‖ cumque suis atros *Merkel²* ‖ pexabant *Hs* 455 simul(ac *i r m 2*)norunt *N*, agnorant *ccRhenov et Senat* 456 *voce quae est* vocatur *in suspicionem adducta* patebat *vel* videtur *temptat in schedis Korn* ł us² v 457 prebeba/t (n *eras*) *M* ‖ tytios *M*, titi(o *ex* u *m 2*)s *β*, ti(y)tius *N h*, tytios *e*, v³ titcius *g*, tytis *f* ‖ ticios laniata *l* 458 distractus *A ω Jahn*, distentus *l ς Hs vulgo* 459 Deprehenduntur *ς**, depraedantur *Crepund II 16 Gebhardus* ‖ effugit iminet *f* ‖ arbor *A ω*, arbos *e ς vulgo* 460 rediturum *β O h e ς Plan RV Riese*, r(edi *ex corr m 2*)turum *l*, ruiturum *m f ς A Hs vulgo* 461 ision *f R*

molirique suis letum patruelibus ausae
adsiduae repetunt, quas perdant, Belides undas.
Quos omnes acie postquam Saturnia torva
vidit et ante omnes Ixiona, rursus ab illo
Sisyphon adspiciens 'cur hic e fratribus' inquit
'perpetuas patitur poenas, Athamanta superbum
regia dives habet, qui me cum coniuge semper
sprevit?' et exponit causas odiique viaeque,
quidque velit: quod vellet, erat, ne regia Cadmi
staret, et in facinus traherent Athamanta furores!
imperium, promissa, preces confundit in unum
sollicitatque deas: sic haec Iunone locuta
Tisiphone, canos ut erat turbata capillos,
movit et obstantes reiecit ab ore colubras
atque ita 'non longis opus est ambagibus' inquit:
'facta puta, quaecumque iubes! inamabile regnum
desere teque refer caeli melioris ad auras!'
laeta redit Iuno, quam caelum intrare parantem
roratis lustravit aquis Thaumantias Iris.
Nec mora, Tisiphone madefactam sanguine sumit
inportuna facem fluidoque cruore rubentem
induitur pallam tortoque incingitur angue
egrediturque domo. Luctus comitatur euntem

---

463 Assidue *h* ς ‖ perdant *β O e* ς *RV vulgo*, perdunt β^2 *h l f g* ‖ (b *ex* u)elides *M*, be/lides (l *eras*) *N* ‖ assidue regerunt, quas perdunt *Dan Heinsius* 464 $\overset{f^2}{}$acie *M*, facie *l g s* ς ‖ postquam facie *h f* 465 isiona *f R* 466 fratribus unus *cGoth Plan* 467 athamante (*corr m 2*) *M*, achamanta *l* 468 cum *i r n* 469 Spernit *e* ς 470 quod uellat (*sic*) $\overset{erat^2}{//}$ *β* ‖ era/t *N* 471 ut in f. *g* ‖ adamanta *g*, athamant(a *e corr*, a *i mg*) *M*, achamanta *l* ‖ furores *β M* ς* *f g* ς *Plan* ᵗω *Ehwald*, (sor *i r*)ores *N*, sorores ς *Hs vulgo* 472 praemissa (*corr m 3*) praece/s (p *eras*) *β* 473 vix haec *JJHartman* 474 (*item* 481) Tesiphone *g h l s*, Thesyphone *e f* ‖ canos ut erat *e h f* ς *VA vulgo*, ut erat (eirat *β*) canos *β O l R* 475 deiecit ς ‖ colubræs *M*, cobras (*corr m 2*) *h*, colubros *f* ς 476 non opus est longis *l* ‖ infit *cPal Hs vulgo olim* ‖ amb. uti ς 478 teque fer *f* 480 thamantia/ (s *eras*) *β*, thaumantia/ (s *eras*) *M*, ta(um *ex corr*)antias *h* 482/543 *exstant in τ* 482 fluuidoque *l τ*, fuluidoque *f* ‖ "rubentem" cruore *h* ‖ madentem *ccLeid et Medic* 483 $\overset{i}{}$pallam *l* ‖ recingitur *l*, incignitur (*corr m 2*) *M*, accingitur ς ‖ angue *i r* (t em *i mg*) *m* ‖ tortumque accingitur *vel* incingitur anguem *Hs* 484 comitur (*corr m 2*) *M*, comitantur ς *Hs vulgo olim*

et Pavor et Terror trepidoque Insania vultu;
limine constiterat: postes tremuisse feruntur
Aeolii pallorque fores infecit acernas
solque locum fugit. monstris exterrita coniunx,
territus est Athamas, tectoque exire parabant:
obstitit infelix aditumque obsedit Erinys
nexaque vipereis distendens bracchia nodis
caesariem excussit: motae sonuere colubrae,
parsque iacent umeris, pars circum pectora lapsae
sibila dant saniemque vomunt linguisque coruscant.
inde duos mediis abrumpit crinibus angues
pestiferaque manu raptos inmisit; at illi
Inoosque sinus Athamanteosque pererrant
inspirantque graves animas nec vulnera membris
ulla ferunt: mens est, quae diros sentiat ictus.
attulerat secum liquidi quoque monstra veneni,
oris Cerberei spumas et virus Echidnae
erroresque vagos caecaeque oblivia mentis
et scelus et lacrimas rabiemque et caedis amorem,
omnia trita simul; quae sanguine mixta recenti

---

494 *Charisius Inst Gr I (Keil I 81)*: Sibilus dici oportet ... sed et neutro genere quidam dixerunt, ut Ovidius: 'Sibila dant saniemque vomunt'.

---

485 atque tremor ς ‖ Terror, trep. I. vultu Limine const. *vir doctus ap Jahnium* 486 feruntur *ex corr* (refertur *vel* referunt *fuit*) l^3, uidentur *cBerol* 487 *om* β, *i l et iterum i mg add* β^3 ‖ acernos β^3, eburnas *probante Burm* ς, Avernus *Merkel* 488 locum refugit *cBersmanni* ‖ exterrita coniunx "monstris *h* ‖ et territa β, est territa *e* ς *Bentley* 489 athemas β, athamans τ, achamas *l* ‖ parabat (*corr N*) *O* β τ *l* ς 490 aditusque ς 491 ostendens *h* ς 492 motu τ 493 Parsque iacens *cGronov V Hs vulgo olim* ‖ Pars iacet ex humeris *h* ‖ tempora (pectora *sscr* τ) τ ς, timpora *l* 494 linguisque *N h e f g* ς, linguaque (*sed cf NJhbb 1894, 733*) β *M l* ς *Merkel*, linguasque τ l^2 *s Hs vulgo olim*, linguaeque ς *cSprotii* 495 duas *cLangermanni* ‖ abrupit *e* ς ‖ anges (*corr m 2*) *l* 496 ruptos (*cf 495*) *cBersmanni* ‖ at illae ς 497 athamanteos(que *om*) *h*, achamanteosque *l* ł In²
498 Aspirantque *e* ‖ animas τ *l* ς *Hs vulgo*, animos τ^2 l^2 *cett* ω *Ehwald*
v
499 diros (tales ul' totos *i mg m 3*) *M*, duros *e l f* ς ‖ ictos β 500 Attulera/t τ ‖ qu(o *ex* e)que *M* ‖ noua monstra ς 501 echinne *h g Ben*, ł tincta²
echinae *s* 502 uagos et caecae *cSprotii* 504 mixta *N* ‖ tincta rec. τ *l e* ς *Jahn*, mis(x)ta *sscr* e^2 l^3, mixta rigenti *g*, tincta ueneni *f*

coxerat aere cavo viridi versata cicuta;
dumque pavent illi, vertit furiale venenum
pectus in amborum praecordiaque intima movit.
tum face iactata per eundem saepius orbem
consequitur motis velociter ignibus ignes.
sic victrix iussique potens ad inania magni
regna redit Ditis sumptumque recingitur anguem.
Protinus Aeolides media furibundus in aula
clamat 'io, comites, his retia tendite silvis!
hic modo cum gemina visa est mihi prole leaena'
utque ferae sequitur vestigia coniugis amens
deque sinu matris ridentem et parva Learchum
bracchia tendentem rapit et bis terque per auras
more rotat fundae rigidoque infantia saxo
discutit ora ferox; tum denique concita mater,
seu dolor hoc fecit seu sparsi causa veneni,
exululat passisque fugit male sana capillis
teque ferens parvum nudis, Melicerta, lacertis
'euhoe Bacche' sonat: Bacchi sub nomine Iuno
risit et 'hos usus praestet tibi' dixit 'alumnus!'
Inminet aequoribus scopulus: pars ima cavatur
fluctibus et tectas defendit ab imbribus undas,
summa riget frontemque in apertum porrigit aequor.
occupat hunc (vires insania fecerat) Ino,
seque super pontum nullo tardata timore

---

505 mersata *Adv crit II 82 Madvig*, variata *Bull des Human Franç 1894, 1 Tournier* **506** uertit (*cf XIII 955*) *A Plan ω Hs*, vergit *post Graevium et* (*Obss 2, 7*) *Gronovium Bentley vulgo* **509** motos τ ς *Bentley VA cSprotii Hs vulgo olim* **511** sumptoque r. angue (*corr* ***n***) ***N*** ς, tumidumque rec. anguem *KlSchr I 212* ***Böttiger* **512** *partim*, **513** *totus abscisus* τ **513** pandite (tendite *sscr* l^2) ***l*** ς **514** Hic mihi *ccGronov et Goth* ‖ modo/ c/um (c *ex* d) ***M*** **516** learum^{c} τ, *Κλέαρχον Plan*, leargum ***h*** **517** uis (*corr* ***m*** β^3) terque β ***M*** ł spar^3 **519** ossa ς *Hs* ‖ cum den. τ *cPar* ‖ denique *i mg* ***n*** **521** passisque ***N***, sparsisque τ ς* ς **523** Eu hebache β ‖ E uhe (H E uhe^{o} *inde m 2*) ***M***, eu(œ *i r*) ***N*** ł heuhan *sscr* (*m 3*) ***n***, Eu$^{//}$ oe$^{//}$ ***l***, He hohe ***e***, Heu hœ ***f***, Euhohe *R*, Ehohe *VA* **524** hos fructus ς, hos lusus *Hs* ‖ praestat ς *post Heinsium Gierig* **525** speculae pars. ima$^{ima^2}$ *Bothe*, una ***e*** **526** rectas (*corr m 2*) ***l*** **527** riget ***N***, rigent ***n*** ς, viret *ad fast V 382 Hs* **529** tar(d *i r*)ata ***l***, turbata (tardata *sscr* ***e*** ^{2}) ***e*** ς

mittit onusque suum; percussa recanduit unda.
at Venus, inmeritae neptis miserata labores,
sic patruo blandita suo est: ‘o numen aquarum,
proxima cui caelo cessit, Neptune, potestas,
magna quidem posco, sed tu miserere meorum,
iactari quos cernis in Ionio inmenso,
et dis adde tuis! aliqua et mihi gratia ponto est,
si tamen in medio quondam concreta profundo
spuma fui Graiumque manet mihi nomen ab illa.’
adnuit oranti Neptunus et abstulit illis,
quod mortale fuit, maiestatemque verendam
inposuit nomenque simul faciemque novavit
Leucotheeque deum cum matre Palaemona dixit.
Sidoniae comites, quantum valuere secutae
signa pedum, primo videre novissima saxo;
nec dubium de morte ratae, Cadmeida palmis
deplanxere domum scissae cum veste capillos
utque parum iustae nimiumque in paelice saevae
invidiam fecere deae. convicia Iuno
non tulit et ‘faciam vos ipsas maxima’ dixit
‘saevitiae monimenta meae’; res dicta secuta est.
nam quae praecipue fuerat pia, ‘persequar’ inquit
‘in freta reginam’ saltumque datura moveri

---

530 sui *g* 534 p(o *i r*, a *videtur fuisse*)sco *M* ‖ tuorum (*corr* h^2) *h f*, duorum *cUps*, nepotum ς 535 in *om h* 536 et michi (ł mea²) *M* ‖ aliqua est mea gr. *s*, aliqua est mihi g. ς, aliqua et mea ς 537 *om* (*i mg m 2*) *M* ‖ Sed tamen *τ* ‖ in medio (*cf II 267*) *A ω Jahn*, in (me *sscr m 3*) dio *m Hs vulgo*, Ionio *vel* in Cyprio *Bentley*, in Gnidio *Rappold* 538 fuit (*corr m 3*) *β* ‖ graiumque ς *Hs vulgo*, gra(t *ec* i *m 2*)umque *l*, gratumque (ł iū²) *M*, gratumque (*sed cf fast IV 61*) l^2 *cett ω* 540 magestatemque *M* ‖ uerādā *h* 541 nomen(que *om*) ς ‖ notauit *g* 542 *sic A Hs vulgo*, Leucothoe(que *om*) *β*, Leucothoeque *O e l f g* ς, Leucotoque *τ*, Leucotoheque *h*, *σὺν Λευκοθέᾳ Plan*, Leucotheaque *Bothe* ‖ deos cum *Hs* 543 (S *i mg*) ϒdoniae *M*, Sidonice *τ* 544 sasso *f* 545 (palm *i r m 2*)is *N* 546 domi (*corr m 2*) *N* ‖ sciss(i *i r m 2*)s c. ueste capill(i *i r m 2*)s *N*, scissis c. u. capillis ς* *f g s* ς, caesis c. u. capillis ς 547 iustè (e²) — seuè (e²) *e* ‖ nimium(que *om*) *h* 549 maxima inquit *f* 550 Seuiae *l* ‖ resque *h* 551 prosequar *f g* ς *Gierig* 552 saltemque (*corr* $β^2$ *m*) *β M* ‖ saltuque dato remoueri (*item i mg m*) *l*

haud usquam potuit scopuloque adfixa cohaesit.
altera, dum solito temptat plangore ferire
pectora, temptatos sensit riguisse lacertos;
illa, manus ut forte tetenderat in maris undas,
saxea facta manus in easdem porrigit undas;
huius, ut arreptum laniabat vertice crinem,
duratos subito digitos in crine videres:
quo quaeque in gestu deprensa est, haesit in illo.
pars volucres factae; quae nunc quoque gurgite in illo
aequora destringunt summis Ismenides alis.

Cadmus et Harmonia.

Nescit Agenorides natam parvumque nepotem
aequoris esse deos: luctu serieque malorum
victus et ostentis, quae plurima viderat, exit
conditor urbe sua, tamquam fortuna locorum,
non sua se premeret; longisque erroribus actus
contigit Illyricos profuga cum coniuge fines.
iamque malis annisque graves, dum prima retractant
fata domus releguntque suos sermone labores,
'num sacer ille mea traiectus cuspide serpens'

---

553 *sq* H adus quam ***M***, Ha (*corr m 3*) usquam ***β*** ‖ potuit—cohęsit *et* solito—ferire *mutata* (*corr* β^2) *in* ***β M*** (*utrumque suo loco i r* ***N***) 555 temptantes *cSenat*, tentanti *Hs* ‖ sentit ϛ* ϛ *Hs vulgo olim* 556 in maris illa manus ut forte tetenderat undas *Hs*, illa ut forte manus porrexerat *JJHartman* 557 *om* (*i l* β^2, *i mg* l^2) ***β l*** ‖ "manus "facta ***h*** ‖ easdem porgitur *Hs* 558 orrectum (*corr* ***m***) ***β M***, appēnsū *sscr* ***m*** ‖ laniabant (*digiti sc*) *cDresd Hs* 560 deprehensa ***l f***, deprenditur *ex cGronovii Hs vulgo olim* 561 qu/que ***M*** ‖ in alto *coni* (*cf Bibl Diez 1075*) *Hs, item Bothe* 562 Distringunt ***l f*** ϛ, distingunt ***e h*** ϛ ‖ summis (uel sumptis *sscr*) ***s***, sumtis ϛ *Hs vulgo olim* ‖ Ismenides *coni* ('*quam coniecturam confirmat frg chartaceum a Luca Langermanno mihi oblatum*') *Hs*, inmeides ***h***, menides ϛ, minieide‿salis (*virgulam duxit m 3*) ***β***, meneides ϛ meneydes ***e***, mineides ***M f l*** ϛ *R*, minyides ***N***, cadmeides (ł mineiades *sscr* ***g***) ***n g*** ϛ *VA*, *μινηΐδες vel μινηϊάδες Planudis codd* 564 serieque laborum ***N l*** ϛ *Jahn* 565 Uictus portentisque plurima ***l*** ‖ /exit (exit *i mg m 2*) ***M*** 567 longis(que *om*) ***f*** ‖ erroribus (*cf Aen VI 532*) ***A*** *ω Riese*, erratibus ***e*** ϛ *Hs vulgo olim* 568 ill(iri *ex corr*)cos ***M***, hyliricos ***f*** ‖ cum *om* ***f*** ‖ coniuge portus *ccThuan et Goth* ϛ 569 Iamque "graues "annisque "malisque ***h***, Iamque graues annisque malis ***l*** ‖ animisque (ł annis *sscr m 2*) ***e*** 570 Facta (ł Fata *sscr* e^2) ***β N l e*** ϛ, Fa/ta ***M*** ‖ releguntque ***M***, releguntque (ł repetunt *sscr* e^2) ***e***, repetuntque ***f*** ϛ, recoluntque *cMoreti* ‖ suo ***l*** 571 N(u *i r m 2*)m ***N***, Non (ł Num *sscr m 2*) ***e*** ‖ transiectus ***f***, traṇsiectus (*puncta alio atram scripta*) ***h***

Cadmus ait 'fuerat, tum, cum Sidone profectus
vipereos sparsi per humum, nova semina, dentes?
quem si cura deum tam certa vindicat ira,
ipse precor serpens in longam porrigar alvum!'
dixit, et ut serpens in longam tenditur alvum,
durataeque cuti squamas increscere sentit
nigraque caeruleis variari corpora guttis
in pectusque cadit pronus, commissaque in unum
paulatim tereti tenuantur acumine crura.
bracchia iam restant: quae restant bracchia tendit,
et lacrimis per adhuc humana fluentibus ora
'accede, o coniunx, accede, miserrima', dixit
'dumque aliquid superest de me, me tange manumque
accipe, dum manus est, dum non totum occupat anguis!'
ille quidèm vult plura loqui, sed lingua repente
in partes est fissa duas: nec verba loquenti
sufficiunt, quotiensque aliquos parat edere questus,
sibilat: hanc illi vocem natura reliquit.
nuda manu feriens exclamat pectora coniunx
'Cadme, mane, teque, infelix, his exue monstris!
Cadme, quid hoc? ubi pes, ubi sunt umerique manusque
et color et facies et, dum loquor, omnia? cur non
me quoque, caelestes, in eandem vertitis anguem?'
dixerat, ille suae lambebat coniugis ora
inque sinus caros, veluti cognosceret, ibat
et dabat amplexus adsuetaque colla petebat.
quisquis adest (aderant comites), terrentur; at illa

---

572 fueram *e*, fuerit ς *Hs vulgo olim* ‖ tunc *g l* ς ‖ sidona β, sidon(æ *ex* a *m 2*) ***M***, sidon(e *i r*) ***N*** 574 dei *f* 575 longum (576 *recte*) *h* 576 in l. porrigar *cLeid*, in l. porgitur (*vel 575* tendar ut) *Hs* ‖ extenditur *Francius* 577 cutis β ***O*** *f R* 579 Impectusque ***M*** ‖ commissaque β ***O*** ς, commistaque ς, commixta *h*, commixtaque *n f l e g* ς 580 sinuantur ς *Mscr Dicz 148e Hs vulgo olim*, curuantur ς ‖ ac/umine (acumine *i mg add m 1*) ***M*** 584 de me mihi, tange (*coll VI 385*) *Gronovius* ‖ manuque β 585 Accede ***M*** ‖ totam (*manum sc*) *Hs* 586 lingua loquenti *ccBas et Berol* 587 est scissa *cGoth R*, est fixa *f* ‖ loquenti *recepi ex A* ω, uolenti *g m* ς *Hs vulgo* 589 reli/quit *e*, relinquit *cSprotii* ς *Hs vulgo olim* 591 manu (*corr*) β ‖ man(e teque *i r m 2*) ***N*** ‖ teque his inf. *ccSenat et Rhenov Hs*, t. his inf. exime *n f* ς 592 Cadme, ubi vox, ubi pes *Hs* 594 Meque *f* ‖ eundem (*sed* u *i r* ***N***) ***N e g*** ς *vulgo olim* 595 sua elambebat (*corr m 2*) ***M*** 597 tenebat ς, premebat (*item cBas*) *vel* terebat *Hs* 598 *sq* terrentur (*cf quae dixi NJhbb 1894, 645*) ς *Plan*, terre/tur ***N***, terretur *cett vulgo* ‖ at illa (t illis *sscr m 2*) *e* ‖ at illi (illis *alii*) L. perlucent

lubrica permulcet cristati colla draconis,
et subito duo sunt iunctoque volumine serpunt,
donec in appositi nemoris subiere latebras.
nunc quoque nec fugiunt hominem nec vulnere laedunt,
quidque prius fuerint, placidi meminere dracones.
Sed tamen ambobus versae solacia formae *Perseus.*
magna nepos dederat, quem debellata colebat *Atlas.*
India, quem positis celebrabat Achaia templis; *Andro-*
solus Abantiades ab origine cretus eadem *meda.*
Acrisius superest, qui moenibus arceat urbis
Argolicae contraque deum ferat arma; genusque
non putat esse deum (neque enim Iovis esse putabat
Persea, quem pluvio Danae conceperat auro).
mox tamen Acrisium (tanta est praesentia veri)
tam violasse deum quam non agnosse nepotem
paenitet: inpositus iam caelo est alter, at alter
viperei referens spolium memorabile monstri
aera carpebat tenerum stridentibus alis,
cumque super Libycas victor penderet harenas,
Gorgonei capitis guttae cecidere cruentae;
quas humus exceptas varios animavit in angues,
unde frequens illa est infestaque terra colubris.

614*sq Fulgent Mitol I fab XXI Helm*: Gorgonas . . ., quarum quia fabulam Lucanus et Ouidius scripserunt poetae grammaticorum scolaribus rudimentis admodum celeberrimi, hanc fabulam referre superfluum duximus.

ς *Mscr Diez Sant 148e* ‖ permulcet (ł perlucent *sscr m 2*) *e* ‖ at illos l. permulcent c. c. dracones (*coll 602*) *vel* at illi l. perlucent c. c. dracones *Hs* **600** duos^{2} iunctoque *M* ‖ sunt subitoque *g* **601** oppositi (ł ap *sscr g*) *g* ς, repsere lat. *Hs* **602** non fug. ς ‖ nunc fug. h. nec *f* ‖ homines *cSenat Plan* **603** Quique$^{d^2}$ *e* ‖ Quodque pr. fuerant *N* ς *R* ‖ *δ δὲ καὶ πρόσθεν ἦσαν, τίθασοι μεμενήκασιν* (= mansere ?) *ὄφεις Plan* **605** nepos fuerat ς *Hs vulgo olim* **606** celebrauit *l ccBerol et Medic* **607** abanciades *β*, abanciates *l*, ab antiades^{a} *f* **608** qui menibus *l* **610** putat *mutata interpunctione recepi ex β M h l* ς, put(e *i r m 2*)t *N* ‖ arma genusque non putet *e f* ς *vulgo* ‖ esse deum (= *i e deorum*) *A ω*, esse Iouis ς *Hs vulgo*, esse suum (*corr m 2*) *g* ‖ sed nec Iovis *vel* nam nec Iovis *Hs*, neque iam *vel* neque tum Iovis *Bothe* **611** fuluo *cDresd* ‖ dane *e l*, damne *f*, dampne *s* **612** presencia *l* **613** non agnoss/e (e *eras*) *M*, non nouisse ς **614** est *add n* ‖ et alter *e l g* ς **617** pendebat *f* **619** acceptas ς ‖ uiuos an. ς ‖ mutauit *cLeid* **620** infectaque (uel infestaque *sscr s*) *e s* ς ‖ infestaque turba *β*, inf. t(erra *i r m 3*) *M* ‖ *del versum* (*cf DHoogstraten in Mscr Diez Sant 148e p 397*) *Broukhusius*

Inde per inmensum ventis discordibus actus
nunc huc, nunc illuc exemplo nubis aquosae
fertur et ex alto seductas aethere longe
despectat terras totumque supervolat orbem.
ter gelidas arctos, ter cancri bracchia vidit,
saepe sub occasus, saepe est ablatus in ortus.
iamque cadente die, veritus se credere nocti,
constitit Hesperio, regnis Atlantis, in orbe
exiguamque petit requiem, dum Lucifer ignes
evocet Aurorae, currus Aurora diurnos.
Hic hominum cunctos ingenti corpore praestans
Iapetionides Atlas fuit. ultima tellus
rege sub hoc et pontus erat, qui Solis anhelis
aequora subdit equis et fessos excipit axes.
mille greges illi totidemque armenta per herbas
errabant, et humum vicinia nulla premebant;
arboreae frondes auro radiante nitentes
ex auro ramos, ex auro poma tegebant.
'hospes', ait Perseus illi, 'seu gloria tangit
te generis magni, generis mihi Iuppiter auctor;
sive es mirator rerum, mirabere nostras;
hospitium requiemque peto.' memor ille vestustae
sortis erat (Themis hanc dederat Parnasia sortem):

---

623 seductas aethere *e* l^3 ς ω *vulgo*, sed. ae(th *i r m 2*)ere ***N***, sed. ae(there *i r m 2*) ***M***, seductas aequore (*fort recte, cf I 22*) β ***h l f*** ς ‖ seductus ab ethere *cUps* ‖ longe ***M***, longo ς 625 geminas *ccBernegg et Par* ‖ arthos ***f*** 626 occasuṣ β ‖ allatus *g*, delatus *ccSprotii Senat et Vat* 628 regnis ***N h e*** ς, regis β ***M f l*** ς *A* ‖ athalantis *g* 629 Exiguam repetit requ. *s* 630 Euocat *e* ‖ auro⌣recursus (*arcum duxit m 3*)—diurnae β ‖ currus ***h*** ς *Hs vulgo*, cursus ***O l e*** ς ω, cursusque ***f*** *R* ‖ diurn(os *i r m 2*) ***M*** 631 hic dominus *Polle* ‖ cunctos (*idem videtur fuisse in* β ***O***) ς *Hs*, cunct/s β, cunct(i *i r m 2*)s ***O***, cunctis ς* ***f*** ς ω *Riese²*. *cf Thesaur IV 1402, 45* ‖ hom. custos ς *et e coni Mnemos 1894, 61 Damsté* ‖ corp(o *ex* e *m 2*)re ***M*** 632 Iam petionides ***M***, Iapetoniades ς *R* ‖ fuit athlas *e* 633 sol(i *ex* u *per ras*)s ***M***, solus *l* 634 et flexos *l* ‖ equis, devexos *Hs* ‖ accipit ς, suscipit *s* ς 635 ar//menta (ma *eras*) ***M*** ‖ per agros *Mscr Diez Sant 148ᵉ* 636 premebant β *e* ς *Hs vulgo*, premeba/t (n *eras*) ***M***, premebat ***N h l f*** e^2 ς ω 637 micantes ***f***, uirentes *cBonon Burm vulgo olim* 638 tegebant β ***O e*** ς, ferebant *l g* m e^2, (fer *ex corr*, g *dignoscitur*)ebant ***h***, ferebat ***f***, gerebant ς 643 dederat Themis hăc *A*, Th. dederat hanc Parnassia *V*

'tempus, Atlans, veniet, tua quo spoliabitur auro
arbor, et hunc praedae titulum Iove natus habebit.'
id metuens solidis pomaria clauserat Atlas
montibus et vasto dederat servanda draconi
arcebatque suis externos finibus omnes.
huic quoque 'vade procul, ne longe gloria rerum,
quam mentiris' ait, 'longe tibi Iuppiter absit!'
vimque minis addit manibusque expellere temptat
cunctantem et placidis miscentem fortia dictis.
viribus inferior (quis enim par esset Atlantis
viribus?) 'at quoniam parvi tibi gratia nostra est,
accipe munus!' ait, laevaque a parte Medusae
ipse retro versus squalentia protulit ora.
quantus erat, mons factus Atlas; nam barba comaeque,
in silvas abeunt, iuga sunt umerique manusque,
quod caput ante fuit, summo est in monte cacumen.
ossa lapis fiunt; tum partes altus in omnes
crevit in inmensum (sic di statuistis), et omne
cum tot sideribus caelum requievit in illo.
Clauserat Hippotades aeterno carcere ventos,
admonitorque operum caelo clarissimus alto
Lucifer ortus erat: pennis ligat ille resumptis
parte ab utraque pedes teloque accingitur unco

---

644 Tempus ait ueniet *N* ‖ athlans (646 athlas) *β*, at(h)las *M h R*, at(h)la *e f l ς R*, athalas *g* 645 tititulum (*corr m 2*) *M* ‖ natus^{2} satus *l* 646 metuem (*corr*) *β* ‖ pomeria *N g s ccBersm et Senat* 647 Montibus *Aω*, m(o)enibus *e*^{1} *f ς Plan Hs vulgo*, molibus (*cf 773*) *Schepperus* ‖ deerat (*corr*) *β* ‖ dederat seruare *FrgTheatin* 649 Huic—ne f.^{2}// c^{2} *M* ‖ Hinc *e ς R* 650 Quam *β M h l ς*, Quas *N g m e ς Hs vulgo olim*, s. (= sive) sittibi *i mg m* ‖ ł assit^{2} absit *e* ‖ ait ne longe iupiter absit *l* 651 manibus(que *om*) *h*, foribusque *cBonon et schedae Theat Hs vulgo olim* 653 Atlanti *ς Plan Hs vulgo olim* 654 Viribus ait *f* ‖ ł gloria^{2} gratia *e* ‖ gloria nostri est *ς* 656 prodidit *ς Hs* 657 athlans *N* ‖ iam barba *ς Hs vulgo olim* 660 altus *A ω*, auctus *ς Hs vulgo*, actus *ς* 661 dii *N* 662 requiescit *ς* 663 hyppotades *M*, ipotades *l*, ypotades *vel* ypodates *ς* ‖ aeterno *A ω*, terreno *vel* Tyrrheno (*cf Kl Ph Abh III 42 Zingerle*) *vel* alterno *Hs*, hesternos (*cf ad Appul Met II 38 p 154 Oudendorp*) *Waddel*, aerato *Bentley*, adversos *Polle*, Aetnaeo *Transact Cambr Ph S III 144 Housman* 664 Ammo nitorque *β*, Ammonitorque *M h* 665 ligat *i r m*, leuat (*virgula del*) *i mg a m 3 m*, negat (*corr m 2*) *β*

et liquidum motis talaribus aera findit.
gentibus innumeris circumque infraque relictis
Aethiopum populos Cepheaque conspicit arva.
illic inmeritam maternae pendere linguae
Andromedan poenas iniustus iusserat Ammon.
quam simul ad duras religatam bracchia cautes
vidit Abantiades (nisi quod levis aura capillos
moverat et tepido manabant lumina fletu,
marmoreum ratus esset opus), trahit inscius ignes
et stupet et visae correptus imagine formae
paene suas quatere est oblitus in aere pennas.
ut stetit, 'o' dixit 'non istis digna catenis,
sed quibus inter se cupidi iunguntur amantes,
pande requirenti nomen terraeque tuumque,
et cur vincla geras!' primo silet illa nec audet
appellare virum virgo manibusque modestos
celasset vultus, si non religata fuisset;
lumina, quod potuit, lacrimis inplevit obortis.

---

676 *Maximianus IV 19 (Baehrens PLM V 338)*: saepe velut visae laetabar imagine formae.

---

668 circaque ς ‖ citraque infraque *cOxon*, citraque ultraque *Hs* 669 cepheaque *e* ς *ed Vincent Jahn vulgo, καὶ τὰ τοῦ Κηφέως πεδία Plan*, ci(y)pheiaque *β O*, cepheiaque *h l f* e^2 ς *ω*, cepheia *s* ς *Hs vulgo olim* 670 mat. soluere *cUps* 671 Andromedan (*cf 757 XIII 174*) *β N e* ς *L Ben Plan Hs vulgo*, Andromeden *f* ς *Jahn*, Andromedā *M h l R*, Andromedam *g* ς *VA*, Andromedem *s cSprotii* ‖ iniustas (ł tus *sscr* e^2) *e g*, immitis ς *Hs vulgo olim* ‖ iusserit *h* ‖ amon *h l g*, hammon ς 672 religataque *f* 673*sq* a(b *i r m 2*)antiades *l f* ‖ nisi quod—opus *in parenth pos post Gierigium Jahn* 674 trepido *N* ς *Hs vulgo olim* 675 esset ratus *f* 676 stupet et visae] *sic* (*cf 131*) *e m* ς *ω Hs*, stupet exigue *β O* ς, eximi(a)e *l g* (*i mg m n*) ς *Bothe*, stupet uise *h* ‖ corruptus (*corr m* e^2) *β M e*, miratus *cThuan*, remoratus *Hs* 677 Poene *M* ‖ ł leuos^3 suas quate(re *i r m 2*) *N*, quater// est *M e*, quāt^2(e //// *a m 2*) est *β* ‖ in aera ς 678 Et stetit *l*, Vt uestit *f* 679 ł cupidi^2 placidi *e*, cupide *h* ‖ iungantur *Hs vulgo olim* 680 (re *i r m 2*)quirenti *N* ‖ (terre *i r m 2*)que *e* ‖ nomen patriaeque ς 681 stupet illa ς *cSprotii Ciofanus* 682 Compellare ς, adspectare *Hs* ‖ que *om h* 683 Velasset *vel* Velaret ς 684 quo^3 qui pot. *l* ‖ abortis *h l f g ccGoth et Senat*

saepius instanti, sua ne delicta fateri
nolle videretur, nomen terraeque suumque,
quantaque maternae fuerit fiducia formae,
indicat; et nondum memoratis omnibus unda
insonuit, veniensque inmenso belua ponto
inminet et latum sub pectore possidet aequor.
Conclamat virgo; genitor lugubris et una
mater adest, ambo miseri, sed iustius illa,
nec secum auxilium, sed dignos tempore fletus
plangoremque ferunt vinctoque in corpore adhaerent,
cum sic hospes ait: 'lacrimarum longa manere
tempora vos poterunt: ad opem brevis hora ferendam est.
hanc ego si peterem Perseus Iove natus et illa,
quam clausam inplevit fecundo Iuppiter auro,
Gorgonis anguicomae Perseus superator et alis
aetherias ausus iactatis ire per auras,
praeferrer cunctis certe gener; addere tantis
dotibus et meritum, faveant modo numina, tempto:
ut mea sit servata mea virtute, paciscor'.
accipiunt legem (quis enim dubitaret?) et orant
promittuntque super regnum dotale parentes.
Ecce velut navis praefixo concita rostro

---

685 delecta (*corr*) ***M*** 686 Velle uideretur ***s*** ‖ nomen patriaeque *Bothe* 687 fid. linguae *cBersmanni* 688 *om* ***f*** ‖ at (*vel* en) nondum *Hs* ‖ numeratis ***l*** 690 Imminet ***e***, Eminet ***s*** *cSprotii* ‖ lato ***g*** *cBas* ‖ proscidit aequor *coni* (*cf Mscr Diez 1075*) *Hs* 691 et amens (*cf II 334*) ς *Hs vulgo olim* 692 i(us *i r m 2*)tius ***N***, iustus ***M*** ‖ illa est ***g*** 693 Non secum ***g*** *cBersm* ‖ nisi dignos *Hs* ‖ tempore luctus *Mscr Diez Sant 148e* 694 iunct(o *i r*)que (ł uincto *i mg*) ***M***, iunctoque ***e***, iunctoque ς 695 (T *ex* C)um ***N*** Tum sic ς Tunc *cGoth* 696 ferendam est ς *ccRhenov et Sprotii Hs vulgo*, ferenda est ***A*** *Plan ω* ‖ at opi b. h. ferendae est *coni Hs* 697 ex illa ***h***, at illa ***f*** 698 Quam quondam ς, quam lusam *Hs* 700 Ae(e)therias (*cf am II 14, 41 ars II 59*) ***A R*** *vulgo olim Riese*, Ęthereas ***e*** ς *VA*, Aerias *ex ccBernegg et Par 2 ad Lucr p 167 Lachm Merkel*² *vulgo*, Aetheriis *Burm* 701 cuntis ***M*** ‖ *desinit in hoc versu ultimum folium recens codicis* ***F*** (= ***f***), *cetera a v 702 ad finem Metamorphoseon scripsit manus antiqua* (***F***) 702 merito (ł tum *sscr m 2*) ***e*** 703 m(ea uir *i r m 2*)tute ***F*** ‖ virtute mea servata ***s***, *item citat ad Hor ep II 2, 87 Bentley* 705 Promittuntque (ł Per *sscr m 2*) ***e*** ‖ fatale *ex corr* (dotale *videtur fuisse a m 1*) ***F***²

sulcat aquas iuvenum sudantibus acta lacertis,
sic fera dimotis inpulsu pectoris undis
tantum aberat scopulis, quantum Balearica torto
funda potest plumbo medii transmittere caeli,
cum subito iuvenis pedibus tellure repulsa
arduus in nubes abiit. ut in aequore summo
umbra viri visa est, visa fera saevit in umbra;
utque Iovis praepes, vacuo cum vidit in arvo
praebentem Phoebo liventia terga draconem,
occupat aversum, neu saeva retorqueat ora,
squamigeris avidos figit cervicibus ungues,
sic celeri missus praeceps per inane volatu
terga ferae pressit dextroque frementis in armo
Inachides ferrum curvo tenus abdidit hamo.
vulnere laesa gravi modo se sublimis in auras
attollit, modo subdit aquis, modo more ferocis
versat apri, quem turba canum circumsona terret.
ille avidos morsus velocibus effugit alis
quaque patet, nunc terga cavis super obsita conchis,
nunc laterum costas, nunc qua tenuissima cauda
desinit in piscem, falcato vulnerat ense.

---

708 Sic fert β, Sic fer/ (*macula in ras*) ***M*** 709*sq* balearia ς ‖ tortum (*corr m 3*)—plumbum (*corr m 3*) medi(o *i r*) ***N***, tortum—plumbum ς ‖ transmittere ***e*** ł transcurrere^2 712 abiit at in ***N***, ab. et (at *sscr* ***g***) in ***F*** ς* ***g*** ς *cSprotii* ω 713 uisa—umbra *recepi* (*cf NJhbb 1893, 622 et XIV 770*) *ex* ***O*** β ***h l g R***, uisam—umbram ***F e m*** h^2 ς *vulgo* 715 libentia ***M***, lucentia ***m*** ς, li(ue *i r m 2*)ntia ***N*** ‖ terga leonem ***e***, ł draconem *adscr* e^2 716 aḍuersum ***h***, auersum ***N***, aduersum ***e g*** ς 717 Scamiferisque auidas ***s*** ‖ unges (*corr m 2*) ***h*** 718 celeri missus praeceps ***N h l*** ς *Plan vulgo*, cel. misso (*corr* ***m***) praec. β ***M*** ς *VA*, cel. praeceps misso ***e***, cel. praeceps missus *cUps*, cel. praeceps missum *cThuan*, cel. miss(o *ex* u *m 2*)s praepes ***F***, cel. praepes missus ς, celeri summum praeceps *cRhenov* ‖ per *om* (*add m 2*) ***l*** ‖ celeri praepes fissum per *Hs*, celeri admissus praec. *in Bibl Diez 1075 idem*, celeri fissum praeceps *Burm vulgo*, celeri fissum praepes *Mitscherlich*, celeri immissus praeceps *Baumg-Crusius* 719 dextręque ***M*** 720 addidit (ł ab *sscr*) ***e*** 722 subit ***F*** 723 Uersa (t *add m 2*) ***M***, ł satur *sscr* ***m*** 725 Quaque patent ***e*** (l^2) ς *RV vulgo olim*, quaeque patent *Polle* ‖ ca(u *i r*)is ***e*** 726 lateris (ł rum *sscr m 2*) ***e*** 727 in pristem *post Heinsium Bentley*, in pristim *Obss I 17 Gronovius* ‖ uulnerat ***F h l n*** e^2 ω *vulgo*, uulnerat *ex corr* (uenerat *videtur fuisse a m 1*) β^2 M^2, uerberat ***N e*** ς

belua puniceo mixtos cum sanguine fluctus
ore vomit: maduere graves adspergine pennae.
nec bibulis ultra Perseus talaribus ausus
credere conspexit scopulum, qui vertice summo
stantibus exstat aquis, operitur ab aequore moto.
nixus eo rupisque tenens iuga prima sinistra
ter quater exegit repetita per ilia ferrum.
litora cum plausu clamor superasque deorum
inplevere domos: gaudent generumque salutant
auxiliumque domus servatoremque fatentur
Cassiope Cepheusque pater; resoluta catenis
incedit virgo, pretiumque et causa laboris.
ipse manus hausta victrices abluit unda,
anguiferumque caput dura ne laedat harena,
mollit humum foliis natasque sub aequore virgas
sternit et inponit Phorcynidos ora Medusae.
virga recens bibulaque etiamnunc viva medulla
vim rapuit monstri tactuque induruit huius
percepitque novum ramis et fronde rigorem.
at pelagi nymphae factum mirabile temptant
pluribus in virgis et idem contingere gaudent;
seminaque ex illis ut erant iactata per undas,
nunc quoque curaliis eadem natura remansit,
duritiam tactu capiant ut ab aere quodque
vimen in aequore erat, fiat super aequora saxum.

---

728 pu(n *i r*)iceo *e* 732 exit aquis *ccBerol et Medic Burm vulgo olim* ‖ aequore rapto (ł moto *sscr g n*) ***F N g ς*** 733 Nisus ***e l ς*** ‖ (ru *i r m 2*)pisque ***e*** ‖ sinistra ***F ς* ς ω vulgo,*** sinistre(ae) ***N ς***, sinistr(a *ex* o *m 2*) ***β***, sinistr/$^{a^2}$ ***M*** 735 superas(que *add m 2*) ***N*** 737 saluatoremque ***ς*** 738 Casiaphe ***l***, Casiope ***F***, *Κασσιέπη Plan* 741 nuda ***p ς*** *Hs* 742 (M *i r m 2*)ollit ***M*** 743 ut imponat *Hs* ‖ forcinidos ***N***, ph(f)orcinodos ***F l***, phorcinidos ***h***, phorœydos (ł phorcinidos *sscr m 2*) ***e*** ‖ methuse(æ) ***β M*** 744 etiamnunc ***A ω***, etiamnum *nullo codice, ut videtur, suffragante Hs vulgo* 745 monstra (*corr*) ***F*** 746 Concipitque (*corr m 2*) ***N***, Praecepitque ***ς***, Assumsitque *cRhenov* 749 ut erant ***M β l ς ω***, (ut e *i r*)rant ***N***, uterant ***F***, ut erant (uel iterant *sscr*) ***s***, iterant ***h e m ς vulgo*** 750 curaliis ***β O*** *cRhenov Hs vulgo*, coraliis ***e l p ς*** *VA* choraliis ***h***, corallis ***s ς*** *cSprotii R* 751 Duritiem ***ς*** *Hs vulgo olim* ‖ tactu *recepi ex β M*, tacto ***m*** *cett ω vulgo* ‖ captant ***β***, cap(i *ex* t)ant ***M***, capt(e *ex* a)nt ***N***, captent ***g*** ‖ ad aera (*cf IV 99 et ad trist I 3, 29 Owen*) ***β***, a(b *i r m 2*) aeræ ***M***, ab equore ***F ς****, aere *sscr* ***F***^{3} ***e***^{2} ethere *sscr* ***l***^{3} 752 in e̥quor(e *sscr* ***m***) ***M ς****

Dis tribus ille focos totidem de caespite ponit,
laevum Mercurio, dextrum tibi, bellica virgo,
ara Iovis media est: mactatur vacca Minervae,
alipedi vitulus, taurus tibi, summe deorum.
protinus Andromedan et tanti praemia facti
indotata rapit; taedas Hymenaeus Amorque
praecutiunt, largis satiantur odoribus ignes
sertaque dependent tectis et ubique lyraeque
tibiaque et cantus, animi felicia laeti
argumenta, sonant; reseratis aurea valvis
atria tota patent, pulchroque instructa paratu
Cepheni proceres ineunt convivia regis.
Postquam epulis functi generosi munere Bacchi
diffudere animos, cultusque genusque locorum
quaerit Lyncides moresque animumque virorum . . .

753*sq Lact Plac Comm in Stat Theb IV 448*: sic Ouidius de simili sacrificio: 'Dis tribus ille focos—summe deorum'.

---

753 Di(ist *i r m 2*)ribus ***M*** **755** mactatur ***M*** ‖ (b *ex* u *m 2*)acca ***N*** **757** andromedan *β* ***M h l ς*** *L VA Hs vulgo*, andromed(en *i r m 2*) ***N***, andromed(e *ex* a *m 2*)n ***F***, andromeden ***e p ς*** *R*, andromaden ***g*** ‖ ut tanti *Hs* **758** In dotata *Merkel*[2] ‖ himineus ***F*** **759** Prae(e)cutiunt *β* ***M*** *ω vulgo*, Praeci(pi *i r*)unt ***N***, Praecipiunt ***F ς**** ***m g ς*** ‖ sociantur ***l ς*** **760***sq* cithareque lireque *cUpsal*, et ubique (uel cytharaeque *sscr*) l. *cSprotii* ‖ tectis lotique lyraeque *Hs* **761** felicicia ***N*** **762** (b *ex corr*)aluis ***N*** **763** p(e *i r*)tent ***M*** **764** Cepheni *β* ***M*** *ς** ***ς*** *VA Merkel*, Cephe(ii *i r*) ***N***, Cephen(ū *ex corr*, Cephem *vel* Cepheni *videtur fuisse*) ***F***, Cephenum (*cf V l*) ***ς*** *cSprotii Bach*, Cephei (ł ni *sscr m 2*) ***e***, *Κήφειοι Plan*, Cephenes *coni* (*idem tamen versum del*) *Hs*, Cephenis (*regis sc*) *Burm vulgo olim* **765** uicti *vel* uncti ***ς***, uicti (uel functi *sscr*) ***s***, functi et ***ς***, functos (*animos sc*) *Hs* ‖ generosi et ***l*** **766** cultusque habitusque locorum *Burm* ‖ *iuxta* locorum *habet haec* (*767[a]*) Querit abantiades querenti protinus unus *i mg* ***F***[2] **767***sq quae uncinis inclusi aliena sunt ab omnibus libris bonis, recepta lectio* (*nisi quod 769* Qui *solus habet* ***M***) *videtur fuisse in β* ***O X*** ‖ Quaerit Lyncides m. a. virorum] *sic fere* (lincides *β*) ***M β***, Quaerit abanciades[3] ////////////////////// ***N***, abanchyades mores animumque uirorum narāt lincides quaerenti protinus unus *in illa ras una rectaque linea scripsit* (*m 3*) ***n*** ‖ (Narrat *i r m 2*, lin *ex corr alio atram*)cydes moresque a. u. ***F*** ‖ Quaerit (lynicides ∧ *i r m 3*) moresque habitumque uir. ***l***, ∧ querenti protinus unus Narat lincydes *i mg a manu saec XV* (Cepheus *glossam i mg add eadem*) ***l***[3] ‖ Narrat lincides moresque habitusque uir. ***h***, Querit abanciades querenti protinus illi (*signo" indicatur hunc v ante 767 inserendum esse*) *iuxta 767 i mg* ***h***[2] ‖ Quaerit abanthyades (ł lincides[2]) moresque animosque uir. ***e*** ¦ Quaerit abantiades (ł habitum[2]) moresque animosque uirorum (*767[a]*

[quaerit Abantiades: quaerenti protinus unus 767ª
narrat Lyncides moresque animumque virorum] 768
qui simul edocuit, ‘nunc, o fortissime’, dixit 769
‘fare precor, Perseu, quanta virtute, quibusque 770
artibus abstuleris crinita draconibus ora.’

---

768 om) Quae simul ed. *g* ‖ Querit abant. m. habitusque (habitumque *s*) uir. Que simul ed. *s R* ‖ *τό τε γένος καὶ τὴν ἐργασίαν τῶν τόπων ὁ Ἀβαντιάδης ζητεῖ τά τε ἔθνη καὶ τὰς ψυχὰς τῶν ἀνδρῶν, ἅπερ ὁμοῦ τε ἐδίδαξεν ὁ Κηφεὺς καὶ Νῦν, εἶπεν, ὦ γενναιότατε Περσεῦ, εἰπέ, δέομαι τίνι δυνάμει Plan* **767ª 768** *om β O F ς* ς s R, alterum del* (*ut inter se excipiant 766 767ª 769*) *Heinsium secutus Burm* **768** moresque habitusque ς ‖ locorum (uel uirorum *sscr*) *cSprot* **769** Qu(i *partim eras*, e *add m 2*) ***M***, Quem simul ς, Que(ae) simul *cett ω vulgo* ‖ nunc te fort. *R* ‖ qui simul (*id quod in textu expressimus*) *scripserunt* (*cf Hauptii ed exeg ab Ehwaldo curatam app cr p 347*) *Merkel et Ehwald . sed cum neque* qui *habeat quo referatur et* simul *vix ac ne vix quidem sit id quod illi volunt ‘auf alle Fragen zugleich’* (*ut* qui *sit idem quod ‘is qui’*), *haud scio an post 767 versus exciderit, quo quis interrogetur dictum sit . quod si verum est, fieri potuit, ut codicum deteriorum aliquot* (ς) *librarii et lacunam explere cupientes neque lectionem in A fortasse* (*cf β*) *traditam* Quaerit abantiades lyncides *intellegentes primo scriberent* Quaerit abantiades m. a. uirorum, *post adderent* Narrat lyncides m. a. uirorum, *postremo conflarent lectionem, quae exstat in* ς *VA, vulgatam hanc* (*vv 766 767ª 768/770*):

cultusque genusque locorum,
Quaerit Abantiades, quaerenti protinus unus
Narrat Lyncides moresque (que *om alii*) habitumque (habitusque *vel* animosque *alii*) virorum.
Quae simul edocuit: nunc, o fortissime, dixit,
Fare, precor, Perseu *sq*

quam lectionem frustra def (*ut sit* Lyncides = *Cepheus*) *Rh Mus NF LVI 341 sq Helm*

totum locum (765 *sq*) *alii aliter constituerunt velut sic*: Postquam epulis functos—animos, quaerenti prot. unus Narrat Abantiadae cultusque habitumque locorum *vel* Postquam—locorum Quaerit Ab., quaerenti prodidit unus, Quae simul edocuit *sq vel* Postquam—locorum Quaerit Ab., quaerentem prot. unus quae simul edocuit *Hs* ‖ diff. animos, cultusque habitusque locorum Narrat Ab., moresque animosque virorum. Quae simul ed. *Baumg-Crusius* ‖ diff. animos, cultusque genusque loc. Narrat Lyncides moresque animosque virorum *Lemaire* ‖ Quaerit Ab., quaerenti prot. unus Narrat Lyncidae *Suchier* ‖ diff. an., cultusque genusque l. Quaerit Lyncides: quaerenti prot. unus Narrat Lyncidae moresque animumque vir. Qui simul *NJhbb 1895, 833 Bannier* **770** ‘fare precor’ Cepheus *coni Haupt . Planudem* (*cf quae dixi ad 767*) *sic legisse haud putaverim. nam cum sit ὦ γενναιότατε Περσεῦ* = o fortissime Perseu, *suo arbitrio, ut sententiae succurreret, pro* edocuit *videtur scripsisse ἐδίδαξεν ὁ Κηφεύς* ‖ quan/ta (a *eras*) ***M*** ‖ qua tu virtute *Hs* **771** Actibus ***l*** ‖ crinita (uel cristata *sscr*) ***s***

Narrat Agenorides gelido sub Atlante iacentem
esse locum solidae tutum munimine molis;
cuius in introitu geminas habitasse sorores
Phorcidas, unius partitas luminis usum;
id se sollerti furtim, dum traditur, astu
supposita cepisse manu perque abdita longe
deviaque et silvis horrentia saxa fragosis
Gorgoneas tetigisse domos, passimque per agros
perque vias vidisse hominum simulacra ferarumque
in silicem ex ipsis visa conversa Medusa.
se tamen horrendae clipei, quem laeva gerebat,
aere repercusso formam adspexisse Medusae,
dumque gravis somnus colubrasque ipsamque tenebat,
eripuisse caput collo, pennisque fugacem
Pegason et fratrem matris de sanguine natos.
addidit et longi non falsa pericula cursus,
quae freta, quas terras sub se vidisset ab alto
et quae iactatis tetigisset sidera pennis.
ante exspectatum tacuit tamen; excipit unus
ex numero procerum, quaerens, cur sola sororum

ł abantiades[2]
772 agenorydes *e*, abantiades (uel agenorides *sscr*) *cSprotii*, abantiades ς 773 solidae septum *cHamb* 773 munimine mot (*sic*) ***M*** 775 Phorcydas ς *vulgo olim* ‖ (sor *i r m 2*)titas ***N***, (sor *ex* par *m 2*)titas ***F***, (sor *ex* *corr*)titas ***h***, sortitas ***e***, partitas ***g***, sortitas ς 776 Id (*i r*) se furt(im dum *i r m 2*) ***N*** ‖ sollerti, furtim d. tr., astu *distinguunt Plan VA* 778 arentia saxa ***s*** ς, herentia s. ***g*** 779 Gorgonas (*corr*) ***F*** 780 Perque uiçọs[a²] ***M*** ‖ ferarumque ς ω *vulgo*, *καὶ θηρῶν Plan*, ferarum// ***N***, ferarum(que *om*) ***A*** 781 scilicem ***l*** 782 Se tamen ***h e*** ς *A Plan*, Se/ (d *eras*) ***M***, Sed t. *cett* ‖ horrendo β, horrendo[e] ***M***, horrendam ***g*** ‖ quem *recepi ex* ***N*** ς, q(q̄ *inde m 2*) ***l***, quod *cett vulgo* ‖ tenebat *cDresd* 783 Aere percusso ***N***, Ore reperc. ς, orbe reperc. *Hs*, aere repercussam *Riese* 784 cumque *Zeitpart p 171 EHoffmann* ‖ colubras(que *om*) ***e g p s*** ς, colubrosque *vel* colubros ς 785 execuisse *vel* praesecuisse *Hs* ‖ pennisque *ex* pennamque *per ras* ***M*** 786 fratrem ς *cRhenov A Regius Hs vulgo*, fontem ς *et i r* ***N***, fratres ***A*** *RV* ‖ fontem (uel fratrem *sscr*)—natum *cSprotii*, fonte(s *i r*) ***e*** ł tem ł fratres *sscr* ***e***[2], et matris fontem ***s*** ‖ *post* natos *punctum del Jahn, restituit Ehwald* 789 uidisset ***g*** 790 Ante exspectatum (ū *i r* ***N***) ***N h e m*** ς *RV*, Antea spectatum ***F***, Ante espectatum *inde* ***F***[2], Ante spectatum β ***M l*** 791 E numero ς *vulgo olim*, De num. ***s*** ‖ cur una ***e p*** ς *cUps*

gesserit alternis inmixtos crinibus angues.
hospes ait: 'quoniam scitaris digna relatu,
accipe quaesiti causam. clarissima forma
multorumque fuit spes invidiosa procorum
illa, neque in tota conspectior ulla capillis
pars fuit. inveni, qui se vidisse referret.
hanc pelagi rector templo vitiasse Minervae
dicitur. aversa est et castos aegide vultus
nata Iovis texit, neve hoc inpune fuisset,
Gorgoneum crinem turpes mutavit in hydros.
nunc quoque, ut attonitos formidine terreat hostes,
pectore in adverso, quos fecit, sustinet angues.'

---

792 Gesserat ***g*** ‖ alternis ***F*** ς* ***m*** ς, alternos ***β O*** ς, alternum *cRhenov* ‖ inmixtos (t inmissos *i r sscr m 3*) ***N***, immixtas ***p*** ‖ alternis in "crinibus" mixtos ***h*** **793** sc(i *i r*)taris ***N***, scrutaris ***s*** *ccGronov et Voss* **794** quaesiti/ (s *eras*) ***β M*** **795** insidiosa ς **796** nec in ***N e R*** ‖ tota ***N F e m*** ς, totis ***β M l***, toto ***h*** *cBersm* **797** referrent ***F e l g*** ω *Jahn* **798** uiolasse ***F*** ς **799** aduersa ***l*** *ccDresd et Goth* **800** ioui stetit (*corr*) ***M*** ‖ impune tulisset *Hs* **801** crimem (*corr*) ***M*** ‖ turpes crinem (*ex codd?*) *Hs* ‖ mutauis (*corr m 3*) ***β*** ‖ ydros *i r e*, idros ***l***, hydras *cMedic* ‖ in angues ς **802** (ut attoni *i r m 3*)tos ***h*** ‖ admonitos *Bentley* ‖ hospes (*corr*) ***F*** **802/03** *del Haupt, sed cf Rh Mus LVI, 353 Helm et in app cr ed p 349 Ehwald* ‖ Liber quintus ***M e***, Incip lib V ***N***, EXPLICIT QVARTVS LIBER QINTVS INCIPIT ***l***, *nullus titulus in* ***β F h e***

LIBER QUINTUS.

Dumque ea Cephenum medio Danaeius heros
agmine commemorat, fremida regalia turba
atria conplentur, nec coniugialia festa
qui canat est clamor, sed qui fera nuntiet arma,
inque repentinos convivia versa tumultus
adsimilare freto possis, quod saeva quietum
ventorum rabies motis exasperat undis.
Primus in his Phineus, belli temerarius auctor,
fraxineam quatiens aeratae cuspidis hastam,
'en' ait, 'en adsum praereptae coniugis ultor,
nec mihi te pennae nec falsum versus in aurum
Iuppiter eripiet.' conanti mittere Cepheus
'quid facis?' exclamat, 'quae te, germane, furentem
mens agit in facinus? meritisne haec gratia tantis
redditur? hac vitam servatae dote rependis?
quam tibi non Perseus, verum si quaeris, ademit,
sed grave Nereidum numen, sed corniger Ammon,

17 *sq* *Quintil Inst Or IX 3, 48 Halm*: Congeruntur et diuersa . . et apud Ouidium: 'Sed graue Nereidum n. s. c. Ammon [amon *G*], Sed quae [Et quae *AGM*] — belua ponti Exsaturanda meis'.

1/389 *exstant in* β **1** Cumque ***F*** ‖ danaeius ***N*** ς, *τοῦ Δαναείου Plan*, d/anæius (i *eras*) ***M***, daneįus β, dan(eius *i r m 3*) ***h***, daneius *cett RV* **2** Agmina(e *add m 2*) β ‖ fremida r. turba ς *Merkel*, fremida r. turba (*cf Stat Theb II 214*) ***M*** ł be ł fremitu ł fremitu *i mg m 2 et 3* ***m***, frem(itu *i r m 2*) reg. turba^{2} ***N***, fremi(tu *ex* da *m 2*) reg. turba(e *add m 2*) β, fremitu reg. turbae (*probat p 110 Hartman*) *cett* (*i r* ***h***^{3}) ω *vulgo olim*, trepida reg. turba *Adv cr II 82 Madvig* **3** coniugialia β^{3} ***l*** ς *VA vulgo*, coniugalia^{i2} ***e***, coniugalia ***O*** β ***F e h*** ς *R*, connubialia ς **4** nontiet (*corr*) ***e*** **6** Assimilare ***M e***^{2} ς *Merkel*, Assimi/lare ***F***, Assimulare ***e*** *cett* ω *vulgo olim* ‖ posses ***l g*** **10** praerapt(a)e^{s2} ***h p*** **11** falsum ***M*** **12** eripient *cGronovii Hs vulgo olim* **13** quod facis [*facinus sc*] *vel* quo facis *Hs* ‖ germane^{o} ***M*** **14** ait (*corr*) ***M*** ‖ meritisue (*corr m 2*) ***F*** **15** seruat(am *i r m 2*) ***N***, seruat(am *ex* ę *m 3*) ***F***, seruatam ς, seruata ***s*** **17** amon ***h l***, hammon ***M F e n*** *VA*

sed quae visceribus veniebat belua ponti
exsaturanda meis. illo tibi tempore rapta est,
quo peritura fuit; nisi si crudelis id ipsum
exigis, ut pereat, luctuque levabere nostro.
scilicet haud satis est, quod te spectante revincta est
et nullam quod opem patruus sponsusve tulisti:
insuper, a quoquam quod sit servata, dolebis
praemiaque eripies? quae si tibi magna videntur,
ex illis scopulis, ubi erant adfixa, petisses!
nunc sine, qui petiit, per quem haec non orba senectus,
ferre, quod et meritis et voce est pactus, eumque
non tibi, sed certae praelatum intellege morti!'
Ille nihil contra, sed et hunc et Persea vultu
alterno spectans petat hunc ignorat an illum,
cunctatusque brevi contortam viribus hastam,
quantas ira dabat, nequiquam in Persea misit.
ut stetit illa toro, stratis tum denique Perseus
exsiluit teloque ferox inimica remisso
pectora rupisset, nisi post altaria Phineus
isset: et (indignum!) scelerato profuit ara!
fronte tamen Rhoeti non inrita cuspis adhaesit;
qui postquam cecidit ferrumque ex osse revulsum est,

---

39 *Priscianus VI 69*: 'hoc ŏs' correptum 'ossis'—Ovidius in V metamorphoseon: 'Qui posquam [*sic R*, postquam R^2 *cett*] cecidit ferrumque ex osse revulsum est'.

---

18 ponto ς *Hs vulgo olim*, ponto (uel ponti *sscr*) *cSprotii* **19** exaturanda ***N***, Exsatianda ***p*** ‖ adempta est ς **20** nisi tu cr. ***N g p*** ς, nisi (si *add i l m 2*) cr. ***h*** ‖ ad ipsum (*corr m 2*) ***β*** **21** luctu// le(t *ex* u)abere ***N***, leuauere (*corr m 2*) ***β M***, lauabere ***l*** **22** aut ***β***, haud *inde* $β^2$ ‖ **23** opem paruus (*corr*) sponsu suæ tulisti ***M*** ‖ sponsus patruusque *cSenat*, patr. sponsusque *p 111 Hartman* **24** a quoquam *i r* ***e*** ‖ quodam *ex* quoquam F^2 ‖ a quodam quo ***g*** **25** Premiaue ***e*** ς **26** Ex ipsis—erant (ł rat *sscr* e^2) ***e s*** ‖ erat (*corr* ***n***) ***N*** ς ‖ affissa ***M***, religata *cThuan* **27** Hunc sine *cSprotii JHVoss* ‖ haec *om* ***g*** ς, *del Hs* **29** intellege// (re *eras*) ***M*** **32** que *add* h^2 **33** nequicquam ***β h l g*** ς *vulgo olim* **34** Ut stetit ***β M l*** ς *Hs vulgo*, Et stetit ***N h e*** ς *Jahn*, At stetit ***F*** ς, Ast stetit ***g***, A(d)stitit ł s^2 ς, Constitit *R*, Restitit *Hs* ‖ (str *i r*)atis ***M*** ‖ tunc ***e*** ς **35** Exiluit ***M***, Exiliit ***e l g*** ς **36** ni post *cBersmanni* **38** rhœ-chi (*virgula a m 2*) ***M***, rhethi ***N***, rethi ***F*** ς* ς ‖ rhœi chinei non ***β*** **39** Qu(i *ex* ae) ***N***, Quae (*corr m 2*) ***β*** ‖ posquam *cod RPrisciani* ‖ telumque *cGronov* ‖ ex osse ***F*** ς* ς *Priscianus*, ex hoste ***β N*** ς, ex /osse (h *eras*, s *alterum a m 2*) ***M***

calcitrat et positas adspergit sanguine mensas.
tum vero indomitas ardescit vulgus in iras,
telaque coniciunt, et sunt, qui Cephea dicunt
cum genero debere mori; sed limine tecti
exierat Cepheus testatus iusque fidemque
hospitiique deos, ea se prohibente moveri.

Bellica Pallas adest et protegit aegide fratrem
datque animos. erat Indus Athis, quem flumine Gange
edita Limnaee vitreis peperisse sub undis
creditur, egregius forma, quam divite cultu
augebat, bis adhuc octonis integer annis,
indutus chlamydem Tyriam, quam limbus obibat
aureus; ornabant aurata monilia collum
et madidos murra curvum crinale capillos.
ille quidem iaculo quamvis distantia misso
figere doctus erat, sed tendere doctior arcus.
tum quoque lenta manu flectentem cornua Perseus
stipite, qui media positus fumabat in ara,
perculit et fractis confudit in ossibus ora.

Hunc ubi laudatos iactantem in sanguine vultus

---

46 *Ilias Lat 384*: Bellica Pallas adest.

47 *Marius Plotius Sacerdos Ars gr II 60 (Keil VI 481)*: thes graecum inveni, sed productum, apud Ovidium, Ianthes Ianthis vel Ianthidis . this tertiae declinationis this vel dis facit genetivo, haec [hic *B v*] Atthis huius Atthis vel Atthidis: sic Ovidius. *sed haec pertinere videntur ad epist Sapph 18, cf de Vries Epist Sapph (Lugd Bat 1885) p 120 et ad IX 715.*

---

40 Palpitat ς *Hs vulgo olim* ‖ asparsit ***N*** **41** ardescit (uel crudescit *sscr*) ***s*** **42** concutiunt ς ‖ dicant ***h e g*** ς *R vulgo olim, cf Schmalz L Gr 534⁴* **45** haec se *cSprotii* **47** animis (*corr*) ***F*** ‖ intus ***h*** ‖ athis ***X L*** *vulgo*, athi/s(u *fuit*) ***β O***, Atys ς *Plan*, Attis *R* ‖ fulmine ***l*** ‖ gan(ge *ex* ti) ***β***, gang(e *ex* i) ***M*** **48** Edit(a *a m 2*)/ ***M*** ‖ Limnaee (*cf PrSG 1887, 21*) *scripsi*, limnatæ ***β M***, limna(te *i r*) ***N***, limate ***g***, limate ς *Plan*, limniate ***F l***, limniace ***h*** ς *A*, lennee *i r* ***e***, ł linnate *sscr* ***e***², licitace *çSprotii*, lurinace ***s***, Lemniace *Regius*, Limnatis *Hs*, Clematie *Unger* ‖ sub antris ς *Hs vulgo olim* **49** Creditur (uel dicitur *sscr*) ***s*** ‖ quam *i r* ***n***, qua (*corr m 2*) ***l*** **51** clamidem ***M F*** ‖ lyriam clamidem ***e p*** ς **53** madi(dos *i r m 2*) ***N*** ‖ mi/rra (u *fuit*) ***M*** ‖ curu(ū *i r m 2*) ***N*** ‖ et m. myrrha cohibebat mithra capillos ς **55** arcum ***F h l*** **57** in aula *ccGronov et Junianus Burm vulgo olim* **58** Percutit ς ‖ effractis ς ‖ confu̥dit ***F***, conf(undit *i r m 2*) ***N***, confundit ***s*** ς, contundit ς ‖ Perc. infractis confudit et ossibus ora *Raph Regius*, confudit in oribus ossa *NJhbb 1892, 632 PhLöwe* **59** laudatos (ł fedatos *sscr* ***m***) ***O*** ς, f(o)edatos ***X*** ‖ fœdatos iactantem (in *om*) sang. *VA Bothe* ‖ Hunc illaudatos *Bach*

Assyrius vidit Lycabas, iunctissimus illi
et comes et veri non dissimulator amoris,
postquam exhalantem sub acerbo vulnere vitam
deploravit Athin, quos ille tetenderat arcus
arripit et 'mecum tibi sint certamina' dixit;
'nec longum pueri fato laetabere, quo plus
invidiae quam laudis habes.' haec omnia nondum
dixerat, emicuit nervo penetrabile telum
vitatumque tamen sinuosa veste pependit.
vertit in hunc harpen spectatam caede Medusae
Acrisioniades adigitque in pectus, at ille
iam moriens oculis sub nocte natantibus atra
circumspexit Athin seque adclinavit ad illum
et tulit ad manes iunctae solacia mortis.
Ecce Syenites, genitus Metione, Phorbas
et Libys Amphimedon, avidi committere pugnam,
sanguine, quo late tellus madefacta tepebat,
conciderant lapsi: surgentibus obstitit ensis,
alterius costis, iugulo Phorbantis adactus.
at non Actoriden Erytum, cui lata bipennis
telum erat, hamato Perseus petit ense, sed altis
exstantem signis multaeque in pondere massae
ingentem manibus tollit cratera duabus

---

64 *Ilias Lat 284*: 'Tecum mihi sint certamina' dixit.

---

60 licabas ***M*** ‖ licabas uidet innectissimus ***g*** **62** exalantem ***F l*** ‖ aceruo ***β M*** **63** athin ***β O F***, athim ***h l***, athym ***e***, atyn ***ς*** *Plan*, Attin ***R*** **64** Arrip/it et ***M***, Arripuit et ***l*** ‖ sunt ***N*** **65** longum(e *sscr m 2*) ***M***, longo ***ς*** ‖ pu. efato ***N*** ‖ facto ***l*** **69** arpen (h *sscr*) ***e***^{2}) ***N e l*** ‖ spectatā̋ (- *eras*) ***M***, spectatum (*corr m 2*) ***F*** **70** Acrisionides ***h ς*** ‖ adiitque inspectus ***β***, adiitque (g *sscr m 2*) impectus ***M*** **72** athin ***β O F h***, athī ***l***, athym ***e***, atyn *Plan A*, athim ***g***, Attin ***R*** ‖ inclinauit ***h ς*** ‖ in illum ***ς*** *Hs* **73** mortis (uel morti *sscr*) ***s*** **74** syenites *Plan A vulgo*, sueni(y)tes ***A RV*** ‖ mentione ***g***, methione ***F ς*** *vulgo olim* **75** lybis ***F*** ‖ amphimeon ***β M*** **76** tellus late *Hs vulgo olim* **78** phorbantis adactus *i r* ***h***^{2} **79** auctoriden ***l s***, astoriden ***p***, actoridem ***e*** ‖ erytum ***M*** *Merkel*, *Ἔρυτον Plan*, Erythum ***R***, ericum ***s***, hertum ***F***, (eri *i r m 2*)tum ***N***, cyrrum ***e***, Erithon *Hs vulgo olim*, Erinon *Bothe* **80** hamato (uel amato *sscr*) ***s*** *vulgo*, amato ***R***, /ammoto ***M***, ammoto ***β***, admoto ***F N h l ς RV*** *Loers*, admotam ***e*** **81** impondere ***M*** ‖ murraeque in pondera massa *Merkel*^{2}, multaeque in pondera massae *post Pollium* (*coll IX 629*) *p VIII Pascal*

infligitque viro; rutilum vomit ille cruorem
et resupinus humum moribundo vertice pulsat.
inde Semiramio Polydegmona sanguine cretum
Caucasiumque Abarim Sperchionidenque Lycetum
intonsumque comas Helicen Phlegyanque Clytumque
sternit et exstructos morientum calcat acervos.

Nec Phineus ausus concurrere comminus hosti
intorquet iaculum: quod detulit error in Idan,
expertem frustra belli et neutra arma secutum.
ille tuens oculis inmitem Phinea torvis
'quandoquidem in partes' ait 'abstrahor, accipe, Phineu,
quem fecisti hostem pensaque hoc vulnere vulnus!'
iamque remissurus tractum de vulnere telum
sanguine defectos cecidit conlapsus in artus.

Hic quoque Cephenum post regem primus Hodites
ense iacet Clymeni, Prothoenora percutit Hypseus,

84 *Ilias Lat 376*: terram moribundo vertice pulsat.
88 *ib 402*: et exstructos morientum calcat acervos.

83 Inf/igitque (ł fl s*scr m 2*) ***e***, Inf(li *i r m 2*)gitque ***N***, Infregitque ς *Hs vulgo olim*, Infringitque *vel* Infigitque *vel* Immisitque ς ‖ rutulum ***g*** 85 sameramio ***M l***, sam(i *ex* e *m 3*)ramio ***β***, samiramio ***F***, semyramio ***e*** ‖ Polydegmona *post Bothium Riese*, polydecmona ***e***, polidecmona ***N***, polidegmona ***F***, poly‿de/mona ***β***, polide/mona ***M h***, polidemona ***l*** ς, Polydemona *R*, *Πολυδαίμονα Plan*, Poly(i)daemona ς *VA vulgo olim* ‖ cretus (*corr m 2*) ***M*** 86 *om* ***h***, *i mg* ***h***^{2} ‖ Caucasiumque ς *Plan vulgo*, Caucaseumque ***A*** ‖ abarī ***F l***, abarym ***e*** ‖ *Ἄβαριν καὶ Σπερχειάδην Plan* ‖ sperchion idemque licetum ***M***, sperc(hya *i r m 2*)demque thigetum ***N***, spercheiadēque licetum ***F*** ς*, ł sperchionidemque *i mg* ***e***^{2} ‖ Lyceum *Bothe* 87 Intonsumque *i r* ***h***^{2} ‖ (h)elicen ***β F N l***, el(ic *i r m 2*)en ***h***, hilicen ***M***, helicem ς, elycem ***e***, elycen ς *Burm vulgo olim*, Erycem *Boissonade*, Helicon *Bothe* ‖ phalegiamque ***M***, phȧlegiamque ***β***, phlegiam//(que *eras*) ***N***, phlegiāque ***F h e*** ς, phleigāque ***l***, phlegiamque ς *Burm* ‖ cliciumque ***β***, clit/umque ***M*** 88 instructos ***β M***, exst(ruc *e corr m 2*)tos ***F***, adstructos ς *Burm vulgo olim*, extinctos ς 89 Nec *om* (*add i mg m*) ***β M*** ‖ Phineus ausus erat ***β M***, Ph. ausus //// ***N*** ‖ concurre ***h*** 90 idā ***F l*** ς, ydam ***e***, idam ***g*** ς ***ω*** 91 et *om* ***h*** 92 inmittem ***e*** ‖ phynea ***M e*** 93 ad partes ***l*** ‖ attrahor ***F g*** ς *Burm vulgo olim*, abstraor (*corr* ***M***) ***M l*** ‖ phyneu ***M*** 94 hoc *om* (*add m 2*) ***N*** 95 de uulnere ***β O h g***, de corpore ***F e l g*** ς *vulgo*, de pectore ς ‖ telum *i r* (ferrum *sscr m 3*) ***n***, ferrum ς 96 de(i *ex* f)ectos ***M***, detectos (*corr*) ***β***, defecto *cVoss* 97*sq* Hic quoque ***N F*** ς* ***g*** ς, Tum (ł hic *sscr m*) q. ***M*** ς *R*, Tunc q. ***β h***^{2}, Hinc q. ***s*** ‖ cephenū/ ***M*** ‖ Hodites ς *Plan*, odi(y)tes ***A*** ***ω*** *vulgo olim* ‖ Tu quoque—ense iaces *Haupt*, Dux quoque—iacet *Riese*^{2}. *cf quae dixi NJhbb 1894, 773* 98 Prothoenora *Emend praef p 23 Schrader*, prot(h)enora ***A*** ***ω***, *Προωτήνορα Plan* ‖ perculit ς *Hs vulgo olim* ‖ ipseus ***N l***, hipseus ***β M n***, ypseus ***F e***

Hypsea Lyncides. fuit et grandaevus in illis
Emathion, aequi cultor timidusque deorum,
qui, quoniam prohibent anni bellare, loquendo
pugnat et incessit sceleratague devovet arma.
huic Chromis amplexo tremulis altaria palmis
decutit ense caput, quod protinus incidit arae
atque ibi semanimi verba exsecrantia lingua
edidit et medios animam exspiravit in ignes.
hinc gemini fratres Broteasque et caestibus Ammon
invicti, vinci si possent caestibus enses,
Phinea cecidere manu Cererisque sacerdos
Ampycus albenti velatus tempora vitta;
tu quoque, Lampetide, non hos adhibendus ad usus,
sed qui, pacis opus, citharam cum voce movendo
iussus eras celebrare dapes festumque canendo.
quem procul adstantem plectrumque inbelle tenentem
Pedasus inridens ‘Stygiis cane cetera’ dixit

---

99 Hipsea/ ***M***, Ipsea ***N l***, Ypsea ***F e*** ‖ /lincides ***F***, clicides ***h l***, lygnides ***e*** ‖ ill(is *i r*) ***N*** **101** Quem quoniam ***h*** ς *vulgo olim* **102** deuouet ς ω *vulgo, om* (*add i mg m 2*) ***h***, dęmouet (ł deuocat ł deuouet *sscr m 2*) ***e***, deuo(uet *i r m 2*) ***N***, deuocat (ł ue *sscr* ***m***) ***β M F l***, *τὰ ἀνόσια ἔργα προκαλεῖται Plan* ‖ incessens sceleratis deuocat armis *Hs* **103** Hunc c. amplexo ***h*** ‖ cromi(y)s ***N F h e*** ς ‖ amplex(o *ex* u) ***M*** **104** Demetit ***s*** ς *Hs vulgo olim* **105** semianimi ***e s*** ς *Hs vulgo*, semianimis ***A*** ω, *τὴν κεφαλὴν ἀπαράσσει, ἡ δ' εὐθὺς ἐνέπεσε τῷ βωμῷ, κἀκεῖ δ', ἡμιθνὴς οὖσα λόγους βλασφήμους ἀνεδίδου τῇ γλώσσῃ Plan* ‖ execratia (*corr m 2*) ***M*** **106** in ungues ***h*** **107** broteasque et caestibus ammon ***β*** *cRhenov Plan VA vulgo*, boreas et cestibus ammon *i r* ***n*** ‖ broteaque ***M***, boresque ***l***, proteasque ***F*** ς, Proteusque *R*, prote(as *i r m 2*) et ***h*** ‖ pretheus et c. hamon ***e*** ‖ (h *add m 2*) amon ***h*** **108** Inuicti// (us *eras*) ***M***, Inuict(i *ex* us) ***β*** **109** Phyncia ***e***, Phineia ς *V* **110** Ampycus *Hs vulgo*, Amphitus ς Amphycus ***e***, Amphicus *cett R*, Alphitus *VA*, Alphytus *Naugerius* ‖ timpora (i *ex* e ***M***) ***O l*** **111** Tu/ (m *eras*) quoque ***N*** ‖ lampetide ***N L*** *Plan Riese*, iam petide ***M***, iam peti(d *ex* t *m 2*)e ***β***, iampetide ***l n p***, iapetide ***F h*** ς ω *vulgo olim*, yapetide ***e***, Lampetade *Bothe* ‖ non hoc (*corr m 3*) ***h*** ‖ non hos /// /// adh. ***N*** ‖ in usus ***g*** ς *vulgo olim* **112** sed quo *Hs* ‖ movendo (*cf I 682 VIII 633*) *recepi ex* ***F l n*** *cBerol*, *τὴν κιθάραν σὺν τῇ φωνῇ κινῶν Plan*, moue(re *fort a m 2*, s *i r m 2*) ***M***, moueres ***β N*** F^2 *cett* ω *vulgo* ‖ moueres: iussus *sq distinx Jahn* **113** *del p 112 Hartman* ‖ erat ***s*** *cSenat* ‖ cane(bas *i r m 2*) ***N*** **114** Cui pr. astanti—tenenti (*corr* F^2) ***F l*** ς *Hs vulgo olim* ‖ mouentem ς ‖ Pedasus *Ehwald*, Pactalus ***N***, *Πάτταλος Plan*, pepalus *in Lactantii argum* ***O***, Pettalus ς *VA vulgo*, Petarus *cBersm*, Pentalus *cSenat*, Petalus *cett R*, Paetalos *Housman* ‖ tenenti, Pettalus, i, ridens *Hs*

'manibus' et laevo mucronem tempore fixit.
concidit et digitis morientibus ille retemptat
fila lyrae, casuque fuit miserabile carmen.
Nec sinit hunc inpune ferox cecidisse Lycormas,
raptaque de dextro robusta repagula posti
ossibus inlisit mediae cervicis; at ille
procubuit terrae mactati more iuvenci.
demere temptabat laevi quoque robora postis
Cinyphius Pelates: temptanti dextera fixa est
cuspide Marmaridae Corythi lignoque cohaesit.
haerenti latus hausit Abas, nec corruit ille,
sed retinente manum moriens e poste pependit.
sternitur et Melaneus, Perseia castra secutus,
et Nasamoniaci Dorylas ditissimus agri,
dives agri Dorylas, quo non possederat alter
latius aut totidem tollebat turis acervos.

---

120 *sq Priscianus VII 70*: 'postis' etiam 'a poste' vel 'posti' invenio . . . Ovidius in V metamorphoseon: 'Raptaque—repagula [repaeula *BDGLK*] posti Ossibus inlisit [illaesit *GL*, ill/esit *K*] ‖ Raptaque—posti *sic citatur* (OV$\overline{D}$ *additur i mg*) *apud Henricum Keil 'Exempla diversorum auctorum' v 214 (Index Schol aest Hal 1872, cf Traube PL aevi Carol III 753) ex cVat Bibl reg Christinae 215, cf ad I 219.*

---

116 et seuum (t leuo *sscr m*) m. tempore (e *prius i r M*) *β M cSenat Plan*, seuum m. in pectore *g* ‖ figit *ς Hs vulgo olim*, condit *cGoth* 117 Occidit *g cBersm* ‖ retētat *h*, retentat *M ς R vulgo olim*, retentat (*i e retinet*) *inde Merkel*^{2} 118 casuque canit *s ς Hs vulgo olim*, cas. (canit *i r m 2*) mirabile (*corr m 2*) *N*, casuque fugit (*vel* cadit, *i e desinit*) *Burm*, casuque ferit *Housman* 119 Non sinit *e ς Hs* ‖ ferus (ox *sscr* F^2) *F h l VA* 120 de duro *Constantius Fanensis* ‖ posti *ς cVat reg Christinae 215 Priscianus A vulgo*, pos(t *ex* s)e *M*, poste *A RV* 121 illisit *F* β^2 *ς Priscianus*, elisit *O β l ς R*, inmisit *e* F^2 *p ς*, (a *i r m 2*)lisit *h*, illidit *Hs vulgo olim* 122 Procumbit *g* ‖ terra *ς* 123 leui(s *i r m 2*) *l* ‖ '*malim scribere* laevo quoque robora posti' *in Bibl Diez 1075 Hs* 124 *sic ς Hs vulgo*, Cyniphius *N*, Cynipheus (us *i r* F^2) *β M F*$^{a^2}$ *e cBerol*, Cinipheus *h ς RV*, Cinipheos *l*, *Κινυφεὺς Plan* ‖ palates *h*, peltes *e* 125 marmori(de *i r m 2*) *F*, marmoridę *e s*, Marmacidae *Regius* ‖ corythi *cRhenov Plan Hs vulgo*, corhiti *e*, corinthi *l*, corit(h)i *cett VA* 126 a(b *ex* l *m 2*)bas *h* 127 (reni *i r m 2*)tente^{n} *M* ‖ manu *F ς** *ς* ‖ de poste *e p s* 128 Melaneus *Plan Glareanus Hs vulgo*, meneleus *h*, menal/us *N*, menalus *s*, menaleus *cett ω Gierig* ‖ perseia(que *add m 2*) *F* 129/30 nas(o *ex* a *m 2*)moniaci *F* ‖ dorylas *ccRhenov et Goth R Hs vulgo*, dorias *l*, dorilas *cett ω* 130/31 *del Postgate* 131 Lacius hau(d *ex* t *m 2*) *F* ‖ totidem cogebat *JacGronov* ‖ t(h)uris (t *i r N*) *N F e s*

huius in obliquo missum stetit inguine ferrum:
letifer ille locus. quem postquam vulneris auctor
singultantem animam et versantem lumina vidit
Bactrius Halcyoneus, 'hoc, quod premis' inquit, 'habeto
de tot agris terrae' corpusque exsangue reliquit.
Torquet in hunc hastam calido de vulnere raptam
ultor Abantiades, media quae nare recepta
cervice exacta est in partesque eminet ambas.
dumque manum Fortuna iuvat Clytiumque Claninque,
matre satos una, diverso vulnere fudit:
nam Clytii per utrumque gravis librata lacerto
fraxinus acta femur, iaculum Clanis ore momordit.
occidit et Celadon Mendesius, occidit Astreus,
matre Palaestina, dubio genitore creatus,
Aethionque sagax quondam ventura videre,
tunc ave deceptus falsa, regisque Thoactes
armiger et caeso genitore infamis Agyrtes.
Plus tamen exhausto superest; namque omnibus unum
opprimere est animus coniurata undique pugnant
agmina pro causa meritum inpugnante fidemque:
hac pro parte socer frustra pius et nova coniunx

---

g ς, farris (far *i r* β ***m***) β ***M h l n*** e^2 ς ω *vulgo*, turis *verum esse demonstravi NJhbb 1894, 774sq* ‖ frugis acervos *Siebelis* **132** ferrum — missum ***F*** **133** actor (*corr* ***e***) ***e*** ς **135** Bactrius ς *Hs*, Bactreus β ***N R***, Batcreus ***M***, Batreus ***F***, Batheus ***l***, Bactres$^{u^2}$ ***h***, Baltreus ***e***, Bracteus ***s*** *VA*, Breteus ***g*** ‖ Halcyoneus ς *Hs*, alcioneus β ***O l V***, alcionens^{v} ***F***, alcione' (' *a m 3*) ***h***, alchytoneus ***e***, althyones ***s***, Alconeus *A* **137** de sanguine ς ‖ tractam ς **138** Vltor (uel Victor *sscr*) ***s*** ‖ ab anciades ***F***, atlantiades (*corr*) ***h*** **139** exa/cta ***N***, exata(e *sscr m 3*) β **140** *sic* (clitiumque) β ***O*** ‖ cliciūque clanīque ***F l***, clictūque clanīque *i r* h^2, dictumque domumque (donumque *sscr*) ***s*** ‖ danumque ***e*** ς ł clamimque *sscr* e^2, Damīque *R* **141** sternit (ł fudit *sscr*) ***g***, fedit (*corr*) ***h*** **142** Nā/ ***M*** ‖ clicii ***F h l*** ‖ grauis (ł ui *sscr m*) β ***M***, graui est ***N***, graui ***X*** *vulgo*, *sed cf NJhbb 1894, 646* ‖ uibrata ***s*** ς ‖ lac. est ***e*** ς **143** clan(i *ex* a *per ras*)s ***M*** ‖ danus ***e s***, ł clamis *sscr* e^2, Danis *R* **144** Occ. et celedon ***F h l***, Occ. encheladon ***e*** ‖ Mendesius *Plan* ς *ConstFanensis A vulgo*, mundesis ***l***, mi(y)ndesius *A RV* **145** dubio quoque patre cr. ***p*** **146** Anthionque ***F***, Ethionque ***O h*** *ConstFanensis*, Echionque ς ‖ sa/gax ***M*** **147** Nunc (uel Tunc *sscr*) ***s***, Nunc ς *Hs vulgo olim* ‖ thoactes ***F e*** ς *Hs*, thoantes ***l***, troactes ***h***, coactes ***g***, *Κοϱνατής Plan*, thoastes β ***O*** **148** "genitore "ceso ***h*** ‖ agirtes ***M F***, acyrtes ***N*** **150** coniurataque ς ‖ undique certant ***N R*** **151** *sic* ***X m n*** ω, impugnare (*corr* β^1) β ***O*** **152** (h *add m 2*) Ac ***M***

cum genetrice favent ululatuque atria conplent.
sed sonus armorum superat gemitusque cadentum,
pollutosque simul multo Bellona penates
sanguine perfundit renovataque proelia miscet.
circueunt unum Phineus et mille secuti
Phinea: tela volant hiberna grandine plura
praeter utrumque latus praeterque et lumen et aures.
applicat hic umeros ad magnae saxa columnae,
tutaque terga gerens adversaque in agmina versus
sustinet instantes: instabat parte sinistra
Chaonius Molpeus, dextra Nabataeus Echemmon.
tigris ut auditis diversa valle duorum
exstimulata fame mugitibus armentorum
nescit, utro potius ruat, et ruere ardet utroque,
sic dubius Perseus, dextra laevane feratur,
Molpea traiecti submovit vulnere cruris
contentusque fuga est: neque enim dat tempus Echemmon,
sed furit et cupiens alto dare vulnera collo
non circumspectis exactum viribus ensem
fregit, et extrema percussae parte columnae

---

153 genitrice *e* **155** *sic A ω Ehwald*, semel *ς Hs vulgo* **156** perfu(n *i r m 2*)dit ***M***, Perfudit ***F g s ς*** ‖ renauatque (*corr*) ***M***, renouata(que *om*) ***F*** **157** Circumeant (m *eras* ***M***) ***O c***, Circumstant illum *cBersm* ‖ unum ***e*** ‖ secuti (ł sequentes *sscr m 2*) ***M*** **159** Prater (*corr m 2*) ***β*** ‖ praeter(que et *i r m 2*) ***N*** **160** hinc ***F l ς*** *Hs vulgo olim* **162** instabant ***ς*** *Hs vulgo olim* **163** Chaonis ***l***, Choanius (*'sunt enim Choani populi contermini Arabibus et Nabathaeis, ut Plinius auctor est lib VI cap 28'²*) *Micyllus*, Chanonius *NJhbb 1859, 572 Suchier* ‖ Molpeus ***ς*** *Plan vulgo*, molpheus ***A ω*** ‖ nabatheus ***h l ς*** ‖ echemmon ***β*** *et ex coni* (*cf Hermes XXV 89*) *Knaack*, ethemmon ***M***, ethemon (t *ex* c ***n***) ***N F e ς*** *Plan ω*, et hemon ***l***, etheon ***h***, ethimon ***s*** **164** /ut (aut *fuit*) ***M*** **166** ultro ***h*** **168** Molpea ***ς*** *Plan vulgo*, Mol(b *ex* l)ia ***M***, Mollia ***β***, Molfea *inde* ***β***², Molfia ***N***, Molf(i *ex* e *m 2*)a ***F***, Molph(f)ea ***ς**** ***ς ω*** ‖ transiecti ***h*** ‖ Molphea submouit traiecti ***g*** ‖ uulnera ***β M s*** **169** Contē(p *a m 2*)tusque ***N*** ‖ fuge est (*corr* ***β***² ***m***) ***β M*** ‖ echemmon ***β*** *et e coni Knaack*, ethemmon ***M***, e(t *ex* c *m 2*)himon ***N s***, & hemon ***l***, ethemon *cett Plan ω vulgo* **170** sed ferit *ap Fabrum II ep 71 Schepperus* ‖ c(u *i r m 2*)piens ***N*** ‖ saltu dare *Polle* **172** Fregit et extrema percussae ***N F ς*** *V vulgo*, Fregit$^{in\,2}$ extrema percussae ***M***, Fregit in e. p. *post Douzam Bersmannus*, Fr. et extrema percussa (ł sę *sscr* ***e***²) ***β e ς*** *A*, Fr. et extremae percussa *prob Burmanno* ***h ς*** *R*, Fr. et extrema percuss(ę *i r*, us *fort fuit*) ***l*** ‖ columbę^{n} ***F***

lamina dissiluit dominique in gutture fixa est.
non tamen ad letum causas satis illa valentes
plaga dedit: trepidum Perseus et inertia frustra
bracchia tendentem Cyllenide confodit harpe.
Verum ubi virtutem turbae succumbere vidit,
'auxilium' Perseus 'quoniam sic cogitis ipsi,'
dixit 'ab hoste petam. vultus avertite vestros,
siquis amicus adest!' et Gorgonis extulit ora.
'quaere alium, tua quem moveant oracula' dixit
Thescelus; utque manu iaculum fatale parabat
mittere, in hoc haesit signum de marmore gestu.
proximus huic Ampyx animi plenissima magni
pectora Lyncidae gladio petit; inque petendo
dextera deriguit nec citra mota nec ultra est.
at Nileus, qui se genitum septemplice Nilo
mentitus erat, clipeo quoque flumina septem
argento partim, partim caelaverat auro,
'adspice' ait, 'Perseu, nostrae primordia gentis:
magna feres tacitas solacia mortis ad umbras,
a tanto cecidisse viro'; pars ultima vocis
in medio suppressa sono est, adapertaque velle
ora loqui credas, nec sunt ea pervia verbis.
Increpat hos 'vitio' que 'animi, non viribus' inquit

---

173 dissiliit *l* **174** uolentes (*corr m* β^2) ***M*** β, ualentes *i r* (ual *sub ras dignoscitur*) *n* **175** in(h)ertia ***A*** ω, inermia (ł tia *sscr* e^2) *e* ς *Hs vulgo olim*, inania ς **176** cillemnide *h* ‖ arpe ***O*** *h l*, aspe (*corr m 2*) β **177** uirtutem numero *g* ‖ succedere ς **178** per(seus *i r m 2*) *h* ‖ sicogitis (*corr*) β ‖ ipse *cCantabr* **179** conuertite ***M*** **180** Quisquis amicus *l* **181** alium *om* β ‖ oracula (*cf XV 145*) *scripsi ex* β ***N***, (mi *i r*)racula ***M***, miracula ***F*** β^2 ς* ς ω *vulgo* **182** Thescelus ***M F*** ς ***A*** *vulgo*, Thes(a *ex* ce *i r m2*)lus ***N***, Thesalus *g*, The(l *ex* s *m 3*)eus *l*, Thesselus *h R*, Tes(salus *i r*) *e*, Thessalus ς *V*, *ὁ Θετταλός Plan* ‖ letale *vel* ferale ς ‖ paraba/t (n *eras*) ***M*** **183** signum hęsit (*corr*)—gestum (*corr*) ***F*** **184** hunc (*corr*) ***M*** ‖ Ampyx ς *Plan* ω *vulgo*, ampix ***M*** *h* ς, apix β, amphyx *e*, amphix ***F N*** *l* ς ‖ plenissi(ma *add m 2*) *l* **185** lincide ***F*** **186** deriguit (*cf II 348*) *Riese*, diriguit ***A*** ω ‖ ci(tra *i r*) *e* ‖ est *om* ς, *del Hs* **187** septemp/lice (o *eras*) ***M*** **188** Et mentitus β ‖ clyppeo ***M*** **190** Accipe *g*, A(s *inseruit m 2*)pice ***F***, suspice *Hs* ‖ perseus ς **191** s(o *ex* a *m 2*)latia ***F*** **192** tu tanto *vel* te tanto *Hs* **193** adopertaque ***F*** **194** sunt *om* ***F*** **195** animi / non β, an. /non/ (non *i r*) ***F*** ‖ non (ł cur *sscr m 2*) *e*, non *om* ł r^2 (*i l add m 2*) *h* ‖ an. tum uiribus *l*, an. cu(r *ex* m *per ras*) uir. ***N***, an. cum (non *i mg m 2*) uir. ***M***, an. cur uiribus ς, an. non crinibus *cBonon Hs vulgo olim*

'Gorgoneis torpetis' Eryx: 'incurrite mecum
et prosternite humi iuvenem magica arma moventem!'
incursurus erat: tenuit vestigia tellus,
inmotusque silex armataque mansit imago.
Hi tamen ex merito poenas subiere, sed unus
miles erat Persei, pro quo dum pugnat, Aconteus
Gorgone conspecta saxo concrevit oborto.
quem ratus Astyages etiamnum vivere, longo
ense ferit: sonuit tinnitibus ensis acutis.
dum stupet Astyages, naturam traxit eandem,
marmoreoque manet vultus mirantis in ore.
Nomina longa mora est media de plebe virorum
dicere: bis centum restabant corpora pugnae,
Gorgone bis centum riguerunt corpora visa.
Paenitet iniusti tunc denique Phinea belli.
sed quid agat? simulacra videt diversa figuris
agnoscitque suos et nomine quemque vocatum
poscit opem credensque parum sibi proxima tangit
corpora: marmor erant; avertitur atque ita supplex
confessasque manus obliquaque bracchia tendens,
'vincis' ait, 'Perseu! remove tua monstra tuaeque
saxificos vultus, quaecumque ea, tolle Medusae,
tolle, precor! non nos odium regnique cupido
conpulit ad bellum: pro coniuge movimus arma.
causa fuit meritis melior tua, tempore nostra.

---

196 concurrite *s* 199 silex *β h n ς Hs vulgo*, silet (*cf VII 187*) *O F s g l e h*^{3} *ω* 200 Hii *l* ‖ p(o)enam *N ς* 201 ac^{2}te'us *F*, aconthes *vel* achates *ς* 202 aborto *l g ς* 203 astiages *O*, astrages *h* ‖ etiamnum *β M h ς R*, et(c)iam nunc *F l ς VA*, etiam tum *e g ς* ‖ etiam nunc uiuere longo *i r n* 204 feri(t *i r m 2*) *N* ‖ acutus *ς* 205 astige(s *ex* a) *M* 207 ui(ror *i r m 2*)um *e* 210 Pœnitet *O F ς* ‖ nunc den. *ς*, tum den. *e ς* 211 sed q (= qui) *β* 212 uoca (uit *i r m 2*) *N*, uocando *vel* uocato *ς*, uocatos *Hs vulgo olim* 213 *sq* ope(m *i r m 2*) *N* ‖ sibi corpora t. proxima *e* 214 (ma^{r} *i r m 2*)mor erat (*corr m 2*) *N* ‖ erat *Bersmannus* ‖ auertitur *ex corr* (*partim a m 2*) *β*, aduertitur *g* 215 Conuersasque (*corr n*) *N ς*, Confessasque (uel Conuersasque *sscr*) *s* ‖ obliqua (que *add m*) br. *β M* ‖ obliqua et *g*, oblitaque *vel* abductaque *alia ς* 216 perseu/ (s *eras*) *M* ‖ fera monstra *ς Hs vulgo olim* 217 quaecumque est *ς*, qu. ē$^{ł\ ea^{2}}$ *e*, quaeque est ea *s* 218 regniue *ς Hs* 220 melior meritis *e ς* ‖ nostro (*corr m 2*) *β M*

non cessisse piget. nihil, o fortissime, praeter
hanc animam concede mihi: tua cetera sunto!'
Talia dicenti neque eum, quem voce rogabat,
respicere audenti 'quod' ait, 'timidissime Phineu,
et possum tribuisse et magnum est munus inerti,
(pone metum!) tribuam: nullo violabere ferro.
quin etiam mansura dabo monimenta per aevum,
inque domo soceri semper spectabere nostri,
ut mea se sponsi soletur imagine coniunx.'
Dixit et in partem Phorcynida transtulit illam,
ad quam se trepido Phineus obverterat ore.
tum quoque conanti sua vertere lumina cervix
deriguit saxoque oculorum induruit umor,
sed tamen os timidum vultusque in marmore supplex
submissaeque manus faciesque obnoxia mansit.
Victor Abantiades patrios cum coniuge muros
intrat et inmeriti vindex ultorque parentis
adgreditur Proetum; nam fratre per arma fugato
Acrisioneas Proetus possederat arces.
sed nec ope armorum nec, quam male ceperat, arce
torva colubriferi superavit lumina monstri.

---

221 Nec cessisse ς, Nunc cœpisse *cMoreti* ‖ cessisset ***M*** ‖ nil o ***e l*** ς 222 concede precor *cMedic R* 223 neque enim *cSenat*, nec ad hunc *Hs* 224 Aspicere ***F*** ‖ qu(i *ex* o *m 2*)d ***M*** ‖ a(it *i r m 2*) ***N*** ‖ quod ais ς, quod uis ς ‖ q(uod ais timid *i r*)issime ***e*** ‖ 'timidissime', Perseus *Bothe* 225 est *om* ***h*** *cDresd* ‖ magnum munus inerti es *Hs vulgo olim* ‖ et magnum est munus, inerti . . tribuam *distinx ed Vincent* 226 uiola(b *i r m 2*)ere ***N***, uiolabore (*corr*) ***M*** 227 Quin et mans. ***h*** ‖ monumenta ς *vulgo olim* ‖ mon. dabo mans. *citat ad Hor c s 26 Bentley* 228 Inque domum ***s*** 229 laetetur ς 230 phorcy(i)nida ***h l***, phorchinida ***e***, ph(f)orcinida *i r* ***F***^{2} ***m***, (forcini *i r m 2*)da ***N***, cepheida ***β***, phornicida sustulit ***g*** 231 trepido // ***M***, tepido// ***β*** ‖ conuerterat ***e p*** ς 232 Tunc ς *VA* ‖ conanti/ (s *eras* ***N*** ‖ uertere ***M***, flectere ***e*** ς *vulgo olim* 233 Deriguit ***O F R***, Diriguit ***β*** ς* ς *VA vulgo* 235 summisse(ę ***M***)que ***O h*** ‖ obn(o *i r m 2*)xia ***M*** 236 ab anciades ***F*** ‖ fines (*utrumque prob Burm*) *cLeidens* 237 immeritae ς *Hs vulgo olim* 238 Prœtum ς *Plan VA*, pretum ***g***, protheum ***A***, proteum ***R*** ‖ ar(u *i r m 2*, m *sscr m 3*)a ***F*** 239 Prœtus ς *VA*, *καὶ γὰρ οὗτος Plan*, prethus ***g***, *om voc* ***h***, proteus ***R***, protheus ***A*** 240 amorum (*corr m 2*) ***h*** ‖ coeperat ***M***, sumpserat ***s*** ‖ qua/(m *eras*) m. c. ar(te *i r*) ***e*** 241 colubriferi/ (s *eras*) ***M***, colobriferi (*corr m 2*) ***N***, culubriferi (*corr m 2*) ***F***

Te tamen, o parvae rector, Polydecta, Seriphi,
nec iuvenis virtus per tot spectata labores
nec mala mollierant, sed inexorabile durus
exerces odium, nec iniqua finis in ira est;
detrectas etiam laudem fictamque Medusae
arguis esse necem. 'dabimus tibi pignora veri.
parcite luminibus!' Perseus ait oraque regis
ore Medusaeo silicem sine sanguine fecit.

Hippocrene. Pierides.

Hactenus aurigenae comitem Tritonia fratri
se dedit; inde cava circumdata nube Seriphon
deserit, a dextra Cythno Gyaroque relictis,
quaque super pontum via visa brevissima, Thebas
virgineumque Helicona petit. quo monte potita
constitit et doctas sic est adfata sorores:
'fama novi fontis nostras pervenit ad aures,
dura Medusaei quem praepetis ungula rupit.
is mihi causa viae: volui mirabile factum
cernere; vidi ipsum materno sanguine nasci.'
Excipit Uranie: 'quaecumque est causa videndi
has tibi, diva, domos, animo gratissima nostro es.
vera tamen fama est: est Pegasus huius origo
fontis', et ad latices deduxit Pallada sacros.
quae mirata diu factas pedis ictibus undas,
silvarum lucos circumspicit antiquarum

---

242 Polydecta ς *Hs vulgo*, Polydecte ω, polidecte β **N** *m* ς* *g*, *Πολύδεν-κες Plan* ‖ polidete ser(i *ex* e)phi ***M***, polidetes eriphi ***F*** 244 mala //// moll. (mella *vel* molla *eras*) ***M*** 245 nec enim tibi finis ***N*** 246 Detractes ***N***, Detractas ***h l s*** ς ‖ laudes ***F e l s*** ς *vulgo olim* ‖ medus(e *i r m 2*) ***N*** 247 pignera β ***M R*** 248 regi(s *add m 2*) ***l*** 251 (s *i r m 2*)eriphon ***M*** 252 a(t *eras*) ***O***, at β ***e*** *cRhenov* ‖ ciro *cDresd* ‖ Cythno Gyaroque *cCaelestinorum Plan A vulgo*, cy(i)pro gy(i)aroque ***A RV***, Siphno Gyaroque *Const Fancnsis* 254 petito ***M*** 255 effata (*corr*) ***F*** 257 ung. fecit ς 258 (H *partim eras*)is ***M***, His ***p***, Hic mihi ***h*** ‖ uiae est ς, est *add s l* ***h***² ‖ factum ***e***, mir. monstrum ς *Hs vulgo olim* 260 uranie *i r* ***n*** ‖ quaecumque ea (*coll 217*) *Hs* 261 an. grat. nostro es (*coll Aen XII 142*) *Hs*, animo est grat. nostro ς, a. gr. nostro est (*def p 24 Gnesotti*) ***N F h l g*** ς *R*, animo^est gratissima nostro β ‖ nostro (est *om*) ***M e*** ‖ an. gr. nostro: Vera tamen *sq inde distinguunt VA* 262 fama (est *i r m 2*) ***F*** ‖ est Pegasus ***N*** *cl e coni Bothe*, et peg. h. origo est ***M s g***, et peg. h. origo β ***F*** ς* ω *Hs vulgo* 263 deducit ς *Hs vulgo olim* 264 factas pede praepetis *unus Heinsianus*

ł potita²

ł monstrum²

antraque et innumeris distinctas floribus herbas
felicesque vocat pariter studioque locoque
Mnemonidas; quam sic adfata est una sororum:
'O, nisi te virtus opera ad maiora tulisset,
in partem ventura chori Tritonia nostri,
vera refers meritoque probas artesque locumque,
et gratam sortem, tutae modo simus, habemus.
sed (vetitum est adeo sceleri nihil) omnia terrent
virgineas mentes dirusque ante ora Pyreneus
vertitur, et nondum tota me mente recepi.
Daulida Threicio Phoceaque milite rura
ceperat ille ferox iniustaque regna tenebat;
templa petebamus Parnasia: vidit euntes
nostraque fallaci venératus numina vultu
„Mnemonides" (cognorat enim), „consistite" dixit,
„nec dubitate, precor, tecto grave sidus et imbrem"
(imber erat) „vitare meo: subiere minores
saepe casas superi." dictis et tempore motae
adnuimusque viro primasque intravimus aedes.
desierant imbres, victoque aquilonibus austro

---

266 et *om l* ‖ distrinctas *F* 267 studiique locique *fort recte (cf Hor sat I 9, 11)* ***F h e ς*** *VA vulgo olim* 268 Mnemonidas *β et e coni Hs*, M/e/onidas β^2, m/emonidas (M *eras*) ***M***, Meonidas ***N g*** *VA*, Memnonidas ***m ς***, Memnonid(e *ex* a *m 2*) ***F***, Menonidas ***h***, Mennonidas ***l s*** *R*, Me/onydas (m *eras*, o *et ipsum i r*) ***e***, *Μαιονίδας Plan* ‖ resecuta est *Bothe* 269 uocasset ***ς*** 271 arcemque ***e***, artemque ***g p ς*** *Jahn* 272 tu/te ***β M*** 274 durusque ***g ς*** ‖ o(ra *i r m 2*) ***e*** ‖ pir(e *virgula del*, o *sscr*)neus ***M***, (pyro *i r m 2*)neus ***N***, *Πυρωνεύς Plan*, pironeus ***g ς***, pyrineus ***β e***, pirinens ***F***, pirineus ***l***, pyr(e *ex corr*)neus ***h*** ‖ invitatae a pironeo (*sic* ***O***) *L* 275 me tota ***e l ς*** *vulgo olim* 276 Daulia ***F h l ς*** *ω vulgo olim*, Aulida ***ς*** ‖ foceaque limite (t *ex* n ***N***) ***O β***, ł milite *sscr* ***m n*** 277 ille *s l* h^2 279 uenerat'// ('*i e* us *a m 2*) ***M*** ‖ nomina ***M***, nomina (v *sscr* ***e***) ***e l*** ‖ nomina uultu/ ***β***, nomina cultu (*corr* ***F***) ***F ς*** *Hs vulgo olim* 280 Mnemonides ***M***, M/e/onides *ex* Mnemonides ***β***, Meonides ***N g ς*** *VA Μαιονίδες Plan*, Memnonides ***F ς*** *R*, Menonides ***h***, Mennonides ***l s***, Me/onydes ***e*** ‖ cognouit ***l g***, agnorat *ed Vincent a 1555*, cogno(rat enim *i r m 2*) ***F*** ‖ consist(ite *i r m 2*) ***F***, subsistite *vel* considite *coni* (*cf Mscr Diez BSant 148c*) *Hs* 281 Ne dub. *VA*, dubita(t *ex* r *m 3*)e ***l*** ‖ gr. si/us (t *eras*) ***M***, gr. frigus ***ς*** 283 superi et dictis et ***F l*** 284 intrabimus (*corr m 2*) ***N*** 285 Desi/erant ***M***

fusca repurgato fugiebant nubila caelo.
impetus ire fuit; claudit sua tecta Pyreneus
vimque parat, quam nos sumptis effugimus alis.
ipse secuturo similis stetit arduus arce
„qua“ que „via est vobis, erit et mihi“ dixit „eadem“
seque iacit vecors e summae culmine turris
et cadit in vultus discussisque ossibus oris
tundit humum moriens scelerato sanguine tinctam.'
Musa loquebatur: pennae sonuere per auras,
voxque salutantum ramis veniebat ab altis.
suspicit et linguae quaerit tam certa loquentes
unde sonent hominemque putat Iove nata locutum:
ales erat! numeroque novem sua fata querentes
institerant ramis imitantes omnia picae.
miranti sic orsa deae dea: 'nuper et istae
auxerunt volucrum victae certamine turbam.
Pieros has genuit Pellaeis dives in arvis,
Paeonis Euippe mater fuit. illa potentem
Lucinam noviens, noviens paritura, vocavit.
intumuit numero stolidarum turba sororum

---

286 fuscare purgato (*corr m 2*) β, Pulsa rep. *mg ed Bas* ‖ repercusso g P ς 287 clausit s ‖ Pyreneus ς *VA*, pir(e *ex corr*, o *videtur fuisse*)neus h, pyroneus O β ς *Plan*, pironeus g ς, pyrineus F e, pirineus l 290 Quaque iter est ς ‖ et erit mihi ς ‖ vobis via et est mihi *vel* via erit mihi *vel* patet et mihi *Hs* ‖ ł eodem^2 eadem e, eodem g ς 291 iac(it *i r m 2*) F ‖ e summo (*fort recte, cf IX 389*) F ς^* ς ‖ summo culmine terris l, summi c. tecti *cThuan Bothe* 292 discussisque N F β^2 m e l ς, discussique β, discusique^{s} M, dissisque$^{cu^2}$ h 295 salutatum (*corr m 2*) M, saluta(ndum *i r*) β 296 querit linguę e ‖ loquentis (*corr m*) β M 297 son(ent *i r m 2*) h ‖ ioueque^{hominem} putat ioue F, *ἀνθρώπους—τοὺς λαλοῦντας Plan*, hominumque—loquentum *Hs* 298 erant ς *Hs* ‖ gementes *Hs* 300 Miranti/ (s *eras*) M ‖ dee deum (*corr*) n. et ist(e *ex* i *m 2*) F 301 Hau(s *ex* x *m 2*)erunt N ‖ uolucrem ς *Hs vulgo olim* ‖ certamine$^{turbas^3}$ pœnam β, cert. pœn(a *ex* ā *per ras*) M, turbam *ex corr* (uirbam *fuit*) *sscr* m, turbam (*ex corr*) h ‖ cert. prolem *Ph Anz VIII 493 GNick* ‖ volucrum poenam (*cf 668 II 564*) *verum videtur, ut sit 'turbam eorum, qui pro poena in aves mutati sunt'* 302 Pi-eros$^{re^2}$ N ς *Plan vulgo*, Pyeros e, Py(i)erus F l ς *RV*, Pyreus M, Pyreus β, Pireus h ‖ in armis (*corr m 1*, aruis *item a m 1 i mg*) M, in agris *ccSenat et Goth* 303 Pœnis l, Peonys e ‖ euippe ς *Plan*, enippe β O h R enyppe e, anippe F l ς *VA* 304 *sic Merkel*, nouies nouies N X ω *vulgo*, nouies *semel* (nouies *sscr m 3*) β, nouies$^{nouies^2}$ ////// M ‖ paritura *i r* e^2

perque tot Haemonias et per tot Achaidas urbes
huc venit et tali committit proelia voce:
„desinite indoctum vana dulcedine vulgus
fallere: nobiscum, siqua est fiducia vobis,
Thespiades, certate, deae! nec voce nec arte
vincemur, totidemque sumus: vel cedite victae
fonte Medusaeo et Hyantea Aganippe,
vel nos Emathiis ad Paeonas usque nivosos
cedemus campis! dirimant certamina nymphae!“
turpe quidem contendere erat, sed cedere visum
turpius; electae iurant per flumina nymphae
factaque de vivo pressere sedilia saxo.
tum sine sorte prior quae se certare professa est,
bella canit superum falsoque in honore Gigantas
ponit et extenuat magnorum facta deorum;
emissumque ima de sede Typhoea terrae
caelitibus fecisse metum cunctosque dedisse
terga fugae, donec fessos Aegyptia tellus
ceperit et septem discretus in ostia Nilus.
huc quoque terrigenam venisse Typhoea narrat
et se mentitis superos celasse figuris;
„duxque gregis“ dixit „fit Iuppiter; unde recurvis

---

306 hemonię et per tot achaid(a *ex* o *m 2*)s ***F*** ‖ hemonias ł e^2 ***e*** ‖ achaidos ***β***, achaidos a^2 ***M e*** 307 committunt ***ς*** *Hs vulgo olim* 309 uobis *i r* e^2 ‖ fid. uocis *Burm vulgo olim* 310 Aonides ***ς*** 311 uel cedite uictae *i r* ***N*** 312 et thiantea ***l***, et hiantea *i r* e^2 313 emathios (*corr*) ***F*** ‖ paeonas ***N ς*** *Plan*, pę(onas *i r m 2*) ***e***, p(o)enas ***M β F l***, penos ***h*** ‖ niuosas ***l***, niuos(a *ex* o *m 2*)s ***β*** 314 Cedemus ***F h l s ω*** *Bach*, Cedamus (ł de *sscr* e^2) ***β O e ς*** *Hs* ‖ siluis (t campis *sscr* e^2) ***e p ω*** 315 uisum est ***g s ς*** 316 per numina *cThuan et unus Heinsianus*, flumina (uel numina *sscr*) *cSprotii* 317 (Facta *i r m 2*)que ***N***, Sanctaque $facta^3$ ***F***, Sanctaque *ccMedic et Gronovii*, structaque *Hs* ‖ ui(n *ex* u)o ***β*** ‖ cubilia ***s ς*** 318 Tunc ***M F h l ς*** *vulgo olim* ‖ forte (*corr*) ***β M*** ‖ sine sorte *i r n* ‖ ł Tunc certare prior // (q̄ = quae *eras*) forte professa est *paene evauida i mg* ***m*** 319 gigantas ***β N***, gigantas e^2 ***M***, gigantes ***F*** ς* ***g ς ω*** 320 tollit et *in Bibl Diez 1075 Hs* ‖ extenuit (*corr*) ***h***, attenuat *cBersmanni* 321 tiphea (*corr m 2*) ***l*** *item 325 348*, thiphœa ***F*** 322 uictosque *cBas* 323 Terra (*corr*) ***M*** ‖ egipcia ***l*** 324 Cęperat ***N h***, Ceper(i *ex* a)t ***F*** ‖ et septi (*corr m 2*) ***l*** ‖ dissertus ***s***, discerptus *vel* diuisus ***ς***, distentus *cMoreti*, dissaeptus (*cf I 69*) *Hs* 325 Hic—uicisse ***g*** ‖ uidisse ***l*** ‖ thiphœa ***F*** 327 inde ***l*** ‖ recoruis (*corr*) ***M***

nunc quoque formatus Libys est cum cornibus Ammon;
Delius in corvo est; proles Semeleia capro,
fele soror Phoebi, nivea Saturnia vacca,
pisce Venus latuit, Cyllenius ibidis alis.“
hactenus ad citharam vocalia moverat ora:
poscimur Aonides, — sed forsitan otia non sint,
nec nostris praebere vacet tibi cantibus aures.'
'ne dubita, vestrumque mihi refer ordine carmen!'
Pallas ait nemorisque levi consedit in umbra.
musa refert: 'dedimus summam certaminis uni;
surgit et inmissos hedera conlecta capillos
Calliope querulas praetemptat pollice chordas
atque haec percussis subiungit carmina nervis:

Ceres et Proserpina.

„Prima Ceres unco glaebam dimovit aratro,
prima dedit fruges alimentaque mitia terris,
prima dedit leges; Cereris sumus omnia munus;
illa canenda mihi est: utinam modo dicere possim
carmine digna dea! certe dea carmine digna est.

---

341 *sq Isidorus Orig XVII 3,1*: Prima Ceres coepit uti frugibus in Graecia et habere segetes translatis aliunde seminibus. Huius meminit Ovidius dicens: 'Prima Ceres unco glebam dimovit [demovit *ccGuelph 1 et 2, sed* dimouit *cTolet*] — mitia terris'.

---

328 Nunc *i r* ***n*** ‖ forma(tus *i r m 2*) ***N***, *μεμόρφωσαι i e* formatus es *Plan* ‖ in cornibus ς ‖ hammon ***e*** ς *VA* 329 coruo est *recepi* (*cf Hermes XXXIX 34*) *ex* ***N F*** ς* ***g*** ς, c(o *ex* e *m 2*)ruo est ***M***, ceruo est ***β R***, tauro est ***p*** ‖ est *om* ς *VA vulgo* 329 semelia ***β O*** 330 Felle (*corr*, e *prius inseruit m*) ***O***, Phele ***e***, *ἐν δορκάδι Plan* 331 isidis ***β***, /i/idis (i i *i r m 2*) ***N***, ybidis *i r* ***e*** ‖ ibis in alis ***F***, 332 Actenus (h *i mg add* ***M***) ***M l*** 333 sint ***β M F***³ ς, sunt ***F*** *cett ω Gierig* 334 Neo ***M*** ‖ uacet ***β F l*** ς *ω*, uac(a *ex* e *m 2*)t ***M***, uac(et *i r m 2*) ***N***, uaccat ***h***, uacat ***e g*** ς *ω Gierig* ‖ aurem *cLangermanni Hs vulgo olim* 335 uestrum(que *sscr*) michi ***e*** ‖ Nec dubita — ordine cantum ***h*** ‖ ordine bellum ***g*** *ccMedic et Urbin, τὸν ὑμέτερον ἀγῶνα Plan* 338 inm(æ *i r m 2*)sos ***F***, inmissos ***e***, inmensos ***g*** ς, immistos ς ‖ *'fort* inpexos hedera' (*cf Bibl Diez 1075*) *Hs* 341 Alma ceres *cGronovii* ‖ curuo (uel unco *sscr*) ***s*** ‖ terram *vel* glebas ς ‖ unco dim. glebam ***l*** 342 *om* ***β N h***, *add i l N i mg* ***β***² ***h***² ‖ mittia (*corr m 2*) ***F*** 342/43 *om* ***M***, *i mg additi* (*fort a m 1*) *postquam evanuerunt redintegrati a m 3* ***m*** 343 sumū st (*i e* sumus *deletum*, st = sunt *a m 3 insertum*) ***β***, sumus (*cf X 32 ex P I 1, 77 IV 1, 36*) *ccBerneggeri et Par Mscr Diez Sant 148e Hs*, sunt// (t *ipsum quoque i r m 2*) ***N***, sunt *cett* ς *Plan ω vulgo* 344 possim ***β O*** *cBersmanni R Ehwald*, possem ***F m*** ς* ς *vulgo* 345 Carmine *recepi ex* ***β***, Carmin(a *i r*, e *fuit*) ***M***, Carmina *cett ω vulgo* ‖ Carmina digna deae ς *Hs vulgo olim* ‖ certa ***M*** ‖ certe est d. c. digna ***e*** ς

Vasta giganteis ingesta est insula membris
Trinacris et magnis subiectum molibus urget
aetherias ausum sperare Typhoea sedes.
nititur ille quidem pugnatque resurgere saepe,
dextra sed Ausonio manus est subiecta Peloro,
laeva, Pachyne, tibi, Lilybaeo crura premuntur,
degravat Aetna caput, sub qua resupinus harenas
eiactat flammamque ferox vomit ore Typhoeus.
saepe remoliri luctatur pondera terrae
oppidaque et magnos devolvere corpore montes.
inde tremit tellus, et rex pavet ipse silentum,
ne pateat latoque solum retegatur hiatu
inmissusque dies trepidantes terreat umbras.
Hanc metuens cladem tenebrosa sede tyrannus
exierat curruque atrorum vectus equorum
ambibat Siculae cautus fundamina terrae.
postquam exploratum satis est loca nulla labare,
depositoque metu, videt hunc Erycina vagantem
monte suo residens natumque amplexa volucrem
„arma manusque meae, mea, nate, potentia“, dixit,
„illa, quibus superas omnes, cape tela, Cupido,
inque dei pectus celeres molire sagittas,

---

346 Va(sta *i r m 2*) ***l*** ‖ coniecta ***l***, iniecta ***N e g*** ς *Jahn*, ineecta ***F***, inuecta *cBas et Medic* **347** Trinacis (*corr*) ***M***, Trinacri(a *ex* s *m 2*) ***F***, Ty(i)nacris (r *sscr* e^2) ***e l*** ‖ mo/libus ***N*** **348** Sydereas ***e***, Sidereas ς *Bothe*, Aetheri/as (c *eras*) ***β*** ‖ spectare *vel* superare ς, spirare *Hs* ‖ thiphœa (*item 353*) ***F*** **349** ł pugnat² temptatque ***e***, tentatque ς ‖ resurge ***h*** **350** Dextra sub ***l*** ς ‖ subi(ec *i r m 2*)tat ***F*** ‖ Sed manus aus. dextra est *cVratisl* **351** pachīne ***h***, pachime ***l*** ‖ (lili *i r m 2*)beo ***N***, lilibeo ***M l***, lylybeo ***F*** ‖ c(ru *i r*)ra ***M***, crura *i mg m* ‖ tenentur ς **352** (ọn en *i r m 3*)na ***F***, ethna ***h l*** ς ‖ sub /qua (a *eras*) ***β M***, sub q o *i r*² ***F***, sub quo ς **353** Eiactat ***β***, E/iactat (e *eras*) ***M***, Eiectat *cett vulgo*, eructat *Hs* ‖ ferox ***β O*** ς *R Korn*, fero (*cf ad III 213*) ***F*** ς* ***g*** ς *vulgo* ‖ ty(i)pheus ***e l*** **354** remo/liri ***N***, remolliri ***β M F l*** ‖ luctatur se ponder(a *ex* e *m 2*) ***F*** ‖ pondere (*corr m n*) ***β O*** **355** desoluere ***F***, diuoluere ς, euoluere ς *Hs vulgo olim* **356** premit ***β***, (t *i r ex corr*)remit ***M***, fremit *cAmbr* ‖ pauet *s l* l^2 **357** pareat ***M*** ‖ lateque ς **358** trepidantis *R* **360** euectus ς **363** depositoque metu ***β O F l p*** ς *Korn*, depositique metus ***m n h*** ς *vulgo*, Deposuitque metus ***e***, Deposuitque metum ***g***, Depositusque metus ς ‖ uidit hunc ***β M*** ‖ hericina ***M*** **367** sa(git *i r m 2*)tas ***F***

ł sitoque metu²

cui triplicis cessit fortuna novissima regni.
tu superos ipsumque Iovem, tu numina ponti
victa domas ipsumque, regit qui numina ponti.
Tartara quid cessant? cur non matrisque tuumque
imperium profers? agitur pars tertia mundi.
et tamen in caelo, quae iam patientia nostra est,
spernimur, ac mecum vires minuuntur Amoris.
Pallada nonne vides iaculatricemque Dianam
abscessisse mihi? Cereris quoque filia virgo,
si patiemur, erit; nam spes adfectat easdem.
at tu pro socio, siqua est ea gratia, regno
iunge deam patruo!“ dixit Venus, ille pharetram
solvit et arbitrio matris de mille sagittis
unam seposuit, sed qua nec acutior ulla
nec minus incerta est nec quae magis audiat arcum,

374 spernimur—Amoris] *citat* [ac metu] *Vinc Bellov Spec Histor VI 116.*

368 nouissima mundi *e p s ς*, regni f. n. cessit *cBersmanni* **369** superas *R* **370***sq* Cuncta domas *ς* ‖ regit qui numina ponti *'excerpta Calandrae et ex suis Naugerius' Hs vulgo* ‖ ipsumque regit qui numina (lumina *alii*) terrae (r *alterum i r* e^2) *F* $ς^*$ *g ς ω*, Uicta domas (ipsumque regit—quid *om*) cessas cur non matrisque tuumque Imperium profers *β* ‖ Uicta domas (ipsumque regit qui numina terrę *i r m 2*) Imperium profers ***M***, *versum 371 in* ***M*** *omissum add i mg bis m 2 (paene evanidum) et m 3* ***m*** ‖ Uicta domas (ipsumque regit qui n. terre Tartara quid cessant *i l fort a m 1*) cur non matrisque tuumque Imperium profers ***N*** ‖ ipsumque regit—cessant *om ergo* ***O*** **372** agitur ***l*** **373** en tamen *Bothe* ‖ Et tamen in caelo quae iam *ς Burm, item e coni Bentley vulgo* ‖ Et t. in c. quoque iam pat. ***A*** *VA*, Et t. in c. quo iam pat. nostra est? *ex cVatic et duobus Heinsianis signo interrog posito Jahn*, Et t. in c. quoque parua potentia nostra est *unus Ciofani ccBriantii et Sulm*, Et tantum in c. quoque iam pat. *R*, Et t. in c. quoque iam patientia nostra Spernitur *excerpta Calandrae* ‖ potentia (*cf II 520*) ***M*** ‖ et (*vel* sed) tamen in caelo quoque tanta potentia nostro Spernitur *inde Hs* **374** et mecum ***N g*** ‖ me(c *i r m 2*)um ***M*** ‖ minuantur (*corr m 2*) ***N***, tenuantur ***s ς*** *Hs vulgo olim* **375** Palla(da *add m 2*) **376** absces scisse *β* ‖ regia uirgo *cSprotii* **377** patiamur *ς Hs vulgo olim* ‖ e(asd *i r m 2*)em ***e*** **378** Ac tu *Ben*, a tu *Jahn* ‖ est ea gr. ***A*** *ω Merkel*, est tibi gr. (t. gr. *i r* ***N***) ***N g ς*** *Jahn*, est mea gr *ς Hs vulgo olim*, est mihi gr. *ς*, est ea gloria *cVratisl* **379** pheratram (*corr*) ***M*** **380** aruitrio (*corr m 3*) *β* **382** *sic* ***N F h g ς ω*** *Hs* ‖ que nec magis audiat arcum ***l*** ‖ nec qua magis ***e*** ‖ auolat arcu *β*, auolat arcu ***M*** ‖ audiat arcus *ς Merkel vulgo*

oppositoque genu curvavit flexile cornum
inque cor hamata percussit harundine Ditem.
Haud procul Hennaeis lacus est a moenibus altae,
nomine Pergus, aquae: non illo plura Caystros
carmina cygnorum labentibus edit in undis.
silva coronat aquas cingens latus omne suisque
frondibus ut velo Phoebeos submovet ictus.
frigora dant rami, tyrios humus umida flores:
perpetuum ver est. quo dum Proserpina luco
ludit et aut violas aut candida lilia carpit,
dumque puellari studio calathosque sinumque
inplet et aequales certat superare legendo,
paene simul visa est dilectaque raptaque Diti:
usque adeo est properatus amor. dea territa maesto
et matrem et comites, sed matrem saepius, ore
clamat, et ut summa vestem laniarat ab ora,

---

383 flexile cornum] *citat Priscianus VI 20, cf ad II 874.*

---

383 flectile *l* ‖ cornum *Priscianus Jahn*, cornu (*supra* u *ras*) *β M*, cornu *cett ω* **384** inde cor—Ditis *Burm* ‖ amata (h *add* l^2) *F l*, (ham *i r m 2*)ata *h* ‖ ditis *cGronov* **385***sq* Aut (*corr*) *β* ‖ hennaeis—altae *β M ς Hs vulgo*, hennaeis—altus *F ς*, et(h)neis (th *alio atram h*)—altus *ς* g ς ω*, henn.—altis *p*, ethneis—ab (a *alii*) montibus altus *N ς* **386** *sic ς Hs vulgo* ‖ percus aquae *β M*, circa Percum lacum *L* ‖ pergusa (*i r* e^2) non illo (*add* h^2) *F ς* p ς Plan ω* ‖ pergusa. non illo plura caister *F h l* (*i r n*) *ω*, purgussa. non i. p. caister *g* ‖ non i. p. caistros *i r m* ‖ cayst(ros *i r m 2*) *e* ‖ † nomine percus aque cingen latus omne suisque *β*, † *signum add m 3 . ab eadem verba quae sunt* cingen—suisque *erasa et i mg addita sunt haec*: Nomine pergusaq/ illo non plura cahist' **387/388** *om M*, *i mg* (*m 3*) *m* **387** cygnorum *N e*, cignorum *cett* ‖ pauentibus (*corr m 3*) *β*, (labe *i r m 2*)ntibus *N*, ludentibus *ς*, plaudentibus *cThuan* ‖ edit *recepi ex β N l g ς*, *ᾠδὰς κύκνων φέρει Plan*, (aud *i r m 2*)it *F*, audit *h m* (*i r* e^2) *ς ω vulgo* ‖ *apparet* (*cf NJhbb 1893, 624*) *scribam eius exemplaris, ex quo β O fluxerunt, ab* aquae (*386*) *ad* aquas (*388*) *aberrantem verba* non illo—aquas *omisisse*; *quod vitium postea aliunde correctum est* **389** ammouet *N* ‖ ictus *recepi post Heinsium* (*cf ad Hor c II 15, 9 Bentley et quae dixi NJhbb 1891, 650*) *ex N ccMed et Pal*, ignes *n cett vulgo* **390/587** *non exstant in β* **390** tyrios *O F cMedic Hs*, uarios *m n p ς* ς ω Jahn* ‖ humida (ł arida *sscr m 2*) *e*, uvida *Hs* **391** uer est *i mg add h* **392** lilia candida *l* **393** sinusque *ς*, *τοὺς κόλπους Plan* **394** superare puellas *p ς* **396** adeo properatus est amor *F* ‖ est *om ς*, *del Jahn* ‖ adeo properatur am. *ς cSprotii Hs* ‖ dea *i r* e^2 **398** et *om h* ‖ summo—ab ore *s ς*, *ἐξ ἄκρου—τραχήλου Plan* ‖ laniauit *l s*, laniabat *cSprotii ς*

conlecti flores tunicis cecidere remissis;
tantaque simplicitas puerilibus adfuit annis:
haec quoque virgineum movit iactura dolorem.
raptor agit currus et nomine quemque vocando
exhortatur equos, quorum per colla iubasque
excutit obscura tinctas ferrugine habenas
perque lacus altos et olentia sulphure fertur
stagna Palicorum rupta ferventia terra
et qua Bacchiadae, bimari gens orta Corintho,
inter inaequales posuerunt moenia portus.
Est medium Cyanes et Pisaeae Arethusae,
quod coit angustis inclusum cornibus aequor:
hic fuit, a cuius stagnum quoque nomine dictum est,
inter Sicelidas Cyane celeberrima nymphas.
gurgite quae medio summa tenus exstitit alvo
agnovitque deam „nec longius ibitis!“ inquit,
„non potes invitae Cereris gener esse: roganda,
non rapienda fuit! quodsi conponere magnis

---

400 *Priscianus VI 41*: ‘puer pueri’, cuius femininum ‘puera’ dicebant antiquissimi ... Ovidius etiam hoc approbat, qui in V metamorphoseon de puella Proserpina narrans dicit: ‘Tantaque simplicitas [semplicitas *G*] puerilibus adfuit annis’.

405 *Diomedes Ars Gr I (Keil I 319)*: oleo unguentum ... Ovidius autem vitiose hac re oleo ‘Perque lacus [locus *M*, locos *A*] sacros et olentia sulphure [sulpore *M*] fertur Stagna Palicorum [pelicorum *M*].’

---

401 400 (*litteris* b a *appositis*) *h* 402 quemque uocatos (*cf 212*) ς *Hs vulgo olim*, uocatum ς 403 Exortatus *M l* 404 obscuras tinctas[2] *M*, obscuras tincta *h*, obscura/ tincta(s *add m 2*) *e* ‖ ferugine *l*, rubigine (uel ferrugine *sscr s cSprotii*, rubigine *p s* ς 405 lacus sacros *Diomedes* ‖ sulphure *e l* ς *ω Diomedes*, sulphura (a *i r m*) *M F cDresd*, sulphur(e *ex* a *h*, *i r n*) *N h* 406 paliscorum *h cSprotii R*, palichorum *l*, palicorum *i r* e^2, *τῶν Παυλίκων Plan* 407 Et q[a3] *F* ‖ Et qua bachiade *i r* e^2 408 Inter *i r n* ‖ Inter [in2]equales *F* 409 Et medium ς, it medium *Hs* ‖ canes (*corr m 2*) *h* ‖ pisce (pisceae *inde corr, cum gl* a pisa l^2) *l* 410 co/it (g *eras*) *M*, (o[c] *i r m 2*)it *h* 411 Hec(*sed* e *ex corr h*) fuit *h* ς *R*, Hic fluit ς *cSprotii* ‖ fuit *i r n* ‖ acu/ius (l *eras*) *M* ‖ a *om F l* ‖ st. qu. (nomine *om*) dictum (est *add m 2*) *l* ‖ est *om* (*add n*) *N cDresd* ‖ modo nomine *Hs* 412 sici(y)lidas (i alterum *i r n*) *N* ς* ς, *Σικελικαῖς Plan* ‖ cianes *l* 413 qui (*corr m 2*) *l* ‖ extulit ς 414 Agnouit(que *i r m 2*) *l*, Cognouitque *cSprotii* ‖ deum ς *Hs vulgo olim* 415 Nec potes *e* ς ‖ inui/te (c *eras*) *M*

parva mihi fas est, et me dilexit Anapis:
exorata tamen, nec, ut haec, exterrita nupsi.“
dixit et in partes diversas bracchia tendens
obstitit, haud ultra tenuit Saturnius iram,
terribilisque hortatus equos in gurgitis ima
contortum valido sceptrum regale lacerto
condidit; icta viam tellus in Tartara fecit
et pronos currus medio cratere recepit.
At Cyane raptamque deam contemptaque fontis
iura sui maerens inconsolabile vulnus
mente gerit tacita lacrimisque absumitur omnis,
et quarum fuerat magnum modo numen, in illas
extenuatur aquas: molliri membra videres,
ossa pati flexus, ungues posuisse rigorem;
primaque de tota tenuissima quaeque liquescunt,
caerulei crines digitique et crura pedesque;
nam brevis in gelidas membris exilibus undas
transitus est; post haec umeri tergusque latusque
pectoraque in tenues abeunt evanida rivos;
denique pro vivo vitiatas sanguine venas
lympha subit, restatque nihil, quod prendere posses.
Interea pavidae nequiquam filia matri
omnibus est terris, omni quaesita profundo.
illam non udis veniens Aurora capillis
cessantem vidit, non Hesperus; illa duabus
flammiferas pinus manibus succendit ab Aetna

---

418 417 (*corr m 2*) *e* 417 anapys *N*, anaphis *F h l s ς*, Ἀνάπης *Plan* 418 Exor/ata (t *eras*) *M*, Exorata *i r e* ‖ non hec ut territa *g* 421 Terribilisque *M R*, Terribilesque *cett vulgo* ‖ que *om F* ‖ hortatus *F h ς vulgo*, hortatur *O e l g s* 424 medio (cri *i r inseruit m 2, scd* i *ex* a) crate rec. *M*, medio caractere cepit (*corr m 2*) *N* 426 Sacra (t Iura *sscr m 2*) *e* ‖ incons(a *ex* o *i r m 2*)nabile *M* 427 (ad *ex corr m 2*)sumitur *h* 430 fl(u *ex corr*)xus *N*, fluxus *h ς R* 433/522 *exstant in* γ_2 433 in liquidas γ_2 *cPal* 434 postec *g* ‖ tergumque γ_2 *N e g ς ω* ‖ post haec tergumque humerique latusque *cRhenov R Hs* 435 pectora que intenues habeunt *M* ‖ evan. limphas *cGoth* 436 *i mg e* 437 (L *i r m 2*)ympha *N* ‖ quod deprendere *l*, quod prehendere *h* ‖ posses γ_2 *l g ς R Ehwald*, posse^{s}/ *N*, poss(is *i r m 2*, es *eras*) *M*, possis *F h e ς vulgo*, possit (uel possis *sscr*) *cSprotii* 438 nequicquam *l* 440 non nitidis *e ς*, non rutilis e^2 *s ς Hs vulgo olim*, non nudis *R* 442 Flammifera *ex uno suorum Hs vulgo olim*, Flam(m)igeras *l ς* ‖ succedit abena (*corr m 2*) *h* ‖ ab ethna *O l ς*, ad aetnam *cMedic.*

perque pruinosas tulit inrequieta tenebras.
rursus ubi alma dies hebetarat sidera, natam
solis ab occasu solis quaerebat ad ortus.
Fessa labore sitim conceperat, oraque nulli
conluerant fontes, cum tectam stramine vidit
forte casam parvasque fores pulsavit, at inde
prodit anus divamque videt lymphamque roganti
dulce dedit, tosta quod texerat ante polenta.
dum bibit illa datum, duri puer oris et audax
constitit ante deam risitque avidamque vocavit;
offensa est neque adhuc epota parte loquentem
cum liquido mixta perfudit diva polenta.
conbibit os maculas, et, quae modo bracchia gessit,
crura gerit; cauda est mutatis addita membris;
inque brevem formam, ne sit vis magna loquendi,
contrahitur, parvaque minor mensura lacerta est.

---

445 *Florus Lugdunensis* († *860*) *c. II Duemmler II 516*: ‘Solis ad occasum dulcis sonat ymnus ab ortu’.

---

443 inrequieta r^2 ***M*** **444** Rursus ut ς *Hs vulgo olim* ‖ orta dies hebetauit γ_2 **445** ab occasu—ad ortus γ_2 ***F e*** ς *VA Merkel*, ab occasu—ad ortus ad^2 ***M***, ab occasu—ad ortum ***l***, ad occasus—ad ortus ***N p*** ς ***R***, ad occasum—ad ortus ***h***, ad occasum—ab ortu ς *cSprotii Hs vulgo olim*, ad occasus—ab ortu ς *Jahn*, *ἀπὸ δυσμῶν ἡλίου μέχρις ἀνατολῶν Plan* **446** Lesa lab ***R*** ‖ conceperat *scripsi cum* ***O F h l*** ς, collegerat (*ex VI 341*) ς (*i r* e^2) ***R*** *Hs vulgo* **447** Coluerant (*corr*) ***M***, ł lauerant *sscr* ***m***, Colluerant (ł Attigerant *sscr m 2*) ***e***, Polluerant ς, Contigerant *vel* Mollierant ς, proluerant (*coll Persius prol 1*) *Hs* ‖ (t *ex* c *m 2*)um ***F*** ‖ contectam ***e*** ς, et tectam γ_2 **448** parusque (*corr m 3*) ***h*** **449** Prodit $exit^2$ ***M*** **450** tosta quod texerat a. p. ***M*** *Merkel*, texerat—polentam *Ben*, t(e *ex* o *m 2*)sta quod coxerat ante polenta ***N***, tosta quod (tē *i r m 2, virgulam del eadem*)xerat ante polentā ^{2} ***F***, tosta quod coxerat a. polenta ***m*** ς ω *et e coni Adv. X 8 Barth Hs vulgo olim*, cocta quod coxerat a. p. ***l***, testa quod coxerat ante polentam (m *expunxit* γ_2) γ_2 ***h***, testa ł $tosta^2$ quam ł $quod^2$ coxerat ante polentam ***e***, t. q. tinxerat (ł $texerat^2$ coxerat *sscr*) a. p. ***g***, testa quod coxerat a. polenta ς *VA*, *δ πρόσθεν ἐν ὀστράκῳ σὺν ἀλφίτοις ἑψήσασα εἶχε Plan* **451** (T *ex* D)um ***h*** ‖ diri ł ta^2 ***e*** ς ‖ or(i' *i r*) ***M*** **455** Co/m bibit (o *a m 2,* u *eras*) ***M***, o^2 Cumbibit ***e*** ‖ qua modo ς *cSprotii vulgo olim* **456** est conuersis add. ***h*** **457** loquendi *recepi* (*cf 451sq*) *ex* ***O F g*** ς *Plan*, nocendi ς* ***m n*** F^3 ς ω *vulgo* **458** Contraitur ***M***

mirantem flentemque et tangere monstra parantem
fugit anum latebramque petit, aptumque pudori
nomen habet variis stellatus corpora guttis.
Quas dea per terras et quas erraverit undas,
dicere longa mora est: quaerenti defuit orbis;
Sicaniam repetit, dumque omnia lustrat eundo,
venit et ad Cyanen. ea ni mutata fuisset,
omnia narrasset: sed et os et lingua volenti
dicere non aderant, nec, qua loqueretur, habebat.
signa tamen manifesta dedit notamque parenti
illo forte loco delapsam in gurgite sacro
Persephones zonam summis ostendit in undis.
quam simul agnovit, tamquam tunc denique raptam
scisset, inornatos laniavit diva capillos
et repetita suis percussit pectora palmis.
nescit adhuc, ubi sit; terras tamen increpat omnes
ingratasque vocat nec frugum munere dignas,
Trinacriam ante alias, in qua vestigia damni
repperit. ergo illic saeva vertentia glaebas

---

460 *sq Isidorus Orig XII 4,38*: Stellio de colore inditum nomen habet. Est enim tergore pictus lucentibus guttis in modum stellarum. De quo Ovidius: 'aptum colori Nomen habet, variis stellatus corpore guttis' || *Auson Mos 88*: Purpureisque salar stellatus tergora guttis || *Conr de Mure ed Bas p 85*: 'Fugit anum—aptumque colori—corpora gratis [*sic*]'.

---

459 pauentem γ_2 *e l g n* ς *ω* **460** anum *i r m* || latebramque *M* ς *ω Hs vulgo*, latebrasque γ_2 *N F h l* ς, latebramque (uel latebrasque *sscr*) *s* || petiit latebras *e* || pudori *M Merkel*², (col *i r m 2*)ori *N*, colori *cett Isidorus ω vulgo, def p 174 Hartman* **461** uariis *i l F* || st(e *ex corr*)llatus *M*, stillatus γ_2 *et e eoni ad Lucr p 33 Lachm* || corpore *M h Isidorus* **462** erraue-rat *F h* || errauit in undas *e* **463** Longa referre mora est *ccSenat et Voss* deffuit *h* **464** Sicaniam petiit *M* **465** ciamen (*corr*) *M*, chianem γ_2, cianē *h* || et ni *N*, quae ni ς **467** qua *recepi* (*cf 668 II 169*) *ex M F* γ_2 *e g* ς *ω*, qu(o *i r m 2*) *N* qu(o *ex corr*) *h*, qu(a *ex* e *m 2*) *l*, quo ς *Hs vulgo* || habeba/t (n *eras*) *M* **468** n/tamque *M* || (pa *i r*)renti *N* **469** Illo forte die *cBerol ex Langerm*, illic forte loci *Hs* || dilapsam *e g* ς || delapsam gurg. *h* ς *Hs vulgo olim* **470** Persyphones *e* **471** tum den. ς *vulgo olim*, nunc den. *cThuan*, modo den. *cMedic* **473** om (*i mg m 2*) *l* **474** Nec scit ς *Hs vulgo olim* || omnis *RV* **475** ne *l* || dụingnas γ_2 **476** Trinacri/am *N* || ante omnes *cSprotii* || uestigia nate *p* **477** seuas *l* || uertantia γ_2. versantia *inde* (*Pr Cobl 1821, 26*) *Klein*

fregit aratra manu parilique irata colonos
ruricolasque boves leto dedit arvaque iussit
fallere depositum vitiataque semina fecit.
fertilitas terrae latum vulgata per orbem
falsa iacet: primis segetes moriuntur in herbis,
et modo sol nimius, nimius modo corripit imber
sideraque ventique nocent, avidaeque volucres
semina iacta legunt; lolium tribulique fatigant
triticeas messes et inexpugnabile gramen.
Tum caput Eleis Alpheias extulit undis
rorantesque comas a fronte removit ad aures
atque ait: „o toto quaesitae virginis orbe
et frugum genetrix, inmensos siste labores,
neve tibi fidae violenta irascere terrae!
terra nihil meruit patuitque invita rapinae,
nec sum pro patria supplex, huc hospita veni:
Pisa mihi patria est et ab Elide ducimus ortus,
Sicaniam peregrina colo, sed gratior omni
haec mihi terra solo est, hos nunc Arethusa penates,
hanc habeo sedem: quam tu, mitissima, serva!

---

478 Vertit aratra γ_2 ‖ parilique aetate colonis (*cf VIII 631 X 115*) ***M***, pari(terque irata *i r m 2*) ***N*** ‖ pariterque ς, *καὶ ἴσως Plan* ‖ irata *i r* F^2 ‖ colonum γ_2 479 Ruriculasque bo(ues *i r m 2*) ***N*** 480 legit (*corr m 2*) ***M***, fecit ***e***, laedit *cIhuan* 481 late *cBersmanni* ‖ totum vulgata ς 482 Falsa ***M e*** ς *Merkel*, Sparsa γ_2 ***N l*** e^2 ***p*** ς ω, Falsa ***g***, Sparsa (Falsa *eras videtur*) *F*, (Spars *e corr m 2*)a ***h***, cassa *Hs*, spreta *Obss II 8 Schott*, lassa (*coll ex P I 4, 14*) *Bach*, fessa *ap Sedlmayer Ov carm sel 1883 KSchenkl* ‖ pulsa fugit *Riese* ‖ in aruis γ_2 483/VI 45 *exstant in* ***v*** 483 Sol nocuit nimius modo *F cSenat* ‖ Et m. sol nimium nocuit modo (corripit *ex* corruit) ***l*** 484 *sic F* ς *VA Hs vulgo*, Sydera q(ue *i r m 2*) ***M***, Sidera (quis *i r m 2*) ***N***, Sy(i)dera cui ***v e l*** ς *R*, Sid. quis e^2 ***g*** ς, Sy(deraque *i r m 2*) ***h***, Sideraque et ς, Sideraque et (uel Sidera quis *sscr*) *cSprotii*, Sidera nunc γ_2 ς *Vivianus* ‖ uoluc(res *i r*) ***N*** 485 trobalique (*corr*) ***M*** 486 Tricietis ***v***, Tritices (*corr m 2*) ***h*** ‖ et exorabile γ_2 487 Cum ***N e l*** ς *Burm*, Tunc *cSprotii*, Tunc γ_2 ‖ (a *i r m 2*)lpheias ***M F***, alphe(ias *i r m 2*) ***N***, alpheis (*corr* h^3) ***h l*** 488 Rorantique—ad oras *expuncta omnia* ***v*** ‖ ad *add* h^2 489 ait in toto ***F l*** *cBersmanni* ‖ quaesitae uirginis *i r* ***N*** 490 (fru *i r m 2*)gum ***F*** ‖ iniustos ς 491 uiolent(a *i r*) ***M*** 492 pat. iniusta γ_2 494 Pysa ***F***, Nysa (t Py *sscr m 2*) ***e*** ‖ et *om* ***l*** ‖ duximus ς ‖ ortum ς *Hs vulgo olim* 496 sola (*corr m 2*) ***v*** 497 Has h.! sedes quos ***F*** ‖ habito *cStrozzanus*

mota loco cur sim tantique per aequoris undas
advehar Ortygiam, veniet narratibus hora
tempestiva meis, cum tu curaque levata
et vultus melioris eris. mihi pervia tellus
praebet iter, subterque imas ablata cavernas
hic caput attollo desuetaque sidera cerno.
ergo dum Stygio sub terris gurgite labor,
visa tua est oculis illic Proserpina nostris:
illa quidem tristis neque adhuc interrita vultu,
sed regina tamen, sed opaci maxima mundi,
sed tamen inferni pollens matrona tyranni!“
Mater ad auditas stupuit ceu saxea voces
attonitaeque diu similis fuit, utque dolore
pulsa gravi gravis est amentia, curribus auras
exit in aetherias. ibi toto nubila vultu
ante Iovem passis stetit invidiosa capillis
„pro“ que „meo veni supplex tibi, Iuppiter“ inquit,
„sanguine proque tuo. si nulla est gratia matris,
nata patrem moveat, neu sit tibi cura, precamur,
vilior illius, quod nostro est edita partu.
en quaesita diu tandem mihi nata reperta est,
si reperire vocas amittere certius, aut si
scire, ubi sit, reperire vocas. quod rapta, feremus,

---

498 lo(co *i r m 2)* ***N***, uel loco solo *cSprotii* ‖ cu(r sim *i r m 2)* ***e*** ‖ s(u *ex* i *m 2*)m ***F*** ‖ sim uitantique ***v*** ‖ tantique *ex* antiq/ ***M*** 499 Aduehar ϛ *A vulgo*, Adueor ***v N h***, Aduehor *cett RV* ‖ narra/tibus (n *eras*) ***M*** 500 Tempest/iua ***M*** ‖ tu *i l* l^2 ‖ curisque ϛ *vulgo olim*, curasque *cBerol et Bas* 501 uultu (*corr m 2*) ***M*** 502 imas *om* (*i l m 2*) ***M*** ‖ allata (*corr* ***N F***) ***N F e h***, sublata ***g*** 503 extollo *ccRhen et Vratisl* ‖ dissuetaque γ_2 504 terris sub gurgite ***F***, sub terras (*cf I 189*) ϛ *Plan* 505 illic oculis γ_2 506 nec adhuc ϛ *Hs vulgo olim* ‖ uultu/ (s *eras videtur*) ***M*** 507 maxima regni *ccSprotii et Leid* 508 tyrann(i *ex* us *per ras*) ***M*** 509 ut audita—uoce (*fort recte, ut sit exclamantis*) ***M*** ‖ ut auditas ***v***, ut audiuit (ł auditas *sscr m 2*) ***N*** ‖ seu saucia γ_2 511 auras (*cf XIV 848 et ad IV 700*) ***A*** ω *vulgo olim*, oras *ad Lucr p 167 Lachm vulgo* 512 Scandit ϛ ‖ ęthereas ***e l*** *ccDresd et Senat* ‖ moto squalida uultu *Hs* 513 passis ***O*** ϛ *R vulgo*, sparsis γ_2 ***F*** ς^* ϛ 514 supplex ueni ϛ ‖ uenio (*cf XIII 589*) ***F g*** ϛ ‖ supplex uenio *Hs vulgo olim* 515 nullē (ē = est) gratia ***v*** 516 parem (*corr m 2*) ***h*** ‖ ne sit γ_2 ***l*** 517 quod ***N*** que ***n*** 518 Est quaes.—rep. est γ_2 519/20 re/perire—re/perire (p *bis eras*) ***M*** ‖ *versum 519 spurium censet Riese* ‖ reperta est—: scire, ubi sit, rep. uocas *? coni Riese* ‖ turpus (uel certius *sscr*) aut si ***v*** ‖ amittere, certius (*vel* verius *e coni*) aut si *distinx Hs*

dummodo reddat eam! neque enim praedone marito
filia digna tua est, si iam mea filia non est.“
Iuppiter excepit: „commune est pignus onusque
nata mihi tecum; sed si modo nomina rebus
addere vera placet, non hoc iniuria factum,
verum amor est; neque erit nobis gener ille pudori,
tu modo, diva, velis. ut desint cetera, quantum est
esse Iovis fratrem! quid, quod non cetera desunt
nec cedit nisi sorte mihi? sed tanta cupido
si tibi discidii est, repetet Proserpina caelum,
lege tamen certa, si nullos contigit illic
ore cibos; nam sic Parcarum foedere cautum est.“
Dixerat, at Cereri certum est educere natam.
non ita fata sinunt, quoniam ieiunia virgo
solverat et, cultis dum simplex errat in hortis,
puniceum curva decerpserat arbore pomum
sumptaque pallenti septem de cortice grana
presserat ore suo, solusque ex omnibus illud
Ascalaphus vidit, quem quondam dicitur Orphne,
inter Avernales haud ignotissima nymphas,
ex Acheronte suo silvis peperisse sub atris;
vidit et indicio reditum crudelis ademit.

---

540 *Claudian Rapt Pros III 172*: Oceani priscas inter notissima nymphas.

---

521 reddatur *cBerol Bothe* 522 digna *i l* l^2 ‖ sed iam *e* ‖ non est] digna est (*prob p 115 Hartman*) *cMedic et i r n Hs vulgo olim* 523 honosque (t onusque *i mg m 2*) ***M*** 524 si *om v* ‖ n(o *a m 2 i r et ipsum eras vel evanidum*)mina ***M*** 525 uera licet *cSprotii* ‖ factum est ***N*** 526 verum honor *ap Fabrum (II 71) Schepperus* ‖ neque enim nobis g. i. pudori est ***N*** ‖ neque hic nobis *R* 527 desin(t *add m n*) ***O*** 528 nec cetera ς *Hs* 529 cedet ***F l*** ‖ nisi forte (*corr* v^2) ***F v*** 530 disidii ***l*** ‖ repetit (*corr m 2*) ***F***, repetat *cPar 8000 Hs vulgo olim* 532 federa tantum // (*corr m 2*) ***v*** ‖ uisum est ς, cretum est *cLangermanni* ‖ est *om* ς, *del Bothe* 533 *om* (*i mg m 2*) *e* ‖ at ceteri (*corr m 2*) certum (est *sscr*) ***v*** ‖ deducere *g* ς 534 fata ferunt *cBerol Bothe* ‖ quo ieiunia (*corr m 2*) ***F*** 535 Solu. irriguis ς ‖ et, riguis *Hs* ‖ hostis (*corr m 2*) ***v*** 536 Puẹ̀niceum (u *prius e corr m 2*) ***M***, pœniceum *Burm* ‖ discerpserat *cSprotii* 537 gluptaque callenti *Merkel*^{2} 539 Viderat ascalaphus (*sed cf 542*) ς *Burm vulgo olim* ‖ orphne ς *Plan ω vulgo*, or(phene *i r m 3*) [*sed* ospes *in arg*] ***M***, ophne *ex* ophe (*corr v*) ***v g***, ortnhe (orpnhes *in argum*) ***N***, orphe ***F h*** (*i mg m*) ***l***, horne *e*, orne *cSprotii* 540 haud *i r n*, haut ***F*** 541 siluis p. sub atris ***O F v*** ς *Merkel*, silvis—antris ***l***, fuluis—undis ***h*** ς *cSprotii*, furuis—undis ς, furuis—antris *e* ς *V Regius vulgo olim*, fuluis—autris *R*, stygiis—antris *ccAbbatis et Vatic*

ingemuit regina Erebi testemque profanam
fecit avem sparsumque caput Phlegethontide lympha
in rostrum et plumas et grandia lumina vertit.
ille sibi ablatus fulvis amicitur in alis
inque caput crescit longosque reflectitur ungues
vixque movet natas per inertia bracchia pennas
foedaque fit volucris, venturi nuntia luctus,
ignavus bubo, dirum mortalibus omen.

Hic tamen indicio poenam linguaque videri
conmeruisse potest: vobis, Acheloides, unde
pluma pedesque avium, cum virginis ora geratis?
an quia, cum legeret vernos Proserpina flores,
in comitum numero, doctae Sirenes, eratis?
quam postquam toto frustra quaesistis in orbe,
protinus, ut vestram sentirent aequora curam,
posse super fluctus alarum insistere remis.

---

549 *sq Priscianus V 2*: dubia autem sunt genera, quae nulla ratione cogente auctoritas veterum diverso genere protulit, ut ‘hic finis’ et ‘haec finis’ . . . similiter grus’, ‘bubo’, *post* ‘bubo’ *i mg codicis H a m 2 scripta sunt haec*: Ouidius, fedaque fit—mort. omen ‖ *Servius in Aen IV 462*: sane ‘sola’ contra genus posuit. Lucanus ‘et laetae iurantur aves bubone sinistro’, item Ovidius ‘Infandus [*sic libri omnes*] bubo’. ‖ *Isidor Orig XII 7,39*: Bubo . . in sepulcris diu noctemque versatur, et semper commoratur in cavernis, de qua Ovidius: ‘Foedaque fit—mort. omen’ ‖ Foedaque fit vol. durum [*sic*] m. omen *citat Speculum hist VI 116 Vincent Bellovacensis.*

---

543 regina/ herebi (t *ex* p *i r m 2*)estemque ***M***, amica erebi (regina *i mg m 2*) ***l*** ‖ prof(ph)anum ***F*** ς* ***g*** ς ‖ pestemque profanam (uel testemque profanam *sscr*) ***v*** **544** flegeontide ***F***, f(ph)legetontide ***h*** ς ‖ nympha (*corr*) ***M*** **545** lumina mittit (*corr m 2*) ***v*** **546** Ipse sibi ***g*** ‖ furuis ς ‖ fuluis am. in alis ***F*** ς* ***g p*** ς *VA*, f. hoperitur ab^2 amicitur alis ***M***, amicitur ab alis e^2 ς *R vulgo*, fuluis ł amicitur in^2 qui nascitur alis ***N***, *γλαυκὰς ἀμπίσχεται πτέρυγας Plan* ‖ Ille subit habitus fuluis am. et alis ***v*** ‖ rauis amicitur ab alis *Hs* **547** Iamque cap. *cGronov* ‖ unguis *R* **548** inhercia ***l*** **549** uent. conscia *vel* praescia ς **550** Infandus bubo *Servius* ‖ durum *Vinc Bellov* **551** Sic tamen ***g*** ‖ lingua/que ***M***, linguäque (linguāque *fuit*) ***F***, linguamque *R* ‖ mereri ***v*** **552** (Cōmerui *i r m 2*)sse ***F***, Comeruisse ***h***, Promeruisse (uel Commeruisse *sscr*) *cSprotii* **554** flores — uernos ***h*** ς **555** mixte(ae) sy(i)renes ***F e l g s*** ς *vulgo olim* ‖ immixtae comitum numero Sirenes eratis *Hs* ‖ erratis (*corr*) ***N*** **556** frustra toto ς **557** non minus ut vestram *Hs* **558** insistere pennis ***O*** ς *R*, alarum(que *del m 2*) ins. remis ***v*** ‖ existere ς

optastis facilesque deos habuistis et artus
vidistis vestros subitis flavescere pennis.
ne tamen ille canor mulcendas natus ad aures
tantaque dos oris linguae deperderet usum,
virginei vultus et vox humana remansit.
At medius fratrisque sui maestaeque sororis
Iuppiter ex aequo volventem dividit annum:
nunc dea, regnorum numen commune duorum,
cum matre est totidem, totidem cum coniuge menses.
vertitur extemplo facies et mentis et oris;
nam modo quae poterat Diti quoque maesta videri,
laeta deae frons est, ut sol, qui tectus aquosis
nubibus ante fuit, victis e nubibus exit.
Arethusa. Exigit alma Ceres, nata secura recepta,
quae tibi causa fugae, cur sis, Arethusa, sacer fons.
conticuere undae; quarum dea sustulit alto
fonte caput viridesque manu siccata capillos
fluminis Elei veteres narravit amores.
„Pars ego nympharum, quae sunt in Achaide“ dixit,
„una fui, nec me studiosius altera saltus

564*sq Lact Plac Comm in Stat Theb VIII 63*: ita Ouidius: ‘At (Ad *MPa*) medius fr. s. m. sororis [sorori *MP*] — regnorum numen [nomen *MP*] commune — cum coniuge menses [*v 567 mutilatus et corruptus in libris*]’.

---

559 Optatis (*corr m 2*)—deo *v* 560 nigrescere plumis *cBerol* ‖ subita—penna *in Mscr Diez 1075 Hs* 561 Nec tamen (*corr* v^2) *v F* ‖ calor (*corr m 2*) *v*, c(an *i r m 2*)or *F* 562 ne perderet (*corr* l^2) *l* ς, disperderet ς 564 su(i *i r m 2*)/ *N* ‖ mediusque sororis *h* 566/567 *post 571 transp Pr Meiss 1896 JGilbert* 566 Nunc est regnorum *N*, dea regnorum est *cVratisl* ‖ dea (regnorum *add m 2*) nomen c. deorum *v* ‖ d/$^{u^2}$orum (e *eras*) *M*, d(uo *i r*)rum *l* 568 extemplo *M*, extimplo *l* ς, exemplo (uel ex illo *sscr*) *v* 569 Iam modo *in Mscr Diez 1075 Hs* ‖ pot. di(ci *i r m 2*) *N*, pot. dici *e cGoth et Senat*, poteras (*corr m 2*) diti *v* ‖ dicique et maesta uideri *s*, *καὶ δοκεῖν καὶ λέγεσθαι σκυθρωπὴ δυναμένη Plan* 570 ut qui sol *fort recte F* ‖ tectus et quo sis *v* 571 nigris e *ccAmbr et Leid*, uictis modo ς ‖ ex nubibus *e* ς, ubi nub. *l g* ς *R Hs vulgo olim*, cum nub. *cAmbr et e coni Hartman* 572 reperta ς ‖ natae s. repertae *JacGronovius* 573 causa uiae (*cf II 33 her 14, 103*) ς *cSprotii Hs vulgo olim* ‖ arethus(a *i r m 2*) *F* 574 d¬a (¬ *add m 2*) *l* 575 udosque *cSenat Plan* 576 eley *N*, elei *e l* ς *Plan* ω, (alph *i r m 2*)ei *F*, alphei *M h* ς 577 achia (*primum in* achiade, *deinde in* achaide *corr*) *v*, achiade (*corr M*) *M h*, achide (*corr n*) *N l*, ach(a *i r m 2*)de *F*, achaeide ς 578 qua nec st.ς

legit nec posuit studiosius altera casses.
sed quamvis formae numquam mihi fama petita est,
quamvis fortis eram, formosae nomen habebam,
nec mea me facies nimium laudata iuvabat,
quaque aliae gaudere solent, ego rustica dote
corporis erubui crimenque placere putavi.
lassa revertebar (memini) Stymphalide silva:
aestus erat magnumque labor geminaverat aestum.
invenio sine vertice aquas, sine murmure euntes,
perspicuas ad humum, per quas numerabilis alte
calculus omnis erat, quas tu vix ire putares.
cana salicta dabant nutritaque populus unda
sponte sua natas ripis declivibus umbras.
accessi primumque pedis vestigia tinxi,
poplite deinde tenus neque eo contenta recingor
molliaque inpono salici velamina curvae
nudaque mergor aquis; quas dum ferioque trahoque
mille modis labens excussaque bracchia iacto,
nescio quod medio sensi sub gurgite murmur
territaque insisto propiori margine fontis.
„quo properas, Arethusa?“ suis Alpheus ab undis,
„quo properas?“ iterum rauco mihi dixerat ore.

---

579 *i mg n* 580 quanquam ς ‖ forma numquam *v* 581 *sic sine ras M* ‖ Queuis (*corr m 2*) *v* ‖ famosae *e* 585 symphalide *M* ‖ stymph. lympha *p* ς, st. ripa *s* 586 magnusque *N* ς, magnusque (uel magnumque *sscr*) *cSprotii* 587 uertice (origine *sscr*) *v*, uortice *cSprotii* ς *Hs vulgo olim* ‖ sine munere (*corr*) *F* ‖ (eu *i r m 2*)ntes *N* 588 *sq versus inde ad finem libri exstant in β* 588 Perspicuas usque ad humum *v*, Perspicuas ad imum *p* ς *R*, perspicuas imo *inde Hs vulgo olim* ‖ numerabil(i *i r m 2*)s *N* 589 erat omnis (*corr m 2*) *v* ‖ ui(x *i r m 2*) *F* 591 nata /ripis (e *eras*) *β* ‖ natas/ (s *i r m 2*) *M*, nat(a *i r m 2*)s *N*, nata/ *F*, latas *s*, gratas *unus Heinsianus et cOxon* ‖ riuis *g* ‖ decliuibus umbras *i r n* ‖ um(bras *i r m 2*) *e* ‖ fronde sua gratas *Pr Kaisersl 1881 Hellmuth* 592 *om* (*i mg m 2*) *N* 593 Poblite *F* ‖ nec eo ς 597 quid *β R*, quid *ex corr* (quod *fuit*) *m* ‖ sensimedio *g* 598 propiori (*cf VIII 443*) *recepi ex F ccRhenov et Par*, propioris *β*, propiori/ (s *eras*) *N*, propiori in *e cSenat*, propriori in *p*, propioris *M h l* ς *ω vulgo* ‖ fontis (n *ex* r *M*) *recepi* (*cf III 162*) *ex A ω*, ripae (*cf I 729*) *l* e^2 ς *vulgo* 599 *om* (*i mg m 2*) *h* ‖ artchvsa *l* ‖ alpheos *F*, alpheus *cett vulgo* ‖ alpheus in u. *s* ς 600 properasque *e* ‖ mihi rauco *cGoth* ‖ dixerat ore (uel murmure dixit *sscr*) *s*

sicut eram fugio sine vestibus (altera vestes
ripa meas habuit): tanto magis instat et ardet,
et quia nuda fui, sum visa paratior illi.
Sic ego currebam, sic me ferus ille premebat,
ut fugere accipitrem penna trepidante columbae,
ut solet accipiter trepidas urgere columbas.
usque sub Orchomenon Psophidaque Cyllenenque
Maenaliosque sinus gelidumque Erymanthon et Elim
currere sustinui, nec me velocior ille.
sed tolerare diu cursus ego viribus inpar
non poteram, longi patiens erat ille laboris.
per tamen et campos, per opertos arbore montes,
saxa quoque et rupes et, qua via nulla, cucurri.
sol erat a tergo: vidi praecedere longam
ante pedes umbram, nisi si timor ille videbat;
sed certe sonitusque pedum terrebat et ingens.
crinalis vittas adflabat anhelitus oris.
fessa labore fugae „fer opem, deprendimur“ inquam,
„armigerae, Diana, tuae, cui saepe dedisti
ferre tuos arcus inclusaque tela pharetra!“
mota dea est spissisque ferens e nubibus unam

---

603 peraptior *cStrozzanus* 606 605 ς 605 *om* (*inseruit m 2*) *v* 606 trepido surgere (*corr m 3*) *β*, molles urgere *h* ‖ agitare col. ς *Hs vulgo olim* 607 U(s *i r* ex t *m 2*)que *O*, Utque *β* ‖ psophidaque *O β Plan vulgo*, sophidaque *g R*, sophida/ (que *eras*) *F* ‖ orcomenon sophidaque cilenēque *h*, orchomenen sophadaque cill. *l* ‖ sophydaque cyllinque *e* ‖ cyl(l)enen(que *om*) *β M* 608 erimantha$^{on^2}$ *M*, erimantha *β*, erimanton *F*, elymanon$^{t^2}$ *e* ‖ (et *i r*, nec *fort eras*) elim *M*, et elym *e*, et helim *g*, et elim *N* ς *R vulgo*, meelin *β*, et erin *F l*, et herin *h* 609 uelocior ibat *cSulm Bothe* 611 paties (*corr m 3*) *β* ‖ fuit ille *g* 612 campos et opertos *s* ς *Jahn*, apertos *F* ‖ montis *R* 613 saxaque per rupes et ς, saxaque per rupesque et *Hs*, saxa per et rupes (*cf Verg georg III 276*) *cBarber Bentley* ‖ et qua est uia *cVratisl* 615 ni (sisi *i r*) *e* ‖ si *add h*^{3} ‖ sit timor ς *R* ‖ ille *scripsi* (*ille timor sc, quem poeta inde a v 605 descripsit*) *cum β l cGoth R*, ill(a *i r*, e *fuit*) *M*, illa *cett vulgo* ‖ *//* timor illa uideba(t *i r m 2*) *F* 616 sonituque — terreba(r *i r m 2*) *F*, sonituque — terrebar ς *Hs vulgo olim*, sonituque — terrebat ς, sonitusque — tegebat (terrebar *sscr*) *v* ‖ et urgens *Hs* 617 crinalis *v*, crinales *v*^{2} *cett vulgo* ‖ afflauit *e ccBersmanni et Senat* 618 deprehndimur *e*, deprehendimur *h cSenat* 619 Armigene *β* ‖ dictynna tuae ς *Hs* ‖ dea casta tuae *cPal* 621 Mo-taque *l* ‖ sp(ar *i r m 2*)isque *F*, sparsisque *l* ς, spisisque$^{i.\ nubem}$ *h* ‖ undam *v*

me super iniecit. lustrat caligine tectam
Amnis et ignarus circum cava nubila quaerit
bisque locum, quo me dea texerat, inscius ambit
et bis „io Arethusa, io Arethusa!“ vocavit.
quid mihi tunc animi miserae fuit? anne quod agnae est,
siqua lupos audit circum stabula alta frementes,
aut lepori, qui vepre latens hostilia cernit
ora canum nullosque audet dare corpore motus?
non tamen abscedit; neque enim vestigia cernit
longius ulla pedum: servat nubemque locumque.
occupat obsessos sudor mihi frigidus artus
caeruleaeque cadunt toto de corpore guttae,
quaque pedem movi, manat locus, eque capillis
ros cadit, et citius, quam nunc tibi facta renarro,
in latices mutor. sed enim cognoscit amatas
amnis aquas positoque viri, quod sumpserat, ore
vertitur in proprias, ut se mihi misceat, undas.
Delia rupit humum, caecisque ego mersa cavernis
advehor Ortygiam, quae me cognomine divae
grata meae superas eduxit prima sub auras.“
Hac Arethusa tenus. geminos dea fertilis anguis
curribus admovit frenisque coercuit ora
et medium caeli terraeque per aera vecta est

---

623 *del Merkel*² ‖ circaua (*corr m 2*) ***F*** **625** io arethusa uocauit io arethusa ***l*** *Haupt* **626** misere¸/ ***M***, miserere ***β*** ‖ agn(a)e est ***β M l n*** *R Hs*, agnae (est *om*) ***v N F h e ς*** *VA Jahn* **627** lupus ***v*** ‖ adit (*corr m 2*) ***N***, uidit *cBersmanni* **628** uep̄ (= uepre) *i r* ***m***, uepre *i mg* ***M*** ‖ hostia ***M*** **629/30** *i mg* ***F***² ‖ corpore m (*cetera decisa*) ***F***² ‖ nollosque ***l*** ‖ aude/t (a *eras*) ***M*** ‖ corpore saltus ***s ς*** **631** Longius ire ***ς*** *Hs vulgo olim* **632** obsessas (*corr m 2*) ***F*** **633** que *om* ***F*** ‖ toto *cSprotii* **634** moueo *ccJun et Medic* ‖ pedē (¯ *i r m 2*) ***F*** ‖ locus (*cf Sen Herc fur 391 Plin NH XXII 63*) ***A*** *ω Plan*, loco (*corr*) ***F***, lacus ***e ς*** *Hs vulgo* ‖ eque *s l add* ***h***, aeque ***M*** ‖ capillo ***g*** **635** fata (ł fac *sscr* ***e***²) ***e ς*** *Hs* ‖ renarno (*corr*) ***F*** **636** laticem ***g ς*** *Hs vulgo olim* ‖ laticem uertor ***s*** ‖ amatque *cBerol* **639** rumpit ***ς*** *Hs vulgo olim* ‖ caecisque immersa ***s ς*** ‖ mersa *i r* ***e*** **641** Grata meae ***ς*** *R Hs vulgo*, Ortamiac(ę) ***β M***, Grtamiae *inde* ***β***², Orta mihi ***v***, Grata mee (m *i mg fort a m 1*) ***m***, Grta m/ ***N***, (Grata *i r m 2*) mee¸ ***F***, Grata mihi ***s ς**** ***ς*** *VA* ‖ educit *coni Hs* ‖ sub undas *cSprotii* **642** anguis ***N***, angues ***n*** *cett vulgo* **643** ammouit ***M*** **644** aera ***v***

atque leuem currum Tritonida misit in urbem
Triptolemo partimque rudi data semina iussit
spargere humo, partim post tempora longa recultae.
iam super Europen sublimis et Asida terram
vectus erat iuvenis: Scythicas advertitur oras.
rex ibi Lyncus erat; regis subit ille penates.
qua veniat, causamque viae nomenque rogatus
et patriam, „patria est clarae mihi“ dixit „Athenae,
Triptolemus nomen. veni nec puppe per undas,
nec pede per terras: patuit mihi pervius aether.
dona fero Cereris, latos quae sparsa per agros
frugiferas messes alimentaque mitia reddant.“
barbarus invidit tantique ut muneris auctor
ipse sit, hospitio recipit somnoque gravatum
adgreditur ferro; conantem figere pectus

---

649 *sq Conr de Mure p 197*: ‘Scythicis adv. oris—ille penates’.

650 *sq Lact Plac Comm in Stat Theb IV 658:* Triptolemus beneficio Cereris cum fruges per omnes spargeret gentes, ad Lycum, Scythiae regem, uenit ibique paene deceptus (*i e interfectus; cf Löfstedt Spätl St, Upsala 1908, 72 sq*) est, *sed cf Servius ad Aen I 323.*

---

645 Atque *A* ω, Atque *v*, Inde *cSenat* ‖ cursum (*corr*) β ‖ Tritonia *g* ‖ in arcem ς *Hs vulgo olim* 646 Tr(i *ex* e *m 2*)ptolemo *N*, Triptolom(ō *i r m 2*) *F*, Triptolomo *l* ‖ partim(que *om*) *N l* ‖ sua semina *g* 647 hunc (*corr*) partim p. tempore l. reculta *v* ‖ tempora *s l add* h^3 648 euro peti β euro⏝pēti β^3, europā (a *ex* e *m 2*) *F*, e$^{v^2}$⏝ropā (a *ex corr m 2*) *h*, europem *e*, europam ς *R* ‖ apida *l* ‖ terras *cThuan Hs vulgo olim* 649 sci(y)thicasque *l* ς, sithicas β *h*, Scythiasque ω ‖ auertitur (*corr n*) *v N h* ‖ sc. aduertit in horas *s*, Scythicis a. oris *Conr de Mure*, Scythias ad. oras *Mitscherlich* 650 Rex ubi *ccDresd et Senat R* ‖ regı'/ (' *a m 2*, ı *vel* t *eras*) *M*, regit (*corr m 2*) β 651 Q(uid *i r m 2*, ł qua *i mg fort m 1*) *M* ‖ Quid ueniat *v* ς *R* 652 est dare michi (*corr m 2*) *v*, „clarę“ mihi *M*, mihi clarae ς 653 Treptolemus *N*, Triptolo-mus *F h*, Tryt$^{p^2}$holemus *e* ‖ pupe (*corr m 2*) *N* 654 perḥuius *M* ‖ peru. aer *p* 655 Cer(er *i r*)is latosque sp. (*corr m 2*) *M* ‖ latos(que *i r m 2*) *N*, latosque *l*, latosq̄; *h* 656 //messes *N*, messas (*corr m 2*) *h* ‖ queom *F* ‖ mitia porto *cSprotii* 657 tanti qui mun. β, tantiq(ue *i r m 2*) $^{ut^2}$muneris *M*, tanti quo(d *eras*, ꝙ *et* ℘ *conpendiorum similitudo fefellit scribam*) muneris *N*, tantique (ut *add m 2*) muneris *h* ‖ tanti qui *fuit igitur in* β *O, quod haud scio an Ov scripserit* ‖ actor (*corr m 2*) *v* 659 658 *l* 658 recepit *v l* ‖ sum$^{o^2}$noque *e* 659 Agg(reditur *i r m 2*) *F*

lynca Ceres fecit rursusque per aera iussit
Mopsopium iuvenem sacros agitare iugales."
Finierat doctos e nobis maxima cantus;
at nymphae vicisse deas Helicona colentes
concordi dixere sono. convicia victae
cum iacerent, „quoniam" dixi „certamine vobis
supplicium meruisse parum est maledictaque culpae
additis et non est patientia libera nobis,
ibimus in poenas et, qua vocat ira, sequemur."
Rident Emathides spernuntque minantia verba,
conantesque loqui et magno clamore protervas
intentare manus, pennas exire per ungues
adspexere suos, operiri bracchia plumis,
alteraque alterius rigido concrescere rostro
ora videt volucresque novas accedere silvis.

---

660 aera misit ς *Hs vulgo olim* **661** Mosopi(y)um ***F e l g*** *cSenat*, Mesopium *cSprotii* **662** inierat (*deest initialis*) ***F*** ‖ doctos—cantus ***F h l*** ς *V A*, doct(o *i r*)s—cantu(s *i r m 2*, m *fuit*) ***M***, d(o *i r m 2*)ct(o *i r m 2*)s ***N***, dictis—cantus ***e***, dictis (uel doctos *sscr*)—cantus ***s***, dictos—cantus (*cf IV 95 ep Sapph 125*) ***l g*** ς *Hs vulgo*, doct(ū *nigriore atram*) —cantum β, doctum de—cantum *inde praef p XI Korn* **663** nimphe *i r* ***e*** **664** conco(r *i r*)di—conuitia ***M*** **665** Dum ***v e*** ‖ iacerent (*cf NJhbb 1894, 651*) β ***v N*** ς *Hs vulgo*, (fa *i r m 2*)cerent ***M***, facerent ***F h l v***^{2} ***e***^{2} ς ω *Korn* ‖ dixi β ***N v h*** ς *Bothe*, dixi(t *del*) ***e***, dixit ***M F l n*** β^3 ς *vulgo* ‖ certamina (*corr* β^3 ***m***) β ***M*** ‖ uobis (*corr*) ***F*** **666** culpam (*corr m 3*) β, culp(æ *ex* ā *m 2*) ***M*** **667** uobis ***s*** **668** in/poenas (im *fuit*) ***M*** ‖ quo uocat *Hs vulgo olim* ‖ sequ(i *ex* a)mur ***v***, sequamur *cGoth* **669** rident Emathides *Hs vulgo* ‖ Ridentemque athides (em *virgula del* ***M***) β ***M***, enipedes . i . filie enipe *i mg m 3* ***m***, Rident enipides (filię enippes *sscr* ***v***) ***v g*** ς, Rident (empe *i r m 2*)des ***N***, Ridentque enipides ***s***, Rident athides ***F*** ς, Rident (enīpedes *i r m 2*) ***h***, Rident athipedes ***l***, Rident enypedes ***e***, Rid. Enipedes *RV*, Rident antipedes (uel athides uel pierides *sscr*) *cSprotii*, Rid. pierides ς, *Παιονίδες Plan*, thespiades *vel* achiades *vel* agnipedes *vel* anguipedes ς ‖ minantia (*cf Pr S G 1887, 11 sq*) ***F h e g*** ς ω, minancia ***l***, minacia β ***O*** *cBernegg vulgo* **670** *sic, ut videtur*, β ***O*** *item R* ‖ Conantesque loqui // magno clam. ***N***, Conante/que //// (oculi *eras*, loqui *sscr m 3*) magno clamore β, Conataeque oculis (loqui *sscr*) magno cl. ***v***, Cona/teq'(n *eras*, q' *i r ex corr*) oqui/ (*per ras ex* oculis) magno cl. ***M***, Conataeque loqui et magno ***F*** ς *Hs vulgo*, Conataeque loqui magno et ***l g*** ς, Conataeque loqui magno (et *om*) ***h e*** *cSprotii* **672** operiri (et *s l add m 1*) ***l***, operiri et ς ‖ brachia pennis ***e*** ς **673** concrescere (uel indurescere uel occallescere *sscr*) ***s*** **674** uident *ccErfurt et Goth Hs*

dumque volunt plangi, per bracchia mota levatae
aëre pendebant, nemorum convicia, picae.
Nunc quoque in alitibus facundia prisca remansit
raucaque garrulitas studiumque inmane loquendi.

---

675 Plangere (Plaudere *cSulm*) dumque uolunt ***l g*** *cSulm* ς ‖ nota ***v*** ***F e***, ł mota *sscr* ***v***^{1} ***e***^{2} 676 nemor(ū *i r m 2*) ***F***, nemoris ***l*** ‖ conuitia ***M***
677 Nunc qu$^{o^2}$/que (e *eras*) ***M***, Tunc quoque *ep crit ad Har p 137 Markland*, Sic quoque *ad Anth Lat I 68 Burm* ‖ fac. prima ς 678 studium est ***e*** ‖ inane ς ‖ *vv 677/78 non musae, sed poetae dat Jahn* ‖ Semper et humanas imitantur in omnia uoces *post 678 add Ciofani cVatic*, *ἀεὶ καὶ τὰς ἀνθρωπείους ἐν πᾶσι φωνὰς μιμοῦνται Plan* PERSONAE LIBER V EXPLICAT Incipit VI ***v***, EXPLIC̄ INCIPIT LIB̄ SEXTVS (*rubro, sic fere*) ***M***, EXPLIC. V. INCIP VI ***N***, EXPLICIT LIBER QVINTVS . INCIPIT SEXTVS ***l***, LIBER SEXTVS ***e***, *nec subscriptio nec titulus in cett.*

LIBER SEXTUS.

Pallas et Arachne.

Praebuerat dictis Tritonia talibus aures
carminaque Aonidum iustamque probaverat iram;
tum secum 'laudare parum est; laudemur et ipsae
numina nec sperni sine poena nostra sinamus!'
Maeoniaeque animum fatis intendit Arachnes,
quam sibi lanificae non cedere laudibus artis
audierat. non illa loco neque origine gentis
clara, sed arte fuit: pater huic Colophonius Idmon
Phocaico bibulas tingebat murice lanas;
occiderat mater, sed et haec de plebe suoque
aequa viro fuerat. Lydas tamen illa per urbes
quaesierat studio nomen memorabile, quamvis
orta domo parva parvis habitabat Hypaepis.
huius ut adspicerent opus admirabile, saepe
deseruere sui nymphae vineta Timoli,
deseruere suas nymphae Pactolides undas.

---

3 laudare parum est, laudemur et ipsi *citat Vinc Bellov Spec hist VI 116 (IV 216 ed a 1624).*

1/412 *exstant in* β, 1/45 *exstant in* **v** 1 tritiona **v** ‖ aurem *cBerneggeri Hs vulgo olim* 2 iustam(que *om*) **l** 3 Tunc ς, Cum *cJunianus* ‖ laudaremur et ipsa **v** 4 nec specni β 5 factis **e** ‖ aracnes **M h**, aragnes **F e** ς*V*, *sic semper* **e**, arano (araches) **v** 6 lanibus (*corr m 2*) artis **v** 7 nec **e**, neque ς *R* 8 huic *om* (*i l m 2*) **M** ‖ colophinius **l** ‖ edmon **v**, ismon *cSprotii*, ethmon *vel* ithmon *vel* imon ς 9 phocacio (*corr m 2*) **N** 10 et *add* **h**[2] 11 *sic* β **v h** ς *vulgo*, lidas (i) **M**, lydias **N F e** ω, lidias **l g** ς 12 merobile (*corr m 3*) β 13 *sic* ς *A vulgo*, hipepis *cVratisl V*, hipelis β **M**, iphelis *cBersmanni*, hypaedis **v**, hype(phis *i r m 2*) **N**, hypeis (b[2]) **F**, hipeis **l**, ypheis (ł ypepis[2]) **e**, ipeplis **h**, Hypeplis *R*, ἐν μικροῖς τοῖς ὑπαίθροις *Plan* 14 ammirabile **M**, amirabile **h** 16 15 *cSprotii* 15*sq* Deseruere sui n. pactolides undas **M**, uineta timoli Deseruere suas nimphe *i l* **m**, πολλάκις αἱ Πακτωλίδες νύμφαι τὰ ἑαυτῶν κατελίμπανον ῥεῖθρα καὶ αἱ Τμωλίδες νύμφαι τὰ ἐν τῷ Τμώλῳ κατελίμπανον ἀλωάς *Plan* ‖ uineta (ł dumeta *sscr m 2*) **F**, dumeta (*corr* β[3]) β ς, spineta *vel* pineta ς ‖ tymoli (*cf Buresch, Klaros, Leipzig 1889 p 12sq*) **N**

nec factas solum vestes, spectare iuvabat
tum quoque, cum fierent (tantus decor adfuit arti),
sive rudem primos lanam glomerabat in orbes,
seu digitis subigebat opus repetitaque longo
vellera mollibat nebulas aequantia tractu,
sive levi teretem versabat pollice fusum,
seu pingebat acu; scires a Pallade doctam.
quod tamen ipsa negat tantaque offensa magistra
'certet' ait 'mecum: nihil est, quod victa recusem!'
Pallas anum simulat falsosque in tempora canos
addit et infirmos baculo quoque sustinet artus.
tum sic orsa loqui: 'non omnia grandior aetas,
quae fugiamus, habet: seris venit usus ab annis.
consilium ne sperne meum! tibi fama petatur
inter mortales faciendae maxima lanae:
cede deae veniamque tuis,. temeraria, dictis
supplice voce roga! veniam dabit illa roganti.'
Adspicit hanc torvis inceptaque fila relinquit,
vixque manum retinens confessaque vultibus iram
talibus obscuram resecuta est Pallada dictis:

---

17 *sq distinx Ehwald*, f. solum vestes spectare *vulgo*, f. solum, v. sp. *Vollmer* ‖ Non factas (*quod recepit versu 17 post 18 posito Hs*) ς *cSprotii* ‖ facta(s *add m 2*) *v*, 18 Tum *β M F h l*, Tunc *N e* ς ‖ tantum (*corr*) *β* ‖ affuit *N* 18/23 *distinxi cum Capoferreo*; *post* arti (*v 18*) *punctum*, *post* acu (*v 23*) *virgulam ponunt vulgo* ‖ iuvabat . tunc quoque, cum f., tantus d. a. arti: sive—acu; scires *sq* (*i e tantus d. a. arti, ut scires*) *Jahn* 19 glomerauit *F l cSenat*, glomerarat *e* 20 subiebat *h* 21 mollebat (*corr m 2*) *v* ‖ eqntia *F*, equancia *l* 22 *sq excidisse post 22 versum, quo texendi mentio fieret, statuit Haupt* ‖ ducebat pollice *s* pollice (uel pectine *sscr*) *cSprotii* 26 Pallas aitnum *v* ‖ intimpora *O*, in tempore (*corr m 2*) *l*, ad tempora *cSprotii* ς 27 baculo quoque (q *h*, qq̄ *F*, q. *e*, qq. e^2) *A* ω ‖ baculo quos sustinet *Riese*, baculum quod sust. *Merkel*², baculo quod s. *Progr Kaisersl 1880 Hellmuth*, adicit, infirmos baculo quoque s. *ZÖG XXXII Rappold* ‖ quoque *sine dubio verum*, infirmos (baculo quoque sustinet) artus *olim distinguendum putabam . sed haec videtur dixisse poeta: 'addit canos et addit non solum infirmos artus, sed etiam sustinet baculo', cf IX 442 XIV 715* 28 27 (*corr m 2*) *v* ‖ Tunc *e l* ς, Cum ς ‖ loqui est *s* 30 nec sperne *e* ‖ tibi *om v* ‖ potatur *β* 31 In mortales (*corr n*) *v N* ‖ faciendae *M* ‖ lane (ł tele *sscr*) *g* ‖ max. telae(ę) *h e* ς *Jahn* 32 que *om F* 33 dabit illa roganti *i r n*, d. ipsa rog. *e* 34/36 *om N*, *i mg n* 34 incepta(que *add m 2*) *v*, inceptaque (uel infectaque *sscr*) *cSprotii* ‖ reliquit *F e l p* ς, reliquit (uel remisit *sscr*) *s* 35 manu *β v*, manus *F* v^2 ς 36 resecuta /// /// est *v*

'mentis inops longaque venis confecta senecta,
et nimium vixisse diu nocet. audiat istas,
siqua tibi nurus est, siqua est tibi filia, voces:
consilii satis est in me mihi; neve monendo
profecisse putes, eadem est sententia nobis.
cur non ipsa venit? cur haec certamina vitat?'
tum dea 'venit!' ait formamque removit anilem
Palladaque exhibuit. venerantur numina nymphae
Mygdonidesque nurus; sola est non territa virgo.
sed tamen erubuit: subitusque invita notavit
ora rubor rursusque evanuit, ut solet aer
purpureus fieri, cum primum aurora movetur,
et breve post tempus candescere solis ab ortu.
perstat in incepto stolidaeque cupidine palmae
in sua fata ruit; neque enim Iove nata recusat
nec monet ulterius nec iam certamina differt.
Haud mora, constituunt diversis partibus ambae
et gracili geminas intendunt stamine telas:
tela iugo vincta est, stamen secernit harundo;
inseritur medium radiis subtemen acutis,
quod digiti expediunt, atque inter stamina ductum

---

55 *sq Seneca Epist mor XIV 90 20 Hense*: textrini quoque artem a sapientibus dixit inventam, oblitus postea repertum hoc subtilius genus, in quo 'tela iugo vincta [iuncta *BA*] est — acutis, Quod lato paviunt [*sic Gruter,* pariunt *BA*] insecti pectine dentes'.

---

37 tardaque uenis ***N*** ‖ defessa *ccBerol et Moreti,* defecta *Hs* **38** Ὡς (= ut?) *βλαβερὸν Plan* **39** si qua tibi filia ***e*** **40** Consiliu (*corr m 2*) uoces (satis est *sscr*) ***v*** **41** est *om* ς, *del Hs vulgo olim* **42** cert. differt (*cf 52*) *cBersmanni* **43** Tunc ***F h l*** ς *VA* **44** Pallada se ***l*** **45** Migdonesque nu(r *ex corr*, c *fort fuit*)us ***M*** ‖ est interrita ς *VA* **46/170** *multa evanida et redintegrata in* ***l*** **46** exsiluit *Merkel*² **47** ora pudor *post Heinsium* (*Transact Oxf Ph S 1883*) *Ellis* ‖ subitusque evanuit *Capoferreus* **49** candescit ς ‖ ortu ***e***, ictu ς *Hs vulgo olim* (ł ictu²) **50** et incepto ***β M***, in inceptum ***g*** ‖ solidaeque *cCantabr*, stolidaque *Postgate* **51** fa/ta ***β*** ‖ redit ***F***, redit ***g*** ‖ enim *i l* ***h*** ‖ nec iam ς (ruit²) **52** (u *i r*)lterius ***M*** ‖ nec tunc ***β M*** **53** Hau(t *i r m 2*) ***F*** ‖ constituunt (*cf quae dixi NJhbb 1887, 137 sq*) ***β O F e l*** ς *Plan R Merkel*², consistunt ***h F***² ***e***² ς *VA vulgo olim* **55** uincta (*cf I 122*) ***N e*** ς *Hs vulgo,* iuncta *an* uincta *incertum* (*hoc tamen veri similius*) ***β M***, iuncta ***F h l g*** ς (*Senecae cdd*) ***ω***, *προσεδέθη Plan* ‖ secreuit ς **56** "medium "radiis ***h*** ς *VA*, radiis medium ***g*** **57** *om Seneca*

percusso paviunt insecti pectine dentes.
utraque festinant cinctaeque ad pectora vestes
bracchia docta movent studio fallente laborem.
illic et Tyrium quae purpura sensit aenum
texitur et tenues parvi discriminis umbrae,
qualis ab imbre solet percussis solibus arcus
inficere ingenti longum curvamine caelum;
in quo diversi niteant cum mille colores,
transitus ipse tamen spectantia lumina fallit:
usque adeo quod tangit idem est; tamen ultima distant.
illic et lentum filis inmittitur aurum
et vetus in tela deducitur argumentum.
Cecropia Pallas scopulum Mavortis in arce
pingit et antiquam de terrae nomine litem.
bis sex caelestes medio Iove sedibus altis
augusta gravitate sedent. sua quemque deorum
inscribit facies: Iovis est regalis imago.
stare deum pelagi longoque ferire tridente
aspera saxa facit, medioque e vulnere saxi
exsiluisse fretum, quo pignore vindicet urbem;

65*sq Seneca NQ I 3, 4 Gercke*: sed nunc ⟨, ut ait pœta,⟩ ‘diversi niteant — tamen ultima distant’.

77 *(Lactantii) Argum VI fab I*: itaque telae suae intexuit contentionem Athenarum inter se Neptunumque habitam; qui lacu salso in arce edito suam possessionem vindicabat. *cf Appendicem.*

---

58 percusso] quod lato *Seneca*, percussum (*corr m 2*) ***N*** ‖ paviunt *scripsi post Kornium ex Gruteri coni ad l l Senecae, ubi* pariunt *est in codd Bamb et Argent* ‖ pauent (*paene eras*, feriunt *sscr m 3*) *β*, (feriu *i r m 2*)nt ***M***, feriunt ***N*** *ς* ς ω vulgo*, quatiunt ***e***^{2} *ς*, feruēt *i r* (feriunt *fort fuit*) ***F***^{2} ‖ ‘*putabam aliquando* paverant [?] *vel* paviunt, *nunc nil muto’ Hs* ‖ inserti *ς Blümner* 59 festinant *β **N s** ς R vulgo*, festina/t (n *eras*) ***M***, festinat *cett ω* ‖ cinct(e *ex* i)que ***M***, cunctaeque (*corr*) ***N*** ‖ a pectore *ς* ‖ cinctaque ad p. veste *post Burm Bentley* 60 Brachia iacta *cSprotii* ‖ mouet$^{n^2}$ ***M*** ‖ st. minuente ***l*** *cBerol* 61 sentit ***e l ς*** 62 Texetur (*corr*) et tenuis (*corr*) paru(i *i r*) ***M*** 63 percussus *ς Burm vulgo olim*, percusso *Postgate* ‖ percussis nubibus *ς* ‖ qualis sole solet percussis imbribus *Housman* 64 longo (*corr*) *cDresd* ‖ curuamine caelum *i r **h***^{2} 66 ipse tamen *i r **n***, ille tamen ***e*** *ς* 67 idest$^{\bar{e}}$ ***M*** ‖ est *om* (*add **n***) *β **N** ccBersm et Senat* 68 innectitur ***g*** *ς*, intexitur *ς* 70 Cycropia p. scopulum ***e*** ‖ arci$^{ł\ ca^2}$ (*corr m 2*)$^{ł\ Au}$ ***M*** ‖ *τὸν Ἄρειον ἐπήξατο Πάγον Plan* 71 nomene (*corr*) ***M*** 73 Angusta ***e*** 75 tridenti *Bothe* 77 Exiliisse ***e g*** *ccPal et Senat* ‖ fretum *L ς R Nau-*

at sibi dat clipeum, dat acutae cuspidis hastam,
dat galeam capiti, defenditur aegide pectus,
percussamque sua simulat de cuspide terram
edere cum bacis fetum canentis olivae
mirarique deos: operis Victoria finis.
ut tamen exemplis intellegat aemula laudis,
quod pretium speret pro tam furialibus ausis,
quattuor in partes certamina quattuor addit,
clara colore suo, brevibus distincta sigillis.
Threiciam Rodopen habet angulus unus et Haemum
(nunc gelidi montes, mortalia corpora quondam!),
nomina summorum sibi qui tribuere deorum.
altera Pygmaeae fatum miserabile matris
pars habet: hanc Iuno victam certamine iussit
esse gruem populisque suis indicere bella.
pinxit et Antigonen ausam contendere quondam
cum magni consorte Iovis, quam regia Iuno
in volucrem vertit; nec profuit Ilion illi
Laomedonve pater, sumptis quin candida pennis
ipsa sibi plaudat crepitante ciconia rostro.
qui superest solus, Cinyran habet angulus orbum;

---

98 *Conr de Mure p 122 (edBas)*: Qui solus superest — ang. orbem [*sic*]'.

---

gerius vulgo, equum *i r* β^2, f/erum (r *eras*, erū *i r*, *ut videtur*) ***M*** .l. monstrum *sscr* ***m***, ferum *i r* ***n***, f(er *i r m 2*)um ***F***, ferum *cett* ω ‖ pignere β, pingnore ***M***, pignere$^{o^2}$ ***F*** ‖ u(e *ex* i)ndicet ***M***, u(i *ex* e *m 2*)ndicet ***F***, uı$^{e^2}$ndicet ***e***, uendicet ***h g*** ς

78 sibi$^{dat^2}$ cly/peum dat /a^{c}ute ***M*** 80 sua/ (m *eras*) ***N*** 81 Prodere ***l*** ς *Hs vulgo olim* ‖ candentis ***s*** 82 Miraque (*corr m 2*) ***F*** ‖ operi ς *Hs vulgo olim* ‖ Victoria (*maiuscula litt*) *Leipz Stud I 384 Lange*, uictorii ***l*** 83 intell(i *i r m 2*)gat ***N*** 85 addit *om* (*i mg m 2*) ***F*** 86 sua de brevibus ***l*** 87 Traiciam ***l*** ‖ rodopen ***M F h l*** ς, rodopē ς, rhodopen *cett* ω *vulgo* ‖ haemon ς *Hs vulgo olim* 88 gelidi *recepi ex* β ***N h***, gelidos ***M F e l*** ς ω *vulgo* 89 Numina s. ς *VA*, Omnia s. ***s*** 90 pigmeae ***M*** ‖ mirabile *cRhen* factum ***l*** ς 91 iussit cert. uictam *VA* ‖ certam. dixit ***e*** 92 Esse grauem ***g*** ‖ bella ***N***, bellum *cett* ω *vulgo* 93 Pingit ς *Hs vulgo olim* ‖ antigonē ***l***, antigonem ς 94 magna ***g*** *cSprotii* ‖ iuno *i r* ***e*** 96 Laodomedonue ***M***, Laumedonue ***l*** ς, Laodonue (*corr m 3*) β ‖ laom. suus *cGronov* ‖ subitis quin *cSprotii* 98 'soliis *vel* solio . *solio orbatum et eiectum*' *in Mscr Diez 1069 Hs* ‖ cinyran ***h*** ς *R Hs vulgo*, cyniran(i *i r* ***e***) ***N F e***, cynirā β, cyniram ***M***, cirinan ***l***, *Κινύραν Plan*, cinaran ***g*** ς *cSprotii*, cynaran ς *RA*, Cynaram *V*

isque gradus templi, natarum membra suarum,
amplectens saxoque iacens lacrimare videtur.
circuit extremas oleis pacalibus oras
(is modus est) operisque sua facit arbore finem.
Maeonis elusam designat imagine tauri
Europam: verum taurum, freta vera putares.
ipsa videbatur terras spectare relictas
et comites clamare suas tactumque vereri
adsilientis aquae timidasque reducere plantas.
fecit et Asterien aquila luctante teneri,
fecit olorinis Ledam recubare sub alis;
addidit, ut satyri celatus imagine pulchram
Iuppiter inplerit gemino Nycteida fetu,
Amphitryon fuerit, cum te, Tirynthia, cepit,
aureus ut Danaen, Asopida luserit ignis,
Mnemosynen pastor, varius Deoida serpens.
te quoque mutatum torvo, Neptune, iuvenco
virgine in Aeolia posuit; tu visus Enipeus
gignis Aloidas, aries Bisaltida fallis;

---

99 gradu *β* 100 saxoque grauis ***s*** 101 Circūit *β*, Circu/it ***M*** ‖ extr(e *i r*) mas ***N*** ‖ bacalibus horas *i r* ***e***^{2} 102 *parenth statuit Ehwald* ‖ operique *ς Hs vulgo olim* ‖ sui (*corr n*) ***N*** *ccBersmanni et Dresd* 104 Europā ***F***, Europen *ς* ‖ “uera “freta ***h*** 107 At salientis ***N***, Insilientis ***h*** ‖ que *om* ***h l*** ‖ madidasque ***s*** ‖ reducere *ς ω Hs vulgo,* recondere ***e s***, retundere *mg Gryph, εἰς τοὐπίσω διδόναι Plan*, recludere ***A*** ‖ palmas ***g*** 108 hasterien ***M*** ‖ tenerē ***F*** 109 holorinis ***M*** ‖ ledā ***F***, ledan *cCantabr Hs,* Leden *Bothe* 110 pulchra(m *a m 3*) ***F***, pulchra ***N*** *ς ω* 111 inplerit ***N*** *ς A vulgo,* impleuit *V*, impleret *cett R* ‖ nicteida ***N***, nicteıa ***F***, necteida ***M***, nyteida ***e*** 112 Amphitrion (u *add m 2*) ***M***, Anphitrion ***h*** ‖ fuerat (*eorr* ***F***^{2} ***n***) ***F N*** ‖ Amphitruo ut fuerit *Bothe* ‖ tirrinthia ***F***, tirrincia ***l***, tyrintia ***M*** 113 danaen *β* ***M*** *ς*, danen ***X R*** ‖ dan(en as *i r m 2*)opida ***N*** ‖ l. igneus ***N*** *ς Hs vulgo olim* 114 *sic ς Plan vulgo* ‖ Aunesinē (*item in L*) *β* ***M***, Ammosynen (*a m 2*) ***N***, memnosinen ***F R***, Memnosynem ***e***, Memnosynen *A*, Mennosinen ***h l V***, Memnonidem ***g***, Menosidem ***s***, Menosinen *cSprotii* ‖ uarius *s l* (*m 3*) ***n***, variusque *VA* ‖ cleoida ***l***, deolia *V*, deolida *A*, Deionida *Camerarius* 115 Neptūne *R* 116 eolida ***F*** ‖ enipeus *ς A*, *Ἐνιπεύς Plan*, enipheus *A RV* 117 Gignis aloidas *ς vulgo, τοὺς Ἀλωάδας γεννᾷς Plan*, Gignis et al. *ς VA*, Gignis aolidas (a *prius ex corr*, d *ex* o ***M***) *β* ***M*** *R*, Amnis in aolidan ***N***, Gignis ocliadas ***F***, Gignis (aolidas *ex corr m 2*) ***h***, Gignis eolidas ***l***, Cignus et aloydas ***e*** ‖ bisaltida *ς Plan*, bis

et te flava comas frugum mitissima mater
sensit equum, sensit volucrem crinita colubris
mater equi volucris, sensit delphina Melantho:
omnibus his faciemque suam faciemque locorum
reddidit. est illic agrestis imagine Phoebus,
utque modo accipitris pennas, modo terga leonis
gesserit, ut pastor Macareida luserit Issen,
Liber ut Erigonen falsa deceperit uva,
ut Saturnus equo geminum Chirona crearit.
ultima pars telae, tenui circumdata limbo,
nexilibus flores hederis habet intertextos.
Non illud Pallas, non illud carpere Livor
possit opus: doluit successu flava virago
et rupit pictas, caelestia crimina, vestes,
utque Cytoriaco radium de monte tenebat,
ter quater Idmoniae frontem percussit Arachnes.
Non tulit infelix laqueoque animosa ligavit
guttura: pendentem Pallas miserata levavit

119*sq* (*Lactant*) *argum met VI fab I*: Eundem in equum [*mutatum esse sc*], ut Cererem [*stupraret sc*]; in volucrem, ut Gorgonam Medusam [medusae *βM*]. *cf Appendicem.*

---

alpida *β O F*, bisalpida *h e ς VA*, bisalipida *l*, Bisalphida *R* ‖ fallas (*corr*) *M*, (f *i r m 2*)alli/s *N* 118 At te *e ς* ‖ fulua *cSprotii* 119 *sic β M ccGoth et Hamb L Merkel* ‖ uolucrem (*in loco vacuo sine ras*) F^2 ‖ equum te sensit auem *N ς Hs vulgo olim*, equum te sensit equum *e l ς ω*, equum (te *om*) sensit (equm *i r m 2*, olucrē *eras videtur*) *h* ‖ mutata (uel crinata *sscr*) *s* 120 melantho(s *add m 2*) *N*, melanto *h*, melante *s*, melanthon *cBersmanni* 121 locorum *om* (*ad m 2*) *F* 122 Addidit est *ccJunian et Medic*, Reddit et est *g cDresd* ‖ agresti(s *add m 2*) // *N* 124 marcareida (i *i r e*) *F* ς* ς, machareida (uel Prochareida *sscr*) *s* 125 eri(y)gonem *N e cDresd* 126 Aut sat. *g* ‖ gemin(ū *ex* o *m 2*) *N* ‖ chyrona *M* ‖ creauit *l g*, crearat *e* 127 libo *β M*, lībo *m* $β^2$ 128 inter textos *h*, intratextos *e*, intermixtos *F l g cPar* 129 libor (*corr m 3*) *β*, 130 Posset *h g cSenat* ‖ successus *e* ‖ rava virago *Bentley* 131 rupit—telas (uestes *adscr m 2*) *e* 132 *sic* ς *A vulgo*, cytoriaco *M*, cy(i)thariaco *N l* (*ex corr* h^2) *V*, c(h)ytheriaco *F e ς R* 133 ismoniae *cSprotii*, ęmonyę (h ł hydmonię *sscr m 2*) *e*, hemoniae ς ‖ aragnes (n *i r* F^2) *F h e ς* 134 licauit (*corr m 2*) *l*, ligatur *Hs* 136 135 (*signo" "corr β*) *β O* 135 guttu(ra *i r m 2*) pendent(i *i r*) *N* ‖ pendentem et *h*

atque ita 'vive quidem, pende tamen, inproba' dixit:
'lexque eadem poenae, ne sis secura futuri,
dicta tuo generi serisque nepotibus esto!'
post ea discedens sucis Hecateidos herbae
sparsit; et extemplo tristi medicamine tactae
defluxere comae, cum quis et naris et aures,
fitque caput minimum; toto quoque corpore parva est;
in latere exiles digiti pro cruribus haerent,
cetera venter habet, de quo tamen illa remittit
stamen et antiquas exercet aranea telas.

Niobe. Lydia tota fremit, Phrygiaeque per oppida facti
rumor it et magnum sermonibus occupat orbem.
ante suos Niobe thalamos cognoverat illam,
tum cum Maeoniam virgo Sipylumque colebat;
nec tamen admonita est poena popularis Arachnes
cedere caelitibus verbisque minoribus uti.
multa dabant animos; sed enim nec coniugis artes
nec genus amborum magnique potentia regni
sic placuere illi, quamvis ea cuncta placerent,
ut sua progenies; et felicissima matrum
dicta foret Niobe, si non sibi visa fuisset.
nam sata Tiresia, venturi praescia Manto,

---

141 Defluxere comae — aures] *citat haec Priscianus VI 31. cf ad III 674.*

---

136 uiue precor *cSprotii* ‖ pende(s *add m 2*) ***F***, pendens ***s*** ς 137 pone (*corr m 2*) ***M*** ‖ future ***β*** *ccBas et Medic* ‖ eadem ne sis poenae s. futurae *Hs* 139 *del Merkel*² ‖ Postea ***O l*** ς *VA* ‖ Oraque disc. *Schepperus*, ipsam disc. *Bach* ‖ sucos (*corr m 2*) hecat(e *i r m 2*)idos ***N*** 140 Spargit ς *Hs vulgo olim* ‖ extemplo ***M***, extimplo ***F l*** ‖ tincte ***p*** ‖ sparsit et c. tr. medicamine . tactae *distinx Merkel*² 141 cumque his ς *Hs vulgo olim* ‖ nares (*corr* ***M***) ***β*** ***M***, auris ***e***, auris ***N*** ς 142 totoque in ς *Burm vulgo olim* ‖ totoque est c. parua *cGoth VA* ‖ est *om* ***F*** ς* ς ‖ minimum toto quoque c. parvae *Hs* 145 antiqs ***F*** ‖ arachnea ***l*** 145 382/414 146*sq* ***N*** 146 phrigeque ***F*** 147 Rumoris magn. *R* ‖ it (*ex* iit, *ut videtur*) *i r* ***M*** ‖ Rumor iit magnum ***N*** ‖ rumoribus ς ‖ occupat *i mg* ***h***² 149 Tunc ς* ς *Jahn* ‖ meneiam ***g*** ‖ sipilumque ***M l***, sypulumque ***N***, syphilumque ***F***, siphylumque ς, siphilumque ς *R*, siphulumque ***h***, syphylumque ***e*** ‖ colebat (ł tenebat *sscr m 2*) ***e***, tenebat ***p*** *ccBersmanni et Rhenov* 150 aragnes ***F h*** ς *V* 152 arces ***e*** ς 154 quamuis hęc ***e*** ς ‖ placebant ς *Burm* 157 tyresia ***O***, thy(resia *i r m 2*) ***e*** ‖ manbo (*corr*) ***N***

per medias fuerat, divino concita motu,
vaticinata vias: 'Ismenides, ite frequentes
et date Latonae Latonigenisque duobus
cum prece tura pia lauroque innectite crinem!
ore meo Latona iubet.' Paretur, et omnes
Thebaides iussis sua tempora frondibus ornant
turaque dant sanctis et verba precantia flammis.
Ecce venit comitum Niobe creberrima turba,
vestibus intexto Phrygiis spectabilis auro,
et, quantum ira sinit, formosa movensque decoro
cum capite inmissos umerum per utrumque capillos
constitit; utque oculos circumtulit alta superbos,
'quis furor, auditos' inquit 'praeponere visis
caelestes? aut cur colitur Latona per aras,
numen adhuc sine ture meum est? mihi Tantalus auctor,
cui licuit soli superorum tangere mensas,
Pleiadum soror est genetrix mea, maximus Atlas
est avus, aetherium qui fert cervicibus axem;
Iuppiter alter avus: socero quoque glorior illo.
me gentes metuunt Phrygiae, me regia Cadmi
sub domina est, fidibusque mei commissa mariti
moenia cum populis a meque viroque reguntur.
in quamcumque domus adverti lumina partem,
inmensae spectantur opes; accedit eodem

165*sq Lact Plac Comm in Stat Theb III 191*: ut Ouidius ait, Niobe Latonam coli uetabat in se cupiens transferre honorem numinis, quod illam in utroque sexu liberorum se iactabat fetibus anteire.

---

158 concit(a *ex* o *i r*) ***M***, conci(ta *ex* to *m 3*, docta *sscr eadem*) *β* **159** hismedes (*corr*) ***N*** **161** cum prece uota p. *ς* ‖ crines ***N*** **163** ti(y)mpora ***O l*** **164** scis (= sanctis) et ***M***, sacris et ***s*** **165** creberrima (celeberrima *corr* ***F***) *recepi ex β* ***O F e*** *ς*, celeberrima ***h l*** e^2 ***m*** *ς ω vulgo, sed cf II 218 XI 190 am III 5, 3* **167** m(oue *i r m 2*)nsque ***F*** **168***sq* immer(r *i r*)sos ***N*** ‖ capillos. constitit *distinx Milscherlich* ‖ atque oculos *ccPal et Bersmanni* **170** auditis (*corr*) ***F*** ‖ u(isis *i r*) ***e*** **171** Caelestes ***N*** **172** sine honore *cBas* ‖ est *om* ***h*** **173** soli/ ***N*** **174** Pliadum ***l***, Poliadum ***g*** ‖ Pleiadumque soror g. *cSprotii* ‖ genetrix (michi *i r m 2*) m. ***N***, genitrix mihi m. *ς Burm vulgo olim* **175** ether(i/um ***N***, ethereum ***e l*** *ς* **176** ipso ***s*** **178** que *om* **180** qua cumque *β* ‖ auerti ***N e***, adverto *ς R Hs vulgo olim*, advertor *coni idem*, advertis *Vollmer* **181** accedit etopem (*corr*) ***M***, eodem *i mg* ***m***

digna dea facies; huc natas adice septem
et totidem iuvenes et mox generosque nurusque!
quaerite nunc, habeat quam nostra superbia laudem,
nescio quoque audete satam Titanida Coeo
Latonam praeferre mihi, cui maxima quondam
exiguam sedem pariturae terra negavit.
nec caelo nec humo nec aquis dea vestra recepta est,
exsul erat mundi, donec miserata vagantem
„hospita tu terris erras, ego“ dixit „in undis“
instabilemque locum Delos dedit. illa duorum
facta parens: uteri pars haec est septima nostri.
sum felix (quis enim neget hoc?) felixque manebo
(hoc quoque quis dubitet?): tutam me copia fecit.
maior sum, quam cui possit Fortuna nocere,
multaque ut eripiat, multo mihi plura relinquet.
excessere metum mea iam bona. fingite demi
huic aliquid populo natorum posse meorum:
non tamen ad numerum redigar spoliata duorum,
Latonae turbae: quae quantum distat ab orba?

---

182 deo *l* ς, deae ς *R Hs vulgo olim* 184 laudem (*i e quam laudem habeat sive contineat, cur laudetur; cf 170 sq*) *recepi ex* β ***M*** *R*, causam *cett vulgo*

185 *sq* nescio — Titanida] *sic l Hs vulgo* ‖ Nescio quoq/ audete satam tytanida ceo (quoq$^{o\ m\bar{o}}$ audetis *inde m 2*) ***F***, Nescio quoque auditi/ (audetis *inde m 2*) s. tytania coeo ***M***, Nescio quoque audite (audetis *inde m 2*) s. t. c. β, Nescio quo(mo^{o} *i r m 2*) aude$^{tis^2}$/// s. titanid(e *i r m 2*) ceo ***N***, Quoque modo (aude *i r*)tis genitam tytanida c. ***e***, Quoque modo audetis gen. (satam *R*) titanida c. ς ω *Jahn*, Nescio quo audetis gen. tit. c. *ccGoth et Bersmanni Bach* ‖ *ἐγὼ δ' ἀγνοῶ τίνα τρόπον εἰς τοσοῦτον ἤχετε τόλμης ὥστε τὴν τῷ Κοίῳ γεγενημένην Τιτανίδα Λητὼ ἐμοῦ πρόσθεν ἄγειν Plan* ‖ praef. mihi? *distinxerunt VA* ‖ et nunc nescio quo genitam Tit. Coeo Latonam praeferte mihi *ep II 69 Faber* ‖ ceo *l* ς, caeo ς *RV Hs vulgo olim* 187 ter(ra *i r m 2*) ***e*** ‖ negavit? *distinxerunt A Jahn* 188 est *om* ***F*** 189 mundo ς 190 terris *om* (*add i l m 2*) ***F*** ‖ erras$^{ego^3}$ edixit β, erras$^{ego^2}$/dixit ***M***, erras e(g *ex* r)o dixit ***N*** 191 duobus *cGronov Hs vulgo olim* 192 haec est *i l* l^2, est haec ς *Hs* ‖ ultima ***e*** 193 negat ***e*** 194 Dubitat *l* ς *V* 195 cui/ ***M*** ‖ posset (t sit *sscr* e^2) ***F*** ***N*** ς* ς 196 multo/ m. p. relinquit (*corr m 2*) ***N*** 197 Excussere *ccMed et Leid* ‖ stringite (*corr m 2*) ***M*** 203 *huc transpos Obss IV 15 Gronovius Hs vulgo, del Jahn*; *librorum ordine servato* numen Latonae; quantum turba, quae distat ab orba, Indignata dea est *coni Ciofanus* ‖ Lat. turbae: quae (*Latona sc*) quantum d. ab orba?] *sic scripsi cum optimis libris*, Latonae *esse dativum (ut sit sensus 'duo, quae Latonae turba est') recte monet Vollmer* ‖ turbam,

ite satis propere sacris laurumque capillis
ponite'. deponunt et sacra infecta relinquunt,
quodque licet, tacito venerantur murmure numen.
Indignata dea est summoque in vertice Cynthi
talibus est dictis gemina cum prole locuta:
'en ego vestra parens, vobis animosa creatis
et nisi Iunoni nulli cessura dearum,
an dea sim dubitor perque omnia saecula cultis

---

qua quantum d. ab o. *Bentley vulgo* ‖ turbae *β ς*, turba/ (a *pall atram* ***M***, turbam ***n***) ***O***, turb(e *ex* a *m 2*) ***F***, turb(e *i r m 2*) ***l***, turba *ς R*, turbam *ς* ‖ turbę̊ quan(tum distat *i r m 2*) ***h***, turba (quantum distabat *i r*) ***e***, turba quae quam distabat *V*, turba quantum distabat *A Regius* ‖ Latonae: turba qua qu. d. ab orba *Gronov*, Latonae . turba quo (*numero sc*) quantum d. ab o. *Hs et Burm*, duorum, Latoae turbae, quo (*numero sc*) qu. distat a. o. *vel* Latonae, turbae quo (*ut per despectum dictum sit 'hoc turbae'*) qu. d. ab orba *Bothe*, Latonae turba, quae qu. d. ab orba (*i e 'non tamen, spoliata hac mea turba, redigar ad numerum duorum Latonae, quae'*)*Baumg-Crusius* **200** *sic scripsi* (*cf I 196 trist I 3, 7*, sacris = *a sacris*) *cum A R* ‖ Ites aıΔes (*sic m 1, sed* aıΔ *a m 2 redintegratum*, Ites *et* es *a m 2 virgula del*) propere sacris (l *a m 2*)aurumque *β*, Ites‿ati/s (s *prius et virg‿a m 2*) propere sacris aurumque ***M***, It(e s *i r m 2*)acris propere/ sacris laurumque ***N***, It(e *ex* a *m 2*) satis propere sacris l. ***F***, Ite sacris propere sacris l. *ς VA*, *ἴτε δὴ τάχος δοον, καὶ τὴν δάφνην τῆς κόμης ἀπόθεσθε Plan*, Ite sacris procul a sacris *mg ed Gryph* ‖ ite sacris, properate sacris *vel* ite procul (*vel* sacris), procul ite sacris *vel* ite, satis procul ite sacris *Hs*, Ite, sat est operae, sacris *vel* ite satis pro re (*item Polle*) sacri *vel* ite satis properae sacris *Gronov*, ite, manus prohibete (*vel* cohibete) sacris *Burm*, ite aris propere ab sacris *JacGronov*, ite aris orbae sacris (*coll 274*) *Capoferreus*, ite, sitis (*sino*!) propere sacris *Fuss*, ite sacris, propere ite sacris *post* (*cf Mscr Diez 1075*) *Heinsium Jahn*, ite sacris, properae ite sacris *coll VII 647 Pr Blankenb 1847 HMüller*, ite (sat est) propere (a *add Madvig*) sacris *Ehwald*, ite, satis, properate sacris *p 31 Gnesotti et Bull des Human franç 1894 No 1 Tournier*, infectis properate sacris *post Withofium Birt*, infectis procul ite sacris (*item Rev d Ph 1894 Lafaye*) *vel* linquite iam properata sacris *vir doctus ap Bachium*, infectis propere ite sacris *Korn*, ite, sat est, propere ite, sacri *Bothe*, ite, satis, propere ite, sacri est *Haupt*, ite, sat est, properate (*vel* pro parte), sacri *ZÖG XXXII 414 Rappold*, ite, satisque superque sacri *Merkel*[1], *item fere* (sacrist) *journ of ph 1883 XII 73 Ellis*, ite, satis pro prole sacrist *Merkel*[2] **201** infectaque sacra rel. ***s*** *Hs vulgo olim* **202** quo/que (d *eras*) *β* ‖ *hunc versum in libris* (*vide supra ad 203*) *sequitur versus 203* ‖ *in quibusdam ς et edd vett sic constitutus est locus*: venerantur murmure numen Latonae . turba quantum distabat ab orba, Tantum animosa sui furiis agitata doloris (*cf 595*) Indignata dea est *sq* **206** creatis *β*, creatrix ***M*** **207** nulli/ ***N***, **208** dubito ***e*** ‖ cunctis *ccBersmanni et Pal*

arceor, o nati, nisi vos succurritis, aris.
nec dolor hic solus: diro convicia facto
Tantalis adiecit vosque est postponere natis
ausa suis et me, quod in ipsam reccidat, orbam,
dixit et exhibuit linguam scelerata paternam,'
adiectura preces erat his Latona relatis:
desine!' Phoebus ait: 'poenae mora longa querella est.'
dixit idem Phoebe; celerique per aera lapsu
contigerant tecti Cadmeida nubibus arcem.
Planus erat lateque patens prope moenia campus,
adsiduis pulsatus equis, ubi turba rotarum
duraque mollierat subiectas ungula glaebas.
pars ibi de septem genitis Amphione fortes
conscendunt in equos Tyrioque rubentia suco
terga premunt, auro gravidis moderantur habenis.
e quibus Ismenus, qui matri sarcina quondam
prima suae fuerat, dum certum flectit in orbem
quadripedis cursus spumantiaque ora coercet,
'ei mihi!' conclamat medioque in pectore fixa

---

210 conuitia *M* 211 uo(s *i r m 2*)que *N* ł rec² 212 reccidat *c Vratisl Merkel²*, recidat ς *vulgo olim*, dæcidat β, decidat *e*, decidat *M h l* ς *R*, (deci *i r m 2*)dat *N*, (d *ex* r *m 2*)ecidat *F*, reincidat *Glareanus* 214 Adiectura (admixtura *sscr*) *s*, admotura *Hs* 215 lingua (*corr*) quære/lae st *M* ‖ est *om* (*add n*) *N* ς ‖ desine, Phoebus ait, (poenae mora longa) querelas (*coll ars II 725*) *Hs vulgo olim*, poenae m. l. querelae (*cf Bothe Vind p 171*) *JHVoss* 216 lapsu/ *M*, laps(v *i r*, i *fuisse videtur*) *F* 217 Constiterant tecti cadmeide nub. arce *cMenardi* ‖ uecti cadm. *cBas* ‖ cadmeia d² *F* 219 Assidu(i *i r m 2*)s *F* ‖ turbo *Mnemos III 80 Cornelissen* 220 duraque/—ungula/ glebas (g *alterum ex* c *i r*) *M* ‖ mollierant *e* ς *Hs* 221 /ibi (i *per ras ex* u) *N* ‖ geniti(s *add m 3*) *h* 222 tirio rubencia *l* ‖ fuco ς *Hs vulgo olim* 223 *sic* (*equos sc, cf VIII 795*) *A* ω *Vollmer*, auroque graves mod. habenas ς *Hs vulgo*, auroque graues mod. habenis ς, auro grauidas ł i² mod. habenas ł i² *e*, auro grauidas m. habenas ς, gravidasque auro m. habenas *coni Hs* 224 (i *ex* e *m 3*)zmenus β, izmenus *M*, ezamen(o *ex* u *m 2*)s *N*, hismenus *F*, hismen(o *ex* u)s *h*, hismenos *g*, ysmenos *e*, Ismenos ω, Ismenon *s* ‖ qui quondam sarcina matri *s* 225 rectum *c Vratisl* 226 Quadripedis β *N*, Quadrupedis (u) *M*, Quadrupedis (i *ex* e *F*² *e*²) ł sus² *cett vulgo* ‖ currus *e* ‖ Quadrupedi currus *c Vratisl V*, Quadrupedis cursum *A*, Quadrupedes cursus (currus *alii*) ς *Hs vulgo olim* ‖ retorquet (uel cohercet *sscr s*) *s cArgent* 227 impectore (fix(us *i r*, a *eras*) *M* ‖ in corpore (ł pectore *sscr m 2*) fixa (ł sus *sscr m 2*) *e* ‖ fixus ς, fix(a *i r m 2*) *F*

tela gerit frenisque manu moriente remissis
in latus a dextro paulatim defluit armo.
proximus audito sonitu per inane pharetrae
frena dabat Sipylus, veluti cum praescius imbris
nube fugit visa pendentiaque undique rector
carbasa deducit, ne qua levis effluat aura;
frena tamen dantem non evitabile telum
consequitur, summaque tremens cervice sagitta
haesit, et exstabat nudum de gutture ferrum.
ille, ut erat pronus, per crura admissa iubasque
volvitur et calido tellurem sanguine foedat.
Phaedimus infelix et aviti nominis heres
Tantalus, ut solito finem inposuere labori,
transierant ad opus nitidae iuvenale palaestrae;
et iam contulerant arto luctantia nexu
pectora pectoribus: contento concita nervo,
sicut erant iuncti, traiecit utrumque sagitta.
ingemuere simul, simul incurvata dolore
membra solo posuere, simul suprema iacentes
lumina versarunt, animam simul exhalarunt.
adspicit Alphenor laniataque pectora plangens
evolat, ut gelidos conplexibus adlevet artus,

---

228 moderante (uel moriente *sscr*) *cSprotii* 229 decidit ς 230 sonitū ***F*** ‖ sagittae ς 231 Terga dabat ***h g*** ‖ sipilus ***M l***, sypilus ***N***, sy(i)philus (*cf NJhbb XXV 168 FBoll*) ***F h*** ς ‖ imbris ς *Hs vulgo*, imbres ***A*** (*i r* ***n***) ω 232 que *prius om* ***h*** 233 diducit ***p*** ς *Ben et e coni* (*Adv cr II 83*) *Madvig* ‖ effluit (*corr* ***h***) ***M h***, affluat ***s*** ‖ ne quid levis e. aurae *Hs* 234 *sic* β^2 ***e p s*** *RV Jahn* ‖ tamen / tandem — telum ***M***, tamen tandem (dantem *sscr m 2*, tandem *virgula del m 3*) — telum β, Frena (dabat tamen hunc non e. telum *i r m 2*) ***N***, Frena dabat tamen hunc — telum ***F h l g*** ς, Frena tamen dantem hunc — telum ς *R*, frena dabat: dantem — telum *Hs vulgo olim* 235 summoque ***h*** 236 nudo (*corr m 2*) ***N*** ‖ gurgite (*corr m 2*) ***l***, gutture (ł pectore *sscr m 2*) ***e*** ς, pectore ***p*** ς ‖ nudo de g. ferro *Hs*, crudum de g. ferrum *Polle* 237 Ille *om* (*i mg add*) ***M*** ‖ ammissa β ***M***, amissa ***h*** ‖ colla admissa ς *Hs vulgo olim*, crura adnisa *Merkel*[2] 239 (P *ex* M *i r m 2*)hedimus ***N*** 240 finem posuere ς *Bothe* 241 iuuenale (i *sscr* ***M***) ***M F***, iuuenile (i *ex* a β^2) *cett vulgo olim* 242 lucrantia β 243 contento (*cf 286*) β ***M F h e*** ς *V Ehwald*, contorto (or *i r* ***n***) ***N*** e^2 ς, cum torto ς, cum tento ***l*** F^2 ς *vulgo*, cum lento *ed Bas* ‖ concita cornu ς *Burm* 244 transiecit ***F h*** 245 inclinata *cMenardi* 246 pusuere ***l*** ‖ gementes *ccPal et Moreti* 247 uersarunt (uel clauserunt *sscr*) ***s*** ‖ ani(mam *i r m 2*) ***N*** ‖ exhalarunt ***e*** ς *vulgo*, exalarunt β ***O F h l*** 248 alphehor ***l*** 249 Euolat *recepi* (*cf I776*) *ex A* ω, Aduolat ***e*** ς *vulgo*, prouolat *Hs*

inque pio cadit officio; nam Delius illi
intima fatifero rupit praecordia ferro.
quod simul eductum est, pars et pulmonis in hamis
eruta cumque anima cruor est effusus in auras.
at non intonsum simplex Damasicthona vulnus
adficit: ictus erat, qua crus esse incipit et qua
mollia nervosus facit internodia poples.
dumque manu temptat trahere exitiabile telum,
altera per iugulum pennis tenus acta sagitta est.
expulit hanc sanguis seque eiaculatus in altum
emicat et longe terebrata prosilit aura.
ultimus Ilioneus non profectura precando
bracchia sustulerat ‘di’ que ‘o communiter omnes’,
dixerat ignarus non omnes esse rogandos
‘parcite!’ motus erat, cum iam revocabile telum
non fuit, arquitenens. minimo tamen occidit ille
vulnere non alte percusso corde sagitta.

Fama mali populique dolor lacrimaeque suorum
tam subitae matrem certam fecere ruinae,
mirantem potuisse irascentemque, quod ausi
hoc essent superi, quod tantum iuris haberent.
nam pater Amphion ferro per pectus adacto

---

271 *sq Conr de Mure p 64 edBas*: ‘Hic eciam Amphion ferro — luce dolorem’.

---

251 letifero ς ‖ rumpit (*sed cf XIII 476*) ς *Hs vulgo olim* **252/253** *del Hermes XXIV 468 Nauck* **252** eductum (est *om*) ς *Hs* ‖ Quo simul educto *in Mscr Diez 1075 Hs* ‖ euulsum ς ‖ pars et *Pr Meiss 1887, 26 JGilbert*, pars est (*i r e*) *A ω* **254** infossum *β*, intonsum (t *et* n *alterum i r*) ***M*** ‖ damasicthona ς, damasictona ***h***, damasi͡cthona *β*, damasi/thona (c *eras*) ***M***, amasitona ***F***, damasitona ς *VA*, damasy(i)thona ***e l***, damasichthona ***N*** ς *Plan vulgo* **255** crus/ (*sed* s *add m 2*) ***M*** **256** neruosus (nordosus *inde m 3*) *β*, nodosus ***g p*** ς *VA Jahn* ‖ pobles ***F***, poplex ***e*** ς **257** Dumque manus ς ‖ exciciabile ***h*** **259** *sic* (*sed* q' *i r* ***m***) ***M e s*** ς *ω Hs*, seque iaculatus *β* ***l***, se qui iac. ***N F g***, seq; (*sed*; *add m 2, i e* seque *ex* sequi *m 2*) iaculatus ***h*** **260** tenebrata *β* **261** glioneus ***N***, ilineus ***l***, iliones ***h*** ‖ inprofectura ***N*** **265** arquitenens] *sic fere β* ***O***, arqui(c *ex* t)enens *β*, ar(c/i/ *per ras ex* qui)tenens ***M***, arquitenens ***N***, architenens ***e***, arcitenens *cett ω vulgo* **266** non alta *cOxon Hs* **267** mali/ (malum *fuit*) *β* ***M*** ‖ populi(que *i r m 2*) ***F*** ‖ sororum *cMoreti* **269/270** *del Hermes XXIV 469 Nauck* **269** indignantemque ς **271** anphion ***h*** ‖ ferro percussus adacto ***g***

finierat moriens pariter cum luce dolorem.
heu quantum haec Niobe Niobe distabat ab illa,
quae modo Latois populum submoverat aris
et mediam tulerat gressus resupina per urbem
invidiosa suis, at nunc miseranda vel hosti!
corporibus gelidis incumbit et ordine nullo
oscula dispensat natos suprema per omnes.
a quibus ad caelum liventia bracchia tollens
'pascere, crudelis, nostro, Latona, dolore,
pascere' ait 'satiaque meo tua pectora luctu:
[*corque ferum satia' dixit,*] 'per funera septem
efferor. exsulta victrixque inimica triumpha!
cur autem victrix? miserae mihi plura supersunt,
quam tibi felici: post tot quoque funera vinco!'
Dixerat, et sonuit contento nervus ab arcu,
qui praeter Nioben unam conterruit omnes:
illa malo est audax. stabant cum vestibus atris

280*sq Apul met IX 38 Helm*: sanguine . . insatiabilem tuam crudelitatem pasoe et . . gloriose triumpha.

---

272 patrium cum *Burm* ‖ cum uoce *N* ς **273** haec *om l* ς **274** latonis — ari/ *N* **276***sq* suis! at nunc — incumbit *distinx Jahn* ‖ incubuit (*corr m 2*) *l* **279** tendens ς *Hs vulgo olim* **281** 280 (*litteris tamen* b a *additis transponi iubentur*) *h* **280/283** *sic fere* (latona cruore *ccLeid et Med*) *A ω* ‖ corque ferum satia dixit (*282*) *i r n,* Corque ferum satura dixit per funera septem Dum pars nostra (*vel* una) iacet et dum per funera (uulnera *p*) septem (*versu 280 omisso*) *post 281 e g p* ς *R* ‖ *dell versum 281 post Bentleium Jahn Merkel et* (*Pr Cottbus 1849, 10*) *Braune, versum 282 del* ('*nisi mavis praecedentem tolli*') *Hs, item* (*Emend XI 207*) *Schrader Haupt Riese et* (*De locis quib p IX*) *Pascal* ‖ *utrumque versum def* (*Vind Ov p 51*) *Bothe, cum scribit* . . pascere! ait. — satiaque meo tua pignora (*sic e coni*) luctu Corque f. s. dixit *i e et dixit* (*post intervallum*): 'satia tua pignora', *item Capoferreus cum scribit* pascere, ait, satiaque meo tua lumina (*sic e coni*) luctu, Corque f. satia, vixi (*e coni*): per f. septem Efferor *sq* ‖ *duplicem recensionem ab ipso poeta profectam utroque versu servato statuit* (*festschrift f Vahlen p 341 sq*) *Helm . ego verba, quae sunt* corque ferum satia (*282*) *huc invasisse ex IX 178 et Ovidiana quaedam loco movisse, cetera genuina esse exposui Hermes XXXX 212sq. assentitur, ita tamen ut omnia Ovidiana esse putet* (*Nikander und Ov I 74*) *Vollgraff. eadem et praeterea versum* Dum pars nostra — septem *def NJhbb 1895, 834 Bannier* **281** (Pascere ait *i r m 3*) saciaque *h* **282** *i l β* **283** Exferor (*corr*) *F* ‖ uictrix(que *eras N, om l*) *N l* **284** *om* (*i mg m 2*) *N* **285** vulnera vinco *Bothe* **286** Dixerat insonuit ς *Hs vulgo olim* **287** Qui/ (e *eras*, i *a m 3*) *β* **288** Illa malis audax *cJunianus et Excerpta Hercul,* Audax illa malo est ς

ante toros fratrum demisso crine sorores.
e quibus una trahens haerentia viscere tela
inposito fratri moribunda relanguit ore;
altera solari miseram conata parentem
conticuit subito duplicataque vulnere tota est.
[oraque compressit, nisi postquam spiritus ibat]
haec frustra fugiens collabitur, illa sorori
inmoritur, latet haec, illam trepidare videres.
sexque datis leto diversaque vulnera passis
ultima restabat. quam toto corpore mater,
tota veste tegens 'unam minimamque relinque!
de multis minimam posco' clamavit 'et unam'.
dumque rogat, pro qua rogat, occidit. orba resedit
exanimes inter natos natasque virumque
deriguitque malis: nullos movet aura capillos,
in vultu color est sine sanguine, lumina maestis
stant inmota genis, nihil est in imagine vivum.
ipsa quoque interius cum duro lingua palato

290 *Priscianus VI 90*: 'viscus visceris viscero', ex quo compositum 'eviscero'. Ovidius in VI metamorphoseon: 'E quibus una trahens haerentia viscere [uiscera *RGLK*] tela ‖ *Num huc pertineant ea quae exstant in Excerptis e Charisii Arte Gramm apud Henricum Keil I 550, parum liquet:* 'Ovidius singulariter 'viscere diviso'. *cf Beda de Orthogr Keil VII 294:* vepres et verbera et viscera non habent singularem declinationem nisi tantum verbere et viscere .. et Ovidius 'viscere diviso'. *cf quae dixit ad hist c Ov symb I 2 (Pr Goth 1889) Ehwald.*

291 Inposito f. m. relanguit ore] *citat Priscianus IX 41, cf ad IV 252.*

289 Ante rogos *e l ς Plan*, choros *F* ‖ dimisso *l g ς*, demesso *Hartung*

290 uiscere *e* ‖ telum ς ‖ uiscera telo (ferro *alii*) *cSprotii* ς 291 mori(b *ex* p)unda *M* 293 tota est (*cf V 461 alia*) *N* ς, *evanida haec* (tota est *add m 2*) *F*, toto est *β M*, caeco est (*sed cf NJ hbb 1893, 625 sq*) *n l* ς *ω Hs vulgo*, ceco est *i r h*², caeco (est *om*) *e* 294 *sic A ω* ‖ Oraque non pressit nisi postquam sp. ib. *l g* ς *Hs*, Oraque compressit postquam sibi sp. erat *F*, Oraque non pressit sibi postquam sp. exit ς *Jahn*, Oraque non pressit sua, p. sp. exit *Bothe* ‖ *'hic versus est adulterinus' Hs; deff p 85 Gnesotti, Rh Mus LVI 354 sq Helm, qui versum excidisse putat, et Pascal; sed cf App ed exeg p 353 Ehwald . versum e glossa orationis solutae confictum esse docet ipsa lectio codicis F* 295 sororis *β* 297 diūsaque *F* 298 toto pectore ς ‖ mater corpore toto *F* 299 *sq* relinqu(e *ex* i) *M* ‖ relinque de multis: minimam posco *distinguunt VA* ‖ clamauerat unam *e ccSenat et Bersmanni* 302 Exanim(i *ex corr m 2*)s *h* ‖ natosque (*corr m 2*) *N*, natas. natosque *l g* 303 Deriguitque *β O*, Diriguitque *F* ς* ς *RV vulgo olim* ‖ mouit (*corr β*) *β l* 304 uulto *F* 305 uiui ς *Hs vulgo olim*

congelat, et venae desistunt posse moveri;
nec flecti cervix nec bracchia reddere motus
nec pes ire potest; intra quoque viscera saxum est.
flet tamen et validi circumdata turbine venti
in patriam rapta est: ibi fixa cacumine montis
liquitur, et lacrimas etiam nunc marmora manant.
Tunc vero cuncti manifestam numinis iram *Agrestes Lycii.*
femina virque timent cultuque inpensius omnes
magna gemelliparae venerantur numina divae,
utque fit, a facto propiore priora renarrant.
E quibus unus ait: 'Lyciae quoque fertilis agris
non inpune deam veteres sprevere coloni.
res obscura quidem est ignobilitate virorum,
mira tamen: vidi praesens stagnumque locumque
prodigio notum. nam me iam grandior aevo
inpatiensque viae genitor deducere lectos
iusserat inde boves gentisque illius eunti
ipse ducem dederat. cum quo dum pascua lustro,
ecce lacu medio sacrorum nigra favilla
ara vetus stabat tremulis circumdata cannis.

---

307 congelat — moveri] *citat* (*propter* congelat) *Ovidii nomine addito Mico in opere prosodiaco 101* (*cf ad I 37*).

---

307 desinunt (*corr m 2*) ***l***, dediscunt *Excerpta Langermanni* **308** ceruix flecti ***h*** ‖ motis (*corr*) ***M*** ‖ reddere gestus ς **309** Necṣpes *β* **310** ualido *cBersmanni* ‖ circundata *ω* **311** ubi ***N l g*** ς **312** Li/quitur (n *eras*) ***F e***, linquitur *Hellmuth* ‖ lacrimas ς *Hs vulgo*, lacrim(i *ex* a)s *β* ***M***, lacrimis ***N F e h g p*** ς *ω* ‖ in *i mg add* (*voluitne scriba* in lacrimas?) ***M*** ‖ etiam *i r* ***n*** ‖ marmore manat ***N*** **313** Tum ***e*** ς *Hs vulgo olim* ‖ uero tanti *cLeid Burm vulgo olim* ‖ manifesti *R* **314** timet *β* ‖ uirque pauent *cLangermanni* ‖ cultu/que (m *eras*) *β* ***M*** ‖ cultu propensius ***N*** *cMed*, multoque inpensius *Hartman* **315** gemelli⌣pare (i *ex* a *m 2*) ***F*** **316** propriora priore *β*, prop/iorae (r *eras*) prior(a *i r*) ***M***, propriore pr. ***l*** ‖ renarrent ***M***, retractant *ccBarberin et Gronovii Burm* **317** ly(bi *i r m 2*)e ***e*** ‖ queq: ***M*** **318** Haud imp. *ccBerol et Rhenov Hs vulgo olim* ‖ speuere *β* **319** est //nobilitate *β*, (ig *i r*)nobilitate ***M***, est etinobilitate ***F*** ‖ Res equidem obscura est et nobilitate ***e*** **320** lacumque ***F*** ς *Hs* **321** gradior (*corr*) *β* ‖ grand. aevi *Hs* **322** ded. fessos ***N*** *cMed*, ded. lentos *unus Heinsii* **323** gen/tisque ***M*** **324** quo cum ***h*** ‖ lustr(o *ex* a *m 2*) ***F*** **325** lacus medio *cBarberin Hs vulgo olim* **326** uentus *β*

restitit et pavido „faveas mihi!“ murmure dixit
dux meus, et simili „faveas!“ ego murmure dixi.
naiadum Faunine foret tamen ara rogabam
indigenaene dei, cum talia rettulit hospes:
„Non hac, o iuvenis, montanum numen in ara est:
illa suam vocat hanc, cui quondam regia coniunx
orbem interdixit, quam vix erratica Delos
orantem accepit, tum cum levis insula nabat.
illic incumbens cum Palladis arbore palmae
edidit invita geminos Latona noverca.
hinc quoque Iunonem fugisse puerpera fertur
inque suo portasse sinu, duo numina, natos.
iamque Chimaeriferae, cum sol gravis ureret arva,
finibus in Lyciae longo dea fessa labore
sidereo siccata sitim conlegit ab aestu,
uberaque ebiberant avidi lactantia nati.

340*sq* *Servius in georg I 378*: fabula duplex est: nam ut Ovidius dicit, Ceres cum Proserpinam quaereret, ad relevandam sitim accessit ad quendam fontem *sq* ‖ *idem in georg III 431*: et ‘loquacibus’ ideo quia ex hominibus factae sunt, ut dicit Ovidius. *cf Hagen Schol Bernensia in Verg Buc atque Georg Jhbb fcl Ph Suppl IV 948.*

Anonymi brevis expositio in Georg I 378 (Hagen Appendix Serviana p 260 sq. cf Hagen Schol Bern ad Verg Buc atque Georg Jhbb f cl Ph Suppl IV 874): Ovidius dicit: Ceres cum Proserpinam quaesisset, ad bibendum accessit ad quendam fontem *sq.*

342 *Priscianus X 14*: alia vero o in i mutant in praeterito, ut ‘bibo bibi’ .. Ovidius in VI metamorphoseon: ‘Vberaque ebiberant avidi lactantia [luctantia *G*] nati’.

---

327 et pauido ***F h l*** ς *R*, et paulo ***β O e*** ς, et paruo (*cf IV 83 fast V 458*) ς *VA Riese* ‖ ‘faveamus *Ms et sic mox Scaliger*’ *p 311 Mscr Diez BSant 148e Hs* **328** *om* ***g*** ‖ i/t (ut *fuit*) simili ***M***, e/t (*sic ex* ut *m 2*) ***N***, i̯ (*expunxit m 2*) et simili ***β*** ‖ faueas mihi ***e p*** ς **330** Indigenaene (*cf Mnemos 1890, 194 Hartman*) ***p*** ς *Ehwald*, Indigeneęque ***e***, Indigene(ae)ue ***A*** ω *vulgo* ‖ dei/ c. t. retulit$^{t^2}$ ***M*** ‖ tum ***F l*** *ccGoth*, cui ς ‖ reddidit ***s*** *cSprotii* ς *Hs vulgo olim* **332** regia iuno (ł coniunx *sscr* ***g***) ***g*** ς *Hs vulgo olim, cf Aen X 62* **333** Orbe ς *Burm* ‖ quamuis err. ***p*** ς **334** Errantem (ł Oran *sscr* e^2) ***e*** ς ω ‖ tunc cum ***h*** ς *VA*, te (*ex* tc = tunc *ortum*) cum *R* **337** fugisse per auia fertur *cLeid* **338** suo/ p. sinu/ ***M***, suos p. sinus (sinu *n*) ***β N*** ς *cSprotii*, sinu p. suos ***p*** *Hs* **339** chy̨merifere̥ ***F***, *χιμαιροφόνον Plan* **340** lybię ***e*** ς **341** *sic* ***β O*** ς ω, concepit (ł collegit *sscr* e^2) *ex V 446* ***F*** ς* ***g*** ς **342** Ubera combiberant *cSprotii* ‖ audi (*corr m 2*) ***M*** ȝ, auidi/ ***N*** ‖ lact(a *i r m 2*)ntia ***N***

forte lacum mediocris aquae prospexit in imis
vallibus; agrestes illic fruticosa legebant
vimina cum iuncis gratamque paludibus ulvam.
accessit positoque genu Titania terram
pressit, ut hauriret gelidos potura liquores.
rustica turba vetat; dea sic adfata vetantis:
„quid prohibetis aquis? usus communis aquarum est.
nec solem proprium natura nec aera fecit
nec tenues undas: ad publica munera veni;
quae tamen ut detis, supplex peto. non ego nostros
abluere hic artus lassataque membra parabam,
sed relevare sitim. caret os umore loquentis
et fauces arent, vixque est via vocis in illis.
haustus aquae mihi nectar erit, vitamque fatebor
accepisse simul: vitam dederitis in unda!
hi quoque vos moveant, qui nostro bracchia tendunt
parva sinu“, et casu tendebant bracchia nati.
quem non blanda deae potuissent verba movere?
hi tamen orantem perstant prohibere minasque,
ni procul abscedat, conviciaque insuper addunt.
nec satis est, ipsos etiam pedibusque manuque
turbavere lacus imoque e gurgite mollem
huc illuc limum saltu movere maligno.
distulit ira sitim; neque enim iam filia Coei

---

343 locum *e*, locum *ccRhen et Vratisl* ‖ melioris aquae ς *Hs vulgo olim*, Melitensis aquae (*cf Antonin Lib p 289 Koch*) *Verheykius*, ‖ conspexit *g* ς 344 Ballibus — fru/ticosa *N* 347 auriret *M h l* ‖ p(o *ex* u)tara *M* 348 uetantis *Hs vulgo olim* ‖ uetantis *N*, uetantes *cett vulgo* 349 aquas *e*, aquas *F l g p* ς ‖ est *om N* ς, *del Hs* 350 necare (*corr m 3*) *β*, nec area (*corr m 2*) *M* 351 *i mg m* 352 poto (*corr*) *M* 354*sq* caret — in illis *ut parenthesin poetae dat Vollmer* ‖ reuelare *N*, relebare *n* ‖ /os (h *eras*) u. loquent(i *ex* e *m 2*)s *M* ‖ sitim (arescunt ora *i r m 3*) loquentis *h* ‖ humore loquenti/s *β* ‖ in illa *g* 356 modo nectar *h* 357 unda *β M* ς *Hs vulgo*, undis (is *ex* a *n* F^2) *N F e p* ς *Jahn* 358 Hi(i *add m 2*) *N*, Hii *h l* ‖ moueant *g* 359 et gemini *cDresd* ‖ casu ////// (et casu *fuit repetitum*) *M* ‖ nati t. b. casu *g* 360 Quæ (*virgula a m 2, ut videtur*) non *M* ‖ Quos non *N cMedic* ‖ mo(uere *i r*) *M* 362 absceda(t *i r m 2*) *N* ‖ conuitiaque *M F* 363 Nec satis hoc ς *Hs vulgo olim* ‖ (eti *i r m 2*)am *N* ‖ manu(s *postea insertum*)que *M* 365 saltu limum *l g* 366 Distulit (uel Sustulit *sscr*) *cSprotii*, Sustulit ς ‖ cei *N l*, cehi *h*

supplicat indignis nec dicere sustinet ultra
verba minora dea tollensque ad sidera palmas
„„aeternum stagno“‘ dixit „„vivatis in isto“‘.
eveniunt optata deae: iuvat esse sub undis
et modo tota cava submergere membra palude,
nunc proferre caput, summo modo gurgite nare,
saepe super ripam stagni consistere, saepe
in gelidos resilire lacus. sed nunc quoque turpes
litibus exercent linguas pulsoque pudore;
quamvis sint sub aqua, sub aqua maledicere temptant.
vox quoque iam rauca est, inflataque colla tumescunt,
ipsaque dilatant patulos convicia rictus.
terga caput tangunt, colla intercepta videntur,
spina viret, venter, pars maxima corporis, albet,
limosoque novae saliunt in gurgite ranae.“

Marsyas. Pelops

Sic ubi nescio quis Lycia de gente virorum
rettulit exitium, satyri reminiscitur alter,
quem Tritoniaca Latous harundine victum
adfecit poena. ‘quid me mihi detrahis?’ inquit:
‘a! piget, a! non est’ clamabat ‘tibia tanti’.
clamanti cutis est summos direpta per artus,
nec quicquam nisi vulnus erat; cruor undique manat,
detectique patent nervi, trepidaeque sine ulla

---

367 indignis (uel indigenis *sscr*) *s* 369 aeternum *M* ‖ uiuatis dixit *g* 370 E tueniunt *M*, Et ueniunt *l Plan* ‖ esse sub undas *ccBas et Dresd*, ire sub undas *cMedic*, isse sub undas *Hs vulgo olim* 371 submergine (*corr*) *F* ‖ cauae—paludi *cDresd* 372 summoque in gurg. *s* 373 considere ς *Hs vulgo olim* 374 sed tunc quoque *N*, sed tunc qu. *cHamb*, et nunc quoque *inde fort recte Hs vulgo olim* 375 positoque *ccLeid et Dresd* 376 // Quamu(is *add m 2*) *e* ‖ sint sub aqua linguis maled. *F l g Plan*, s. s. aquis sub aquis m. ς *cSprotii* 377 rauc(a c̄ *i r*) *M* ‖ rauce (*m 3*) inflataque (est *om*) *β* 378 conuitia (*corr m*) *M h* 379 *sic β M X ω vulgo* ‖ tangit ς ‖ turpe caput tendunt (*cf 372*, ł tangunt *sscr m 2*) *N* ‖ interrupta *cMedic* 380 riget *cVratisl*, albet *i r h*² 382/414 *post* 145 *N*, *cf ad* 145 382 ubi *i l F* 383 Rectulit exitum (*corr*) satyri/ *M* ‖ Retulit *h* ‖ Rettulit . exitium satyri *distinx Plan cSenat* 384 tritonia calatous (a *post* l *ex* e *β*², *idem i r M*) *β M* ‖ latoius *g* 385 adficit ut poena, quid *Hs* 386 Ah piget ah (h *bis add m*) *M l*, Ha p. ha (h *bis add n*) *N h* ς ‖ clamab(at *i r m 2*) *F* ‖ non es *Hs* ‖ tibi(a *add m 2*) *M* ‖ a non est, non est mihi tibia tanti (*cf Mscr Diez BSant 148ᶜ 1*) *Burm* 387 summis (*corr*) *M* ‖ est *om l* ‖ derepta *Hs* 388 Neo *M* ‖ uultus (*corr*) *h* 389 tepidaeque (*corr m 3*) *h* ‖ patent humeri *g*

pelle micant venae; salientia viscera posses
et perlucentes numerare in pectore fibras.
illum ruricolae, silvarum numina, fauni
et satyri fratres et tunc quoque carus Olympus
et nymphae flerunt, et quisquis montibus illis
lanigerosque greges armentaque bucera pavit.
fertilis inmaduit madefactaque terra caducas
concepit lacrimas ac venis perbibit imis;
quas ubi fecit aquam, vacuas emisit in auras.
inde petens rapidum ripis declivibus aequor
Marsya nomen habet, Phrygiae liquidissimus amnis'.
Talibus extemplo redit ad praesentia dictis
vulgus et exstinctum cum stirpe Amphiona luget.
mater in invidia est: hanc tunc quoque dicitur unus
flesse Pelops umeroque, suas a pectore postquam
deduxit vestis, ebur ostendisse sinistro.
concolor hic umerus nascendi tempore dextro
corporeusque fuit; manibus mox caesa paternis
membra ferunt iunxisse deos, aliisque repertis,
qui locus est iuguli medius summique lacerti,
defuit: inpositum est non conparentis in usum
partis ebur, factoque Pelops fuit integer illo.

Progne et Philomela.

Finitimi proceres coeunt, urbesque propinquae
oravere suos ire ad solacia reges,

---

390 posses *N l* ς, posses (i²) *e*, posçis *β*, possis *cett R* 391 pellucentes *A* ‖ inpec/// (tore³) *β* 393 carus (ł cla *sscr m 2*) *β M Merkel*, c(larus *i r m 2*) *N*, celsus (ł clarus *sscr e²*) *e* ς, clarus *cett ω vulgo olim* ‖ olimpus *O h l* 395 Lanigeros(que *add m 2*) *l*, que *alterum om F* 397 conbibit imis *g* 398 aquam (s *sscr m 2*)—emsit *M* ‖ aquas *h* ς 399 potens (*corr*) *M* ‖ ri//pis *e* ‖ rabidum *Bersmannus*, ὀξὺς τὴν θάλασσαν ζητῶν *Plan*, rapidus *Hellmuth* 400 Marsia *O F h l RV* ‖ phrigyae *M*, frigię *l* 401 extemplo *M Hs vulgo*, ἐκ τοῦ νεώ *Plan*, exemplis *cett ω* 402 lugent ς, ἀπολοφυρόμενοι *Plan* 403 tamen hanc quoque ς *Hs vulgo olim* 404 ad pectora *cMenagianus et frg Moreti Hs vulgo olim* 405 diduxit *Const Fanensi* ‖ uestis *N*, uestes *n cett vulgo* 406 hic (ł huic *sscr m 2*) *M*, hi(c *i r m 2*) *N*, huic *h l* ς ‖ nascentis *F ccBerol et Vratisl* 407 caesa parentis *l g* 408 uixisse (*corr m 3*) *h*, iuncxisse *l* ‖ receptis *cLeid* 410 cōparantis *β*, cōparaentis *M*, non (con *add m 3*)parantis (e) *h* 412 *hic desinit β* ‖ propinq(uae *add m 3*) *M* 413 sol(atia *i r pall atram*) *M*

Argosque et Sparte Pelopeiadesque Mycenae
et nondum torvae Calydon invisa Dianae
Orchomenosque ferax et nobilis aere Corinthus
Messeneque ferox Patraeque humilesque Cleonae
et Nelea Pylos neque adhuc Pittheia Troezen,
quaeque urbes aliae bimari clauduntur ab Isthmo
exteriusque sitae bimari spectantur ab Isthmo.
credere quis posset? solae cessastis Athenae.
obstitit officio bellum, subvectaque ponto
barbara Mopsopios terrebant agmina muros.
Threicius Tereus haec auxiliaribus armis
fuderat et clarum vincendo nomen habebat;
quem sibi Pandion opibusque virisque potentem
et genus a magno ducentem forte Gradivo
conubio Prognes iunxit. non pronuba Iuno,
non Hymenaeus, adest non illi Gratia lecto;
Eumenides tenuere faces de funere raptas,

---

414 Argos et *h*, Argusque et *M*, Ar(g *ex corr m 2*)osque et *N* ‖ pelopeidesque *F s*, pelopheyadesque *e* ‖ micene *M* 416*sq* Orchomenusque *M*, Archomenesque *F*, Archomenosque *h l* ς ‖ corinthos *F N*, corintos *h* ‖ Orchomenosque Pheraeque et *Hs* ‖ et nobilis a. corinthus *et* patereque humilesque cliones *mutata in s* 417 Messeneque ς *A vulgo*, *Μεσήνη τε δεινή Plan*, Missenaque *M F h l* ς, Miss(e *i r m 2*)neque *N*, Misseneque *e V*, Misenaque *R* ‖ ferax *e* ς *R*, fer(a *ex* o)x *F*, fer(a *ex* o *m 2*)x *h* ‖ patraeque ς *Plan A. item* (*1493*) *Regius*, Pataraeque *varia lect ap Regium*, patereque *O* ς*, patereque *F*, Pathereque *R* ‖ clæ(e)ones *M F h l* ς *R*, Cleone *V* 418 Et nelea pylos *N Plan A vulgo*, Et n(i *ex* e *i r*)leapilus *M*, Et nileia pilos *F h l g*, Et melea (t nilea *sscr*) pyros *e* ‖ nec adhuc ς ‖ Pittheia *Ciofanus*, p(ytheia *i r*) *M*, (phy *i r m 2*)tea *e*, pẏ(i)theia *F l*, phiteia *h* ‖ trezen *M*, tezen *h*, troheen *l* ‖ piteia trezen *i r n* 419 (h *a m 2*)i/tno (s eras) *M*, ismo *h* ς, istmo *l* 420 *i l* e^2 ‖ exteriusve *Bothe* ‖ que *add* h^2 ‖ hismo *N*, (h *a m 2*)i/t/mo *M*, ismo *h* ς 421 possit ς *Hs vulgo olim* ‖ cessistis *F*, cessatis ς *Hs* 422 ostitio *F* ‖ subuectaque ς e^2 *Hs vulgo*, subiectaque *s cSprotii*, *ὑφορμοῦσαι Plan*, subiectaque *A* ω 423 mosopios *h*, mesopios *s*, cecropios *F l g* ς *Plan* 424 Trahicius *M*, Treicius *h*, Træicius *l* ‖ thereus *F ccSenat et Vratisl* 425 Viceratp 428 prognes (*cf ad 468*) *A* ω, procnes *N* ς (*Plan semper*) *Mariangel Accursius Hs vulgo olim*, prone(s *i r m 2*) *F*, progne *in L N* ‖ iuncxit *h l* 429 hẏmineus *F* ‖ non illis gratia lecti *N*, illi non gr. lecto *F h* ς *Gierig* ‖ adest illi, non Gratia, lecto *inde Bothe* 430 *i mg* h^2 ‖ E. strauere thorum (de funere raptas *i r m 2*) *e* ‖ tetulere faces *Crepund III 12 Gebhardus*

Eumenides stravere torum, tectoque profanus
incubuit bubo thalamique in culmine sedit.
hac ave coniuncti Progne Tereusque, parentes
hac ave sunt facti. gratata est scilicet illis
Thracia, disque ipsis grates egere diemque,
quaque data est claro Pandione nata tyranno,
quaque erat ortus Itys, festum iussere vocari:
usque adeo latet utilitas! iam tempora Titan
quinque per autumnos repetiti duxerat anni,
cum blandita viro Progne ‘si gratia’ dixit
‘ulla mea est, vel me visendam mitte sorori,
vel soror huc veniat! redituram tempore parvo
promittes socero; magni mihi muneris instar
germanam vidisse dabis’. iubet ille carinas
in freta deduci veloque et remige portus
Cecropios intrat Piraeaque litora tangit.
Ut primum soceri data copia, dextera dextrae
iungitur, et fausto committitur omine sermo.
coeperat adventus causam, mandata referre
coniugis et celeres missae spondere recursus:
ecce venit magno dives Philomela paratu,

---

431 *om (i mg* e^2 *et a m 3 m)* ***M e*** ‖ E. tenuere faces tectoque profanus e^2 ‖ tectisque *cMedic* **432** insonuit *Burm* **433/434** progne—facti *om (i l m 2)* ***N*** **433** sunt iuncti ς ‖ prognes ***g***, Procne *Hs vulgo olim* **434** gratataque ς ‖ est *i l* ***M***, *om* ***h*** **435** Tracia d(i *i r*)sque ***M*** ‖ Thrace *ad Lucr p 278 Lachm* ‖ dis(que *om, add* h^3) ***F h l*** ‖ ipsis ***A*** *ω, τοῖς θεοῖς αὐτοῖς Plan*, ipsi ***s*** *ccGronov et Leid Regius vulgo, sed cf 428 sq* **437** ytis ***F l*** ‖ fessum *(corr)* ***F***, festam ς *Hs vulgo olim* **438** usque—utilitas *in parenth pos Bothe* ‖ Utque *(corr m 2)* ***F*** **439** repetitis d. annis ***e*** *(corr* e^2*)* ***l g*** ς **440** Procne *Hs vulgo olim* **441** ulla mei est ς ‖ uisendam m. sorori ***A*** *ω Jahn*, uisendam (uel uisuram *sscr, cf 476*) m. s. ***s***, *τὴν ἀδελφὴν ἐπισκεψομένην Plan*, uisenda m. sorore *cBerol*, uisendae m. sorori *Hs vulgo* ‖ *sed hoc dicit poeta: aut me mitte, ut illa me visat, aut illa veniat, ut eam visam* **442** re/dituram (d *eras*) ***M*** **443** Promitte ***M R***, Promittes$^{a^3}$ ***h***, Promittit *(corr m 2)* ***e*** ‖ numinis ς *cSprotii Hs vulgo olim* ‖ nominis instar *Boissonade* **446** Cycropios ***e*** ‖ Intrat cecropios ***h*** ‖ intrant—tangunt ***g*** *εἰσίασι—ἅπτονται Plan* ‖ piraeaque ***e*** ς *RV*, pireaquae ***F h***, Pyreaeaque *A*, pirriaque ***l***, phyreaque ***O*** **447** dextraque dextrae ***h*** ς **448** et fausto ***F h*** ς *R vulgo*, (in *i r m 2*)fausto ***N***, infausto ***M e l g p*** ς *VA* ‖ ordine ς *R* ‖ sermo^{s} ***F*** **449** causas/ (s *alterum i r*) ***M***, causas ***e s*** ς **450** celeris (uel celeres *sscr*) ***s*** ‖ recurrus ***F*** **451** diues magno ς ‖ phi(y)lomena (en *i r n*) ***N h e g*** ς *RV*

divitior forma, quales audire solemus
naidas et dryadas mediis incedere silvis,
si modo des illis cultus similisque paratus.
non secus exarsit conspecta virgine Tereus,
quam siquis canis ignem supponat aristis,
aut frondem positasque cremet faenilibus herbas.
digna quidem facies, sed et hunc innata libido
exstimulat, pronumque genus regionibus illis
in venerem est: flagrat vitio gentisque suoque.
impetus est illi comitum corrumpere curam
nutricisque fidem nec non ingentibus ipsam
sollicitare datis totumque inpendere regnum,
aut rapere et saevo raptam defendere bello;
et nihil est quod non effreno captus amore
ausit, nec capiunt inclusas pectora flammas.
iamque moras male fert cupidoque revertitur ore
ad mandata Prognes et agit sua vota sub illa.
facundum faciebat amor, quotiensque rogabat
ulterius iusto, Prognen ita velle ferebat.

---

465 *sq Priscianus IX 47*: 'ausim ausis ausit' pro subiunctivo audeam audeas audeat' invenimus . . . Ovidius in VI metamorphoseon: 'Et nihil est quod non inopino captus a. Ausit — flammas' ‖ *verba quae sunt* 'Et nihil — Ausit' *sic ut apud Priscianum* (inopino) *citantur in scholiis ined Bibl Bodl Oxon ad Iuv III 118 et ad Persii prologum* (*v Heinsium ad nostrum locum*). *item* (inopino) *in Scriptoris incerti Gloss Verg ex Barthii Advers XXXVII 5 apud HHagen App Serv p 529.*

---

452 Ditior at *cSprotii et Excerpta Langermanni* 453 Nai(y)adas ***F e*** ς *ω.* ‖ Naides et driades ***h***, Naiades et dryades ***s*** ‖ triadas ***F*** 454 desil(li *ex* ia *vel* u)s ***M***, de(t̄ ei *i r m 2*)s *i e* detur eis ***N***, des illi ς *Burm* ‖ cultus illis ς ‖ similisque ***O***, similesque ***n*** *cett ω vulgo* ‖ si modo des cultus similes similesque paratus *Hs*, des similis c. sim. p. *malim* 456 supponat ***e*** 457 fronde(s *ex* m *m 3*) ***h***, frondes ***s*** ‖ cremat ***F*** ‖ phoenilibus ***M*** 458 facies *om* (*add m 2*) ***F*** ‖ sed adhuc ***s***, sed et illum ς, sed ad hoc (*i e praeterea*) *Burm* 460 uenere ***l*** ‖ est *om* ***h*** ς ‖ In uenerem: et flagrat *VA* 461 turbam (curam *sscr* ***F***) ***F*** ς 464 raptam seuo ***l*** ‖ def. Marte *cMoreti*, def. ferro ς 465 non inopino *Priscianus* 466 Ausit *ex corr* (Ac sic *fort fuit*) ***M***, ausit *sscr* ***m*** ‖ pect. curas *cSprotii* 467 Iam(que *i r m 2*) moras (*s l m 2*) malefert ***N*** 468 A(d *i r*) ***M***, Ad mandata Prognes (*de positione gn cf Comm Cat p 193sq Friedrich*) ***A R Jahn***, Ad m. Procnes *Mariangelus Accursius Hs vulgo olim*, Ad prognes mandata ς, Mandata ad prognes ***e*** ς *VA* ‖ ait (*corr* ***M F***^{2}) ***M F*** ‖ (s *a m 3*, u *i r ab eadem*)b illa ***M***, sub illis ς *Hs vulgo olim* 470 prognem ***M***, Procnen *Mariang Acc Hs vulgo olim*

addidit et lacrimas, tamquam mandasset et illas.
pro superi, quantum mortalia pectora caecae
noctis habent! ipso sceleris molimine Tereus
creditur esse pius laudemque a crimine sumit.
quid, quod idem Philomela cupit patriosque lacertis
blanda tenens umeros, ut eat visura sororem,
perque suam contraque suam petit ipsa salutem.
spectat eam Tereus praecontrectatque videndo
osculaque et collo circumdata bracchia cernens
omnia pro stimulis facibusque ciboque furoris
accipit, et quotiens amplectitur illa parentem,
esse parens vellet; neque enim minus inpius esset.
vincitur ambarum genitor prece: gaudet agitque
illa patri grates et successisse duabus
id putat infelix, quod erit lugubre duabus.

Iam labor exiguus Phoebo restabat, equique
pulsabant pedibus spatium declivis Olympi:
regales epulae mensis et Bacchus in auro
ponitur; hinc placido dantur sua corpora somno.
at rex Odrysius, quamvis secessit, in illa
aestuat et repetens faciem motusque manusque,
qualia vult fingit quae nondum vidit, et ignes
ipse suos nutrit cura removente soporem.

---

471 tanquam ***M*** ‖ mandauit (uel mandasset *sscr*) ***s***, mandarit *Hs* 472 Pro/(h *i mg*) ***M*** ‖ Pro(h *add m 2*) ***N***, Proh ***e*** ς ‖ corpora ***N*** 475 *om* (*add i mg m 2*) ***e*** ‖ Q(d *i r m 2*) quod ***N*** ‖ phi(y)lomena (n *i r* ***n***) ***N h g e***^{2} 476 e/at ***N***, (e *i r m 2*)at ***F*** ‖ laborem (*corr*, sororem *i mg m 1*) ***M*** 477 Proque sua—salute(m *i r m 2*) ***N*** ‖ i(p̄a *i r m 2*) ***h***, ista ***e***, illa ***l g*** ς ‖ petit usque ***m e***^{2} ς 478 thereus ***F*** ‖ praecontractatque ***N F*** 479 brachi(a cern *i r m 2*)ens ***N*** ‖ (cerne *i r m 2*)ns ***F***, ł cernens^2 tendens ***M*** 482 neque sic *vel* neque tunc *Riese* 483 amborum (*sed cf 497*) ***h l*** 484 et *i r* ***m*** 485 Et (*corr m 2*) putat ***M*** ‖ erit ***M*** *cHamb Hs*, erat *cett* ω *Jahn* ‖ ligubre ***h*** 486 phœb(o *i r*) ***N*** 487 declyuis ***M***, ł uis^2 declinis ***e*** 489 tradunt sua ς ‖ pectora ς ‖ dant turgida corp. *Adv cr II 83 Madvig*, dant uvida c. *Vollmer*, dantur pia c. *Hellmuth* ‖ sua tempora *Housman* 490/493 *del Merkel*^{2} 490 odri(st *ex* si *m 2*)us ***F***, odrisis ***l***, otrisius ***g***, Othrysius *R*, Adrysius *Raph Regius* ‖ ł serat illa^2 secessit in illa ***e***, secesserit illa *R*, secessit ab illa ***p*** ς *A* 491 motumque *cMedic*, motus faciemque ς, faciem oultusque *Hs* ‖ uultusque manusque ς 492 n(on *i r*)dum ***e*** 493 remorante ς

lux erat, et generi dextram conplexus euntis
Pandion comitem lacrimis commendat obortis:
'Hanc ego, care gener, quoniam pia causa coegit,
ut voluere ambae (voluisti tu quoque, Tereu),
do tibi perque fidem cognataque pectora supplex
per superos oro, patrio ut tuearis amore
et mihi sollicito lenimen dulce senectae
quam primum (omnis erit nobis mora longa) remittas;
tu quoque quam primum (satis est procul esse sororem)
si pietas ulla est, ad me, Philomela, redito!'
Mandabat pariterque suae dabat oscula natae,
et lacrimae mites inter mandata cadebant;
utque fide pignus dextras utriusque poposcit
inter seque datas iunxit natamque nepotemque
absentes pro se memori rogat ore salutent
supremumque vale pleno singultibus ore
vix dixit timuitque suae praesagia mentis.
Ut semel inposita est pictae Philomela carinae,
admotumque fretum remis tellusque repulsa est,

506 utque—poposcit] *sic citat Priscianus VII 93, cf ad III 341.*
508 *Priscianus VII 63*: memor 'a memore' vel 'memori . . Ovidius in VI metamorphoseon: Absentes pro se memori rogat ore salutent.

494 Luxerat (*gl* dies) ***l*** 495 committit *vel* commisit ***ς*** ‖ abortis ***M***, abortis ***n*** ***ς*** *VA* 495 496 497 (*sed litteris* b a *vv 496 497 transponi iubentur* ***F***) ***F*** ***ς***, 495 497 496 ***l*** *VA*, 497 498 496 499 (*litteris* b c a d *appositis* ***h***) ***O h e p*** *R*, 495 498 496 497 499 ***g*** 496 gene(r *i r m 2*) ***e*** 497 *dell Hs et Capoferreus* ‖ Vt uoluere ***A*** *ω Jahn*, Et uoluere ***ς*** *Hs vulgo olim* ‖ thereu ***F*** 498 perq/e //fidem (fidem *i mg iterat m 2*) ***M*** ‖ que *prius om* ***F*** ‖ cognataque fœdera *ap Fabrum ep II 71 Schepperus* 499 per superosque ***ς***, Perque deos *cMenardi* ‖ ut *om* ***ς*** ‖ patrio intuearis ***F*** 500 sollicito ***A*** *ω Ehwald*, sollicitae ***ς*** *Hs vulgo* 501 "nobis longa "mora ***h*** 502 est uidisse *ccPatav et Strozzanus* 503 ad *i r* ***m*** ‖ phi(y)lomena (*sed* n *i r* ***n***) ***N e g*** 504 dedit ***ς*** *Gierig* 505 lacrimae dites *Merkel*[2] 506 utque fide] *sic Priscianus cSenat A vulgo* ‖ Vt/ (que *eras*) fide (i *postea add*) ***N***, Utque fidei ***g*** *Ben*, (V *i r m 2*)t fidei ***h***, Et fidei *cRhenov*, Ut fidei ***M*** *cett RV* ‖ utriusque *Prisciani codd, item ccDresd et Goth Plan vulgo*, utrasque ***A*** *ω* 507 nepotemque] que *i r ex corr* ***M***, que *eras* ***N***, que *om* ***h l g ς*** 508 Absent(es *i r m 2*) ***N*** ‖ memori pro se iubet ***ς*** *Hs* ‖ rogit (*corr m 3*) ***h*** ‖ salutet (*fort recte*) ***M*** ***A***, salutat[en2] ***F*** 509 ual(e *i r m 2*)/ ***M*** 511 Vt semel ***O*** ***ς*** *Hs vulgo*, Vt simul ***F e ς*** *ω*, At simul ***h l g ς*** ‖ phi(y)lomena ***e g*** 512 I[a2]mmotumque ***M***, Amotumque ***e*** *cLeid*, Admouitque ***g***, Admotumque (uel percussumque *sscr*) ***s***, Emotumque *Burm* ‖ est *om* ***ς***

'vicimus' exclamat, 'mecum mea vota feruntur'
exsultatque et vix animo sua gaudia differt
barbarus et nusquam lumen detorquet ab illa,
non aliter, quam cum pedibus praedator obuncis
deposuit nido leporem Iovis ales ab alto:
nulla fuga est capto, spectat sua praemia raptor.
iamque iter effectum, iamque in sua litora fessis
puppibus exierant, cum rex Pandione natam
in stabula alta trahit, silvis obscura vetustis,
atque ibi pallentem trepidamque et cuncta timentem
et iam cum lacrimis, ubi sit germana, rogantem
includit; fassusque nefas et virginem et unam
vi superat, frustra clamato saepe parente,
saepe sorore sua, magnis super omnia divis.
illa tremit velut agna pavens, quae saucia cani
ore excussa lupi nondum sibi tuta videtur,
utque columba suo madefactis sanguine plumis
horret adhuc avidosque timet, quibus haeserat, ungues.
mox ubi mens rediit, passos laniata capillos,
lugenti similis caesis plangore lacertis
intendens palmas 'o diris barbare factis,

---

514 513 (*corr*) ***h*** **514** Exultatque (animo et *i r m 2*) uix ***h***, E. animo uix et *cBas Burm vulgo olim*, exultansque a. uix iam s. g. *coni Burm* ‖ *del versum ut e IV 350 et II 863 confictum Hs* **515** nunquam ς ‖ distorquet *vel* deflectit *vel* declinat *vel* sua lumina flectit ς **516** obuncis (praedator aduncis *i mg M*) ***O*** *ccMed*, abuncis ς, aduncis ***F*** ς* ς ω **517** nido *add* ***h***^{3} ‖ ales ab (ł in *sscr M*) alto (*veniens sc, cf IX 136 ad VIII 410 Ehwald et Archiv f Lex III (1886) 250*) *recepi ex* ***M h l g p*** ς, ales //// (in alto *et ipsum i r m 2*) ***e***, ales. ab alto Nulla *distinx Gruter*, ales in alto *cett vulgo*, a. abactum *Vollmer* **518** est rapto ς ‖ pr. uictor *ccBas et Goth* **519** affectum (est *add m 2*) ***N***, effectum$^{\text{erat}^2}$ ***F***, effectum est ***l*** *cDresd*, est factum *vel* expletum ς ‖ fessi ς **522** Atque ita (*fort recte*) *ccCantabr Dresd Sprotii* ς ‖ trementem ς **524** Inclusit (*corr* ***n***) ***N*** ς ‖ fas(s *i r m 2*)susque nefas est ***F*** ‖ nefas // uirginem et una ***l*** ‖ u. (et *i r*) unam ***N*** ‖ unā^{2} ***M***, un(ā *i r m 2*) ***h*** **525** Vi stuprat *cGronov* **527** fremit ***l*** ς ‖ pa(uens *i r m 2*) ***h***, pauet ***s*** **528** Dente exc.$^{\text{s}^2}$ ς ‖ excusa ***M***, expulsa ς **529** Utue *cMed Bothe* ‖ madefac(tis *i r m 2*) ***h***, madefactas (*corr*) ***l*** ‖ sanguine pennis ***F l*** ς **531** sparsos ***e l*** ς, sparsos *ex corr* (passos *fuit*) ***h***^{2} ‖ capillis (*corr*) ***N*** **532** *'Versus adulterinus' Hs*, scissis plangore *coni idem* ‖ *versum post 526 transp Bothe* **533** *sq* Intendensque manus (*cf VIII 107*) *cBerol*, palmasque intendens *Bothe* ‖ proh ς ***R*** ‖ pro diri barbare facti, pro crudelis *Hs*

o crudelis' ait, 'nec te mandata parentis
cum lacrimis movere piis nec cura sororis
nec mea virginitas nec coniugialia iura!
omnia turbasti: paelex ego facta sororis,
tu geminus coniunx (hostis mihi debita poena!).
quin animam hanc, ne quod facinus tibi, perfide, restet,
eripis? atque utinam fecisses ante nefandos
concubitus: vacuas habuissem criminis umbras!
si tamen haec superi cernunt, si numina divum
sunt aliquid, si non perierunt omnia mecum,
quandocumque mihi poenas dabis! ipsa pudore
proiecto tua facta loquar: si copia detur,
in populos veniam; si silvis clausa tenebor,
inplebo silvas et conscia saxa movebo:
audiet haec aether et si deus ullus in illo est!'
Talibus ira feri postquam commota tyranni
nec minor hac metus est, causa stimulatus utraque
quo fuit accinctus, vagina liberat ensem
arreptamque coma flexis post terga lacertis
vincla pati cogit. iugulum Philomela parabat

---

534 parentis *i r* ***N*** 535 Nec lacrimae mouere piae *cDresd* ‖ uel cura *cBersm* ‖ causa sor. *cJunianus* 536/537 *i mg* ***N l***^{2} 536 Nec te mea uirginitas ***l*** ‖ coniugialia ***e***^{2} ***l***^{2} ς *vulgo*, coniugalia ***O F h e*** ς ω ‖ iura ***e***, uincla *ccRhen et Vratisl* 537 sorori (*corr* ***n***) ***N*** *et e coni* (*cf Mscr Diez 1075*) *Hs* 537 *sq versum 538 obelo notat Merkel*^{1} ‖ geminis *cGronov* ‖ paelex—poena *del Merkel*^{2} ‖ hostis mi(c)hi debita pœ(e¸)na (*i e qualis poena in hostem statuenda est, ut* hostis *sit genetivus*) *recepi ex* ***A*** ω, non h(a)ec mihi debita pœna ***l g*** ς *Hs vulgo olim*, hostis mihi debita Progne (Procne *Edwards*) *Withof vulgo*, g. c. hostis mihi: debita pœna *distinx Regius*, non haec mihi credita pœna *Burm*, tu geminis coniux, hostis mihi, debita pœna *post* (*cf Mscr Diez 1075*) *Heinsium Bach*, poscit sibi debita Progne *Riese*, hostis mihi dedita Procne *Halieut p 31 Birt*, hostis m. reddita Progne *Hellmuth* ‖ pœna est ς 539 hanc *om* ς ‖ nequid ***F***, ne quod ***e***$^{i^2}$ 540 Eripias utinam ***p*** ‖ '*forte* rapuisses *vel* eripuisses' *Mscr Diez 1075 Hs* 541 habuissem uacuas (b a *sscr m 2*) ***F*** ‖ criminib, (v *sscr*, *sed eras*) ***M*** 542 hoc superi ς 545 Proiecto tua *partim* *erasa* ***F*** 546 siluis si ***l g*** ‖ clusa ***l***, clasa ***F***$^{u^2}$ 547 concaua ς | saxa querelis *Excerpta Langermanni Hs vulgo olim* 548 Audiet ***M h l n*** ς ***R*** *Ehwald*, Audiat ***N F e*** ς *vulgo* ‖ haec aether *i r* ***h***^{2} ‖ hoc ς 549 tyranni est *ed Vincent* 550 huic (*corr m 2*) ***N*** 551 liberat ***O*** ς *Hs vulgo*, deripit (liberat *sscr* ***g***^{2}) ***F l g*** ς, diripit ς, traxerat ***h*** 552 Arreptaque ς 553 Uinc(l *i r m 2*)a ***M*** ‖ philome(n *i r m 2*)a ***N***, phylomena ***e g***

spemque suae mortis viso conceperat ense:
ille indignantem et nomen patris usque vocantem
luctantemque loqui conprensam forcipe linguam
abstulit ense fero. radix micat ultima linguae,
ipsa iacet terraeque tremens inmurmurat atrae;
utque salire solet mutilatae cauda colubrae,
palpitat et moriens dominae vestigia quaerit.
hoc quoque post facinus (vix ausim credere) fertur
saepe sua lacerum repetisse libidine corpus.
Sustinet ad Prognen post talia facta reverti.
coniuge quae viso germanam quaerit; at ille
dat gemitus fictos commentaque funera narrat,
et lacrimae fecere fidem. velamina Progne
deripit ex umeris auro fulgentia lato
induiturque atras vestes et inane sepulcrum
constituit falsisque piacula manibus infert
et luget non sic lugendae fata sororis.
Signa deus bis sex acto lustraverat anno.
quid faciat Philomela? fugam custodia claudit,
structa rigent solido stabulorum moenia saxo,
os mutum facti caret indice. grande doloris
ingenium est, miserisque venit sollertia rebus.

---

556 *cf Angilbertus, Karolus Magnus et Leo papa 510 (PL aevi Carol ed Duemmler p 379)*: Truncatamque loqui miratur forcipe linguam.

562 lacerum] *cf Priscianus Partit. XII versuum Aen principalium IIII 91 (Keil III 479)*: a lassatus lassus et a laceratus lacerus vel lacer: sic enim Ovidius in sexto metamorphoseon.

---

555 indignanti—uocanti Luctantique *ccArondel et Rhen Hs vulgo olim* **556** cōpressam ***F h***, compressam ***e g*** ς, cōprehensam ***l*** ‖ forcipe ***N F*** ς *Angilbertus* ω, forfice ***M***, forpice ***h l g*** ς, fo(rpi *i r*)ce ***e*** ł ense cipe *sscr* ***e***² **557** ensi ***e*** ‖ ense ferox ς **558** Ip(sa *i r m 2*) ***F*** ‖ iacens *cSenat*, fremens *Hs* ‖ udae (uel atrae *sscr*) ***s*** **560** dominae moriens ***l g*** ‖ mouens ***h*** **561** cre(d *ex* b *m 2*)ere ***M*** **563** prognem ***M***, procnen ***N*** *Hs vulgo olim* **564/570** *i mg* ***N*** **565** dat fictos[casus¹] cōmentaque (ł gemitus *i mg m 2*) ***M*** **566** procne ***N*** *Hs*, progne[nes¹] ***l*** ‖ ut lacrimae *Hs* **567** Diripit ς *V*, Eripit ς Dirimit ***h*** ‖ ex(hu *i r*, m *ex corr*)eris ***M*** **568** uest/es ***F*** ‖ mane (*corr*) ***M*** **569** Instituit ς ‖ offert ***s*** *cRhenov* ς **570** luge(t *m 2*) ***M*** ‖ facta (*?*) ***N*** **572** faceret ***h*** ‖ phi(y)lomena (*sed* n *i r m*) ***N e g*** **574 573** ***N*** **573** *om* (*i mg m 2*) ***F*** **574/700** *insunt* (*multa tamen legi non possunt*) *in* ***τ*** **574** caret indice facti ***h*** ‖ dolori ς *Hs vulgo olim*, dolentis *ccGoth et Oxon* ‖ os mutum est: facti caret indice *Riese*²

stamina barbarica suspendit callida tela
purpureasque notas filis intexuit albis,
indicium sceleris, perfectaque tradidit uni,
utque ferat dominae gestu rogat; illa rogata
pertulit ad Prognen (nescit, quid tradat in illis!).
evolvit vestes saevi matrona tyranni
fortunaeque suae carmen miserabile legit
et (mirum potuisse) silet. dolor ora repressit,
verbaque quaerenti satis indignantia linguae
defuerunt; nec flere vacat, sed fasque nefasque
confusura ruit poenaeque in imagine tota est.
Tempus erat, quo sacra solent trieterica Bacchi
Sithoniae celebrare nurus: nox conscia sacris.
nocte sonat Rodope tinnitibus aeris acuti,
nocte sua est egressa domo regina deique
ritibus instruitur furialiaque accipit arma.
vite caput tegitur, lateri cervina sinistro
vellera dependent, umero levis incubat hasta.

585*sq Joann Saresb Policrat VIII 22 (II p 397)*: fas nefasque confundunt.

---

576 callida *cCantabr* ς *Hs vulgo*, pallia τ, pallida ***O F h*** ς, candida ***e l p m n*** ς *VA*, pendula *unus Heinsianus*, pallada *cDresd* ‖ Pallade telae *Merkel*² 577 que *om* ***l*** 578 *post hunc versum excidisse putat versum Korn* 578*sq* traditur ***g*** ‖ tradidit, uni — dominae *distinx Bentley* ‖ dominae famulam rog. *cDresd* ‖ gestu *add* ***n***, nutu ***s*** ‖ illa ***O e h***³ ***s*** ς *VA*, ille ***F h τ l g n*** ς *vulgo olim* ‖ rogat illa. rogata *distinxerunt alii . sed cf quae dixi NJhbb 1894, 202* 580 Protulit ***τ l*** ‖ prognem ***e***, Procnen *Mariang Accurs Hs vulgo olim* ‖ nescit *interpunctione mutata recepi ex* ***A*** ω, *ἀγνοῶν Plan*, nec scit ς *VA vulgo* ‖ quid (*vel* quod) tradat nescia (*vel* nescit) in illis ς ‖ tradat. at illa ***e***, in istis ***h*** ‖ quid tradat nescius illi *Hs* 581 (U *i r*)t uoluit ***M*** 582 Fortunae(e)que ***A*** ω, Germanaeque (*item fort L, cf append*) ς *Hs vulgo, sed cf quae dixi Hermes XXXIX 42sq* ‖ Fort. (sue *s l m 2*) carmen ***l***, Germ. s. crimen *vel* fatum (*sic Housman*) *vel* casum ς, *τὴν ἐκείνης τύχην, ἐλεεινὸν ἔπος ἀνέγνω* (*i e* fortunam—legit) *Plan* ‖ legit mis. carmen ***g*** 583 mirum est *VA* ‖ ore recrescit ***τ***, orsa repressit *Merkel*² 584 lingne ***F*** 585 Defuerunt ς *A Hs vulgo*, Defuerant ***A RV***, Defuerant(ur *del*) — uocat (*corr m 2*) ***τ*** ‖ fas(que *om*) ***h*** 586 in *om* ***M*** 587 s(i *i r m 2*)lent ***F*** ‖ triaterica ***h l g s***, tryatherica ***e*** 588*sq* sacri ***h*** ς ‖ mox conscia sacris nocte s. Rhod. *Burm* 589 rodope ***O F h τ***, rhodope *cett vulgo* ‖ tinnibus (*corr m 2*) ***F*** ‖ aer(i *ex* e)s ***M*** ‖ aeris actus *cSprotii* ‖ acutis ***g*** 590 regena (*corr m 2*) ***F***, regina ///// (deique *i mg m 2*) ***τ*** 591 furiataque corripit arma *Hs* 592 Vitte ***h***, Vitta ς *R* 593 dependunt ***e*** ‖ tergora dependent *Bentley*

concita per silvas turba comitante suarum
terribilis Progne furiisque agitata doloris,
Bacche, tuas simulat. venit ad stabula avia tandem
exululatque euhoeque sonat portasque refringit
germanamque rapit raptaeque insignia Bacchi
induit et vultus hederarum frondibus abdit
attonitamque trahens intra sua moenia ducit.
ut sensit tetigisse domum Philomela nefandam,
horruit infelix totoque expalluit ore;
nacta locum Progne sacrorum pignora demit
oraque develat miserae pudibunda sororis
amplexumque petit. sed non attollere contra
sustinet haec oculos paelex sibi visa sororis
deiectoque in humum vultu iurare volenti
testarique deos, per vim sibi dedecus illud
illatum, pro voce manus fuit. ardet et iram
non capit ipsa suam Progne fletumque sororis
corripiens ‘non est lacrimis hoc’ inquit ‘agendum,
sed ferro, sed si quid habes, quod vincere ferrum
possit. in omne nefas ego me, germana, paravi;
aut ego, cum facibus regalia tecta cremabo,
artificem mediis inmittam Terea flammis,

---

595 procne *N Hs vulgo olim*, agita (*corr m 2*) *N* ‖ sororis (uel doloris *sscr*) *s*, sororis *cGronov* 596 tua(s *add* F^2) assimulat *τ F* ‖ auia *i r* F^2 h^2 ‖ stabularia tandem ς, ueniens ad stabula tandem *g* 597 e(o *ex* u *m 2*)hæque *M*, heu h^{eo^2}eque *N*, ehoheque—refregit *e*, heu . hœque *h*, euoheque *l*, eoeque *s*, heuobeque *R*, ehoeque *V*, euoeque *A* 598 bacchae *cMedic* 599 hedera cum $^{ł\ rum^2}$*e* ‖ obdit ς 600 moenia (uel limina *sscr*) *s*, limina ς *R* 601 philomela $^{n^2}$*N*, phy(i)lomena *e g* 602 Corruit *M cOxon*, Orruit *h* 603 N(acta *i r m 2*) *F* ‖ Procne *Mariang Acc Hs* ‖ pignera *M F l* 604 denudat *s* ‖ sorori ς *Hs vulgo olim* 605 Amplexamque $^{ł\ xum^2}$*e*, Auxiliumque *cSprotii*, Amplexuque ς *Hs vulgo olim*, Amplexusque ς *Plan Riese* 606 pelex (quia *a m 2 insertum*) uisa *F* ‖ sorori *cLeid* ς 607 humo *cMedic* ‖ deiectaeque in humo vultum iurare volenti *Hs* ‖ iura//re *e*, narrare ς *Bothe* 610 procne *N Hs* ‖ fletusque *e* ς 611 hic inquit ς *Hs vulgo olim* 612 seu si quid *ed Vincent 1555* ‖ fe$^{r^2}$ro *M* 613 Posset *l g* ‖ $^{ł\ iuuabo^2}$paraui *e* 614 tecta *s l h* ‖ cremando *cMedic*, cremaro *Hs* 615 Artificem et *s* ς ‖ mediisque ς ‖ te/rea (r *eras*) *M*

aut linguam aut oculos et quae tibi membra pudorem
abstulerunt, ferro rapiam aut per vulnera mille
sontem animam expellam. magnum quodcumque paravi:
quid sit, adhuc dubito'. peragit dum talia Progne,
ad matrem veniebat Itys. quid possit, ab illo
admonita est oculisque tuens inmitibus 'a! quam
es similis patri!' dixit nec plura locuta
triste parat facinus tacitaque exaestuat ira.
ut tamen accessit natus matrique salutem
attulit et parvis adduxit colla lacertis
mixtaque blanditiis puerilibus oscula iunxit,
mota quidem est genetrix infractaque constitit ira
invitique oculi lacrimis maduere coactis;
sed simul ex nimia mortem pietate labare
sensit, ab hoc iterum est ad vultus versa sororis
inque vicem spectans ambos 'cur admovet' inquit
'alter blanditias, rapta silet altera lingua?
quam vocat hic matrem, cur non vocat illa sororem?
cui sis nupta, vide, Pandione nata, marito!
degeneras! scelus est pietas in coniuge Tereo'.

---

616 aut oculos *A ω vulgo*, atque oculos *mg ed Bersm et c coni Rappold*; *sed diversum hoc genus poenae a praecedenti, quo par pari se relaturam (cf 556 sq)*
ł caput et quę membra²
minata erat. de oculis sontibus cf 455, 478 sq ‖ aut quae tibi ς, et quę tibi menbra *e*
a²
617 Abstulerunt *N* ς *A Hs vulgo*, Abstulerunt *M*, Abstulerant *F h l g* ς *RV*,
ł ca²
Abstulerint *e s* ‖ rapiam ferro *l g*, ferro rapiam *e* ‖ ferro rap. et *Riese* 618 magnum est *e* ς, magnum (est *sscr m 2*) qu. *l* 619 Procne *Mar Acc Hs vulgo olim* 620 itis *M h*, ytis *N F*, hytis *g* ‖ posset *l*, prosit (*corr m 2*) *N* 621 que *om h* ‖ a(h *i r m 2*) *M*, ha *i r n*, ah *e* ς 622 Est sim. patri *cSenat*, Quam similis patri es *ccBas et Medic* 625 et matris ς, et varis *Hs* ‖ adiunxit *F* 627 est *om F h* ‖ concidit ira *Hs* 629 Et (ł Sed *sscr m 2*) simul *e* ‖ ex nimia *N τ h* ς *ω*, eximia *M F e l g* ς, sed simulac nimia *ad Lucan II 244 Bentley* ‖ mortem (*quam decreverat sc*) *recepi ex O F e l g* ς *R*, mentem *F³ s* ς *VA vulgo*, m(en *i r m 2*)tem *h*, matrem ς *Hs vulgo*
ł uulnus²
olim ‖ la(b *ex* u)are *M* 630 uultum *N*, uulnus *F*, uultus *e* 631 /uicem (m *eras videtur*) *M* ‖ (ā *i r m 2*)mouet *F*, ammouet (*corr m*) *M h*, curat mouet *τ*, admonet *e* 632 Altera bland. rapta *e* ‖ tacita sil. *e²* ς, muta sil. *s*, mutila sil. *Hs* 633 Cur uocat *ccAbbat et Sulmon* 635 *sic N h* ς *Hs vulgo*,
s. es¹
De(gener *i r ex corr m 2*, neger *fort fuit*) ʰascelus (ł degeneras *i mg*) *M*, De-
ł ra² ł Degener es
genera . scelus est pietas/ *F*, Degeneras *e*, Degener ha *l* ς, Degeneras *g*, De-

Nec mora, traxit Ityn, veluti Gangetica cervae
lactentem fetum per silvas tigris opacas,
utque domus altae partem tenuere remotam,
tendentemque manus et iam sua fata videntem
et 'mater! mater!' clamantem et colla petentem
ense ferit Progne, lateri qua pectus adhaeret,
nec vultum vertit. satis illi ad fata vel unum
vulnus erat: iugulum ferro Philomela resolvit,
vivaque adhuc animaeque aliquid retinentia membra
dilaniant. pars inde cavis exsultat aenis,
pars veribus stridunt; manant penetralia tabo.
His adhibet coniunx ignarum Terea mensis
et patrii moris sacrum mentita, quod uni
fas sit adire viro, comites famulosque removit.
ipse sedens solio Tereus sublimis avito
vescitur inque suam sua viscera congerit alvum,
tantaque nox animi est, 'Ityn huc accersite!' dixit.
dissimulare nequit crudelia gaudia Progne,
iamque suae cupiens exsistere nuntia cladis
'intus habes, quem poscis' ait. circumspicit ille
atque, ubi sit, quaerit; quaerenti iterumque vocanti,

---

generas (uel degener es uel degener est *sscr*) *s*, Degener es ς ‖ degener ad scelus est pietas *Gruter*, degenera: scelus est *Bothe* **636** itin ***O F***, itim ***h***, ithim ***s*** ‖ gangetia ***F***, gangietica ***τ***, gangetida ***s ς*** **637** Lactantem (e *sscr* e^2) ***F e l***, Luctantem *cMedic* **639** timentem (uel uidentem) *cSprotii* **640** Et (cla *virgula del*, mater *sscr m 2*) mater clamantem ***N***, eia, et iam mater clam. *Hs*, et 'mea' ter, 'mater' clamantem (*coll her 8, 91*) *Praemon p 181 Withof* ‖ (co *i r m 2*)lla ł nus² ***F*** ‖ tenentem ς **641** Procne *Mariang Accurs Hs* **642** uultum ***N*** ‖ auertit *cVoss Hs vulgo olim* ‖ Nec uulnus repetit *ccGoth et Strozzan* ‖ illi *s l* h^2 ‖ a(d *i r*) ***M*** **643** philomela n² ***N***, phy(i)lomena ***e g***, filomela ***h*** **644** (uiu)aque ***N*** **645** Dilaniat ς **646** *i mg* h^2 ‖ uerubus h^2 ς *Hs vulgo olim* ‖ stridunt ***M***, strident ***N***, stridet ***X*** *Hs vulgo olim* **648** sacum r ***e*** ‖ mentita meditata² ***l*** **649** Fallit adire—famulasque ***g*** **650** Inde sedens *Burm* ‖ auto ***M***, auito ***e*** **651** condidit (uel congerit *sscr*) *cSprotii*, condidit ς ‖ suam condit sua uisc. uentrem ς **652** uox (*corr*) ***M***, (n *i r m 2*)ox ***F*** ‖ est et ytin huc ***l*** ‖ ẏtin ***N F***, itin ***M***, itī *i r* h^3, hytī ***g*** ‖ accersite (rs *ex* n) ***M***, arcessite ***N l*** **653** Disimulare ***l*** ‖ Procne *Mariang Accurs Hs* **654** *del Merkel* **655** quod (ł quem *sscr* e^2) ***e*** ς *VA* ‖ possis ***h***, poscis (uel quaeris *sscr*) ***s*** **656** itymque uocanti ς, Itylumque voc. *Hs*, Itynque voc. *Opp I 96 Haupt*

sicut erat sparsis furiali caede capillis,
prosiluit Ityosque caput Philomela cruentum
misit in ora patris nec tempore maluit ullo
posse loqui et meritis testari gaudia dictis.
Thracius ingenti mensas clamore repellit
vipereasque ciet Stygia de valle sorores
et modo, si posset, reserato pectore diras
egerere inde dapes inmersaque viscera gestit,
flet modo seque vocat bustum miserabile nati,
nunc sequitur nudo genitas Pandione ferro.
corpora Cecropidum pennis pendere putares:
pendebant pennis. quarum petit altera silvas,
altera tecta subit, neque adhuc de pectore caedis
excessere notae, signataque sanguine pluma est.
ille dolore suo poenaeque cupidine velox
vertitur in volucrem, cui stant in vertice cristae;
prominet inmodicum pro longa cuspide rostrum:
nomen epops volucri, facies armata videtur.

Boreas. Zetes et Calais.

Hic dolor ante diem longaeque extrema senectae
tempora Tartareas Pandiona misit ad umbras.
sceptra loci rerumque capit moderamen Erectheus,
iustitia dubium validisne potentior armis.

---

657 furiali e sede *Gruterus* ‖ papillis (*coll 669*) *RhMus XX 260 LMüller* **658** Prosiliit (ł u *sscr* e^2) *e l* ς *Hs* ‖ Ityosque ς *Plan A vulgo*, itisque M^{s^2} *h*, ityq; *i r N*, yt(h)isque *F l e*, itysque ς *RV*, Itylique (*coll Cat 65, 14*) *post Mariangelum Accursium Hs*, Ityisque *Riese* ‖ philomela *N*, phy(i)lomena *e g* **659** ora uiri *s* ‖ patri *cFrancof Burm* **660** mentis *s* ς *cGoth mg cdd Gryph et Bersm Zingerle*, mentis (uel meritis *sscr*) *cSprotii* **661** repleuit ς **662** uocat ς **663** possit ς *Hs vulgo olim* ‖ resecato (ł ra) *e* ‖ corpore *s* **664** Euomere *ccBersm et Goth* ‖ immersaque (*cf fast IV 200*) *N* ς, emersaque *M F* ς* *p* ω *vulgo*, semesaque *g* ς *Hs*, demersaque ς *Regius vulgo olim*, emensaque (*a mandendi vocabulo i e aufgegessen*) *Jahn* **665** It (*corr m 2*) modo *N*, mirabile (*corr m 2*) *l* **666** Tunc *R* ‖ genit(a *a m 2*)s *M* ‖ natas *s* **667** c(y *ex* e *m 2*)cropidum *e* **669** nec adhuc *e l* ς **670** Excussere *F*, Effluxere (uel Excessere *sscr*) *s Burm* **671** dolore furens poen. *Hs* **673** praelonga *post Hs Merkel*² **674** *del Riese* ‖ epoos *F*, epos ς* *g* ‖ uolucri (N^{s^2}), uolucris (uel uolucri *sscr s*) *g* ς, uol. est *R* **675** dolor et luctus long. *e g l* ς **676** pandion(a *i r pall atram*) /misit *M* ‖ pandiana *l* **677** Septra *l* ‖ regnique ς ‖ moderamina *g* ‖ er(e *ex* i)ctheus *M*, eritheus *N*, ericteus *F h l τ* ς, erycthеus *e*, erichtheus ς *RV*, Erechtheus *Plan A vulgo* **678** Iusticia/ (que *eras*) *M* ‖ dubium est *s ccBersm et Vratisl*

quattuor ille quidem iuvenes totidemque crearat
femineae sortis, sed erat par forma duarum.
e quibus Aeolides Cephalus te coniuge felix,
Procri, fuit; Boreae Tereus Thracesque nocebant,
dilectaque diu caruit deus Orithyia,
dum rogat et precibus mavult quam viribus uti;
ast ubi blanditiis agitur nihil, horridus ira,
quae solita est illi nimiumque domestica vento,
'et merito!' dixit; 'quid enim mea tela reliqui,
saevitiam et vires iramque animosque minaces,
admovique preces, quarum me dedecet usus?
apta mihi vis est: vi tristia nubila pello,
vi freta concutio nodosaque robora verto
induroque nives et terras grandine pulso.
idem ego cum fratres caelo sum nactus aperto
(nam mihi campus is est), tanto molimine luctor,
ut medius nostris concursibus insonet aether
exsiliantque cavis elisi nubibus ignes;
idem ego, cum subii convexa foramina terrae
supposuique ferox imis mea terga cavernis,
sollicito manes totumque tremoribus orbem.
hac ope debueram thalamos petiisse, socerque
non orandus erat mihi sed faciendus Erectheus'.

---

679 tot(i *ex* o)denque ***M*** ‖ creauit ***h*** 680 Fem(i *ex* e)neae ***M*** ‖ duabus *cVoss* 681 aolides ***M*** 682 Procri ***h g F*²** ς *vulgo, Πρόκρις Plan,* Pro(cre *i r m 2*) ***M***, Procre ***N F l***, Pro(cre *i r m 2*) ***e*** 683 Diletaque (*corr m 2*) ***M***, Dilecteque (*corr*) ***F***, Dilecta(que *s l*) ***h*** ‖ orithyia ***e*** ς *Plan A vulgo,* orithia ***F***, Orithya *V*, orithia *cett* 685 agitur nil ***h*** ς 686 socia est ***g*** ‖ illa (*corr*) ***M*** ‖ uento *i r* ***F***² 687 reli/quit (n *eras*) ***N*** 689 Ammo/ique (n *eras*) ***O*** 690 vi tristia *cGraevianus Hs vulgo,* ut (t hac *sscr m*) tristia ***M F*** ς*, et tristia ***N***, hac tristia ς ω ‖ pellam (*corr* ***F***³ ***e***²) ***F*** τ ς* ς ***g*** 691 Vi freta ς *Hs vulgo*, Ut freta ***M F*** ς* ***g***, Et freta ***N***, Hac fr. ς ω, concuciam (*abscisum in* τ) ***F l g*** ς ‖ uertam (*corr* ***F***³) τ ***F h l g***, uello ς *Bothe* 692 Induroque *abscisum* τ, Induremque (*corr* ***F***³) ***F l g*** ς, Indur(ē *i r, non* o *eras,* ¯ *alio atram add*)que ***h*** ‖ (ni *ex* m *m 2*)ues ***M*** ‖ pulsem (*corr* ***F***³) ***F h l g***, pulsa τ ‖ 693 I(dem *i r m 2*) ***e*** 694 I/am (Nam *fuit*)—moline ***M*** 695 Et medius ***N*** ‖ cum cursibus ***l***, concussibus ***p*** ‖ intonet ς *Hs vulgo olim*, insonet ***l*** ‖ resonet conc. aether *cSulm* 697 subeo ***N*** 698 supponoque ***N*** 701 erat sed ui *ccLangerm et Twisdenian Hs*, erat vi sed *p 60 Bothe* ‖ ericteus ***N h***, ericthens ***M F l***, erycteus ***e***, Erichtheus ω, erechtheus ς *Plan vulgo*

Haec Boreas aut his non inferiora locutus
excussit pennas, quarum iactatibus omnis
adflata est tellus latumque perhorruit aequor;
pulvereamque trahens per summa cacumina pallam
verrit humum pavidamque metu caligine tectus
Orithyian amans fulvis amplectitur alis.
dum volat, arserunt agitati fortius ignes,
nec prius aerii cursus suppressit habenas,
quam Ciconum tenuit populos et moenia raptor.
illic et gelidi coniunx Actaea tyranni
et genetrix facta est, partus enixa gemellos,
cetera qui matris, pennas genitoris haberent.
non tamen has una memorant cum corpore natas,
barbaque dum rutilis aberat subnixa capillis,
inplumes Calaisque puer Zetesque fuerunt.
mox pariter pennae ritu coepere volucrum
cingere utrumque latus, pariter flavescere malae.
ergo ubi concessit tempus puerile iuventae,
vellera cum Minyis nitido radiantia villo
per mare non notum prima petiere carina.

---

707 Orithyian ς *Plan vulgo,* Orithian *l,* Orithyiam am. ς *R,* Orithiam a. *O* ς ‖ Orithiamque am. fuluisque *F,* Orithiā (ut *i r m 2*) am. *h,* Orythyan ł ad²
amans *e,* Orythyan adamans *V,* Orithiam clamans *g,* Orithyiam adamans *A,* Orithyiamque adamans *vel* Orithyiamque rapit fuluisque *alia* ς ‖ am(a *i r m 2*)ns *N,* cl ł adamans (*m 2 et 3*) *sscr n,* Oritiam rapuit (uel amans *sscr*) fuluisque *cSprotii* ς ‖ furuis *Broukh* ‖ complectitur *g p* ς *VA Regius* ‖ ampl. ulnis *Sprengel* 709 aerei *M* ‖ cursu(s *add m 2*) *l,* currus *unus Heinsii* 710 *τῶν Σιθόνων Plan,* cỳconum *i r F,* "populos "tenuit *l* ‖ populos, sua mœnia *cBas Hs vulgo olim* 711 Illic egelidi *cMariangeli Accursii et e coni* (*cf Mscr Diez 1069*) *Hs* ‖ acthea *l* 712 ge//nitrix *M* ‖ partuque *ex corr p,* partuque ba²
enixa *A* 713 habent *h,* habebant *VA, ἔσχον Plan* 714 mem. una ς *lemma ed Burm,* pariter mem. ς ‖ has plumas mem. *ccBersm* 715 rutulis *g* ‖ sub-
missa ς *Burm vulgo olim,* subpexa *Hs* e² 716 Inplumis *N,* In plumis *cGoth* ‖ Implumes (uel Inpubes *sscr*) *s* ‖ Calais pueri ς ‖ zethesque *N* ς *Hs,* zetusque (tu *i r h*²) *F h g* ς, zethusque *l* ς *R,* zet(os *i r m 2*)que *e, Ζῆτις Plan* 717 ritu pennae *cRhenov Hs vulgo olim,* pennas *s* 719 successit *cThuan* ‖
ł miniis
iuuenile *p* 720 min(ii *i r m 2*)s *M,* sociis *g,* myniis *l,* miniis *N* ς ‖ fluauentia *cMenardi* 721 non tutum *F l* ς, non motum ς *Hs vulgo olim,* non tactum *vel* non totum ς

LIBER SEPTIMUS.

Iason et Medea.

Iamque fretum Minyae Pagasaea puppe secabant,
perpetuaque trahens inopem sub nocte senectam
Phineus visus erat, iuvenesque Aquilone creati
virgineas volucres miseri senis ore fugarant,
multaque perpessi claro sub Iasone tandem
contigerant rapidas limosi Phasidos undas.
dumque adeunt regem Phrixeaque vellera poscunt
† uisque datur numeris magnorum horrenda laborum,
concipit interea validos Aeetias ignes
et luctata diu, postquam ratione furorem
vincere non poterat, 'frustra Medea, repugnas:
nescio quis deus obstat' ait; 'mirumque, nisi hoc est,
aut aliquid certe simile huic, quod amare vocatur.
nam cur iussa patris nimium mihi dura videntur?

Incipit lib VII ***M***, Incip. VII lib. ***N***, OVIDII NASONIS LIBER METAMORPHOSEON SEXTVS EPLICIT INCIPIT SEPTIMVS EIVSDE ***l***, LIBER SEPTIMVS ***e***, *nullus titulus, rubra init* ***F h***

1 minyae ς *Plan ω*, minio ***h***, myniae(ę) ***A*** ‖ pagasaea ***n*** *Plan VA*, pagasea ***M*** ς, pegas(a)ea ***N F g*** ς* ς *R*, pegasia ***s*** ‖ rate$^{puppe^2}$ ***F*** 3 Phineus tunc uisus erat ***F l*** ‖ //// uisus ***N*** ‖ Visus erat Phineus *A*, ultus erat *ccMedic R* 4 figurant$^{u^2\ a^2}$ ***M*** 6 limosae ***M*** ‖ ph(f)asidos ***N F*** ς* ς *VA vulgo*, phasidis ***M*** *cSenat R Korn* 7 phrixea(que *om*) ***F***, frixeaque ***l*** ς, phryxeaque ς *Hs vulg o olim* 8 Uisque (Uis *eras* ***N***, † uoxque *sscr* ***M***) datur numeris ***O F l***, Uoxque (*cf Val Flacc I 209*) datur numeris (minyis *VA*) ***n e g*** ς *ω*, Uoxque datur (miniis *ex corr*, numeris *fort fuit*) ***h***, *καὶ χαλεπῆς ἀποφάσεως μεγάλων ἄθλων τοῖς Μινύαις δοθείσης* (*i e* voxque—Minyis) *Plan* ‖ Lexque d. *ccBerol et Gronov VA Hs vulgo* ‖ m(y)ny(i)is ς̃ *VA vulgo* ‖ lexque d. miseris *HAKoch*, usque d. numeris (*versu tamen in susp vocato*) *Merkel*^{2}, visque d. munus *Ph Anz VIII 493 Nick* 9 aeetias ς *A Regius vulgo*, *ἡ αἰτιᾶς Plan*, œtias (*scd* œ *i r* ***n F***^{2}) ***O F V***, ętetias ***l***, othias^{e} ***h*** athias ***h***^{2}, hethetyas ***e***, œthias ς *R*, œchias ς 10 (ratio *i r*)ne ***F*** 12 (ost^{b} *i r m 2*)at † obstat *F*, optat ***l*** ‖ mirorque ς ‖ mirumque nisi hoc est *Hs vulgo*, mirum qd (= quod) hoc est ***F***, mirumque quid hoc est (mirorque quid hoc sit *sscr* ***s***) *ex* ***A*** *ω Jahn, post* est *signum interr pos idem* ‖ *eandem lect ita def, ut sit* mirum quid *idem quod 'miri aliquid', Vollmer* 13 Aut aliquid ***A*** *R Hs vulgo*, An aliquid *VA*, Anne aliquid † uidetur^2 *edd Micylli et Bersmanni Jahn* 14 tibi *ccLangerm et Senat* ‖ dura uocare ***l***

sunt quoque dura nimis! cur, quem modo denique vidi,
ne pereat, timeo? quae tanti causa timoris?
excute virgineo conceptas pectore flammas,
si potes, infelix! — si possem, sanior essem;
sed trahit invitam nova vis, aliudque cupido,
mens aliud suadet. video meliora proboque,
deteriora sequor. quid in hospite, regia virgo,
ureris et thalamos alieni concipis orbis?
haec quoque terra potest, quod ames, dare. vivat an ille
occidat, in dis est. vivat tamen! idque precari
vel sine amore licet; quid enim commisit Iason?
quem, nisi crudelem, non tangat Iasonis aetas
et genus et virtus? quem non, ut cetera desint,
ore movere potest? certe mea pectora movit.
at nisi opem tulero, taurorum adflabitur ore
concurretque suae segetis tellure creatis
hostibus aut avido dabitur fera praeda draconi.
hoc ego si patiar, tum me de tigride natam,
tum ferrum et scopulos gestare in corde fatebor.
cur non et specto pereuntem oculosque videndo
conscelero? cur non tauros exhortor in illum
terrigenasque feros insopitumque draconem?

---

27. 44 *Maximianus I 17* (*Baehrens PLM V 317*): gratia formae (quae, vel si desint cetera, muta placet).

---

16 doloris ς, furoris *cSulm R* (*i mg* ***m***), *τῆς ἀγωνίας αἰτία Plan* 18 posses s. esses *duo ccMedicei* 19 trahit (*cf am III 10 28 et Hermes XXXIX 43*) *recepi ex* ***N X*** *ω*, *ἕλκει Plan*, grauat ***M*** ς *vulgo post Merkelium* ‖ uisa liu(d *ex* t)que ***M*** ‖ Cupido (*maiuscula littera*) *Hs vulgo olim* 22 thalamos (uel taedas *sscr*) ***s*** ‖ concupis *cSprotii* ς, *ἀναπεμπάζεις Plan* 23 am(e *ex corr*)s dare (uiuat an ille *om, add m 2*) ***N*** ‖ amas ***e*** 24 precari *i r* ***N*** 25 ẏason (*sic saepe*) ***F h*** 26/28 *del Merkel*² 26 Quam non ς *Hs vulgo olim*, Quam nisi ς ‖ nisi *i r* ***N*** ‖ tangit (t gat *sscr m 2*) ***e*** ‖ iosonis (*corr*) ***M*** 28 Forma mouere (*cf 29 44*) ς *Hs vulgo olim*, Forma (*sed* F m *ex corr*, hora *fort fuit*) ***h*** 29 Et nisi *cDresd Plan R* ‖ taurorum *i r* ***h*** ‖ afflabitur igne ***s*** ς 30 Occurretque ς, Occumbetque *Pr Hildbh 1846, 21 Henneberger* ‖ segetis (*i e hostibus suae segetis, cf X 537*) *recepi ex* ***A*** *ω*, segeti/ (s *eras*) ***N***, segeti ς *Burm vulgo* ‖ *τοῖς τοῦ ἰδίου λητου ἐχθροῖς Plan* ‖ tellere ***e*** ‖ creati(s *i r m 2*) ***N*** 33 Tunc *cBersm VA* ‖ ferro (*corr*) ***h*** ‖ et *om* ***N*** ‖ (fate *i r*)bor ***l*** 34 non et specto ***l*** ς *vulgo*, no(n et s *i r m 2*)pecto ***e***, Cur et non specto ***F***, Cur non expecto ***O h*** ς ***R***, c. n. conspecto ς, c. n. aspecto *cBarberin* 35 non *i r* ***e*** 36 Terrigenosque (*corr*) ***N***

di meliora velint! quamquam non ista precanda,
sed facienda mihi. — prodamne ego regna parentis,
atque ope nescio quis servabitur advena nostra,
ut per me sospes sine me det lintea ventis
virque sit alterius, poenae Medea relinquar?
si facere hoc aliamve potest praeponere nobis,
occidat ingratus! sed non is vultus in illo,
non ea nobilitas animo est, ea gratia formae,
ut timeam fraudem meritique oblivia nostri.
et dabit ante fidem, cogamque in foedera testes
esse deos. quid tuta times? accingere et omnem
pelle moram: tibi se semper debebit Iason,
te face sollemni iunget sibi, perque Pelasgas
servatrix urbes matrum celebrabere turba. —
ergo ego germanam fratremque patremque deosque
et natale solum, ventis ablata, relinquam?
nempe pater saevus, nempe est mea barbara tellus,
frater adhuc infans: stant mecum vota sororis,
maximus intra me deus est. non magna relinquam,
magna sequar: titulum servatae pubis Achivae
notitiamque loci melioris et oppida, quorum
hic quoque fama viget, cultusque artesque locorum,
quemque ego cum rebus, quas totus possidet orbis,
Aesoniden mutasse velim; quo coniuge felix
et dis cara ferar et vertice sidera tangam.

---

37 di meliora, velim *Hs* 38 predam (prodam *sscr m 1*, tradam *m 2*) ego *l*, prodam nego (*corr m 2*) *N*, perdamne ego ς ‖ regna paterna *cMedic R* 40 sosp/es (o *eras*) *M* 42 S(i *i r m 2*) *N* ‖ hoc *inseruit* h^2 ‖ 'aliamque *Plan Riese* 43 O(cc *i r*)idat—in illo (est *add m 2*) *N* ‖ illo est *e p s* 44 mobilitas ς ‖ non gratia *g* ‖ formę est *e cGoth* ‖ gratia morum *Hs* 46 fide(m *i r m 2*) coegamque *N* 47 quin (*corr m*) *M l* ‖ stulta *cBas* 48 semper se *F l* 49 iungit *F* ‖ pelasgos (o *ex* a *m 2*, a *sscr m 3*) *M* 50 celebra(b *ex* u *m 2*)ere *M*, celebrare (*corr m 2*) *F* ‖ turma *F l* ς, tibia (*ut videtur*) *inde F* 53 est *om* ς, est mihi ς 54 soro(ris *i r m 2*) *N* 55 Maximus // intra med(s̄/ē *i r m 2*) *M*, Maximus est intra me deus (*corr m 2*) *N* 56 pu(p$^{p^3}$ *i r m 2*)is *M*, pupis (*corr*) *F*, puppis *h e* ς 57 soli melioris *Hs* 58 locorum (*cf IV 766*) *O h* F^2 e^2 ς *Jahn*, uirorum *n e* ς ω *Hs vulgo olim*, colonum *F l* ς 59 Non ego pro rebus *cBas*, Quemque ego pro rebus (*vel* non rebus) ς 60 *sic N* ς *Plan A vulgo*, Ae(E)sonidem *M l R*, Esonidē *F h* ς, Esonydem *e* ‖ mutare *e* ς 61 diis *h R*, dis$^{i^3}$ *M* ‖ ferar (hinc *i r*) uertice *N*

quid, quod nescio qui mediis incurrere in undis
dicuntur montes ratibusque inimica Charybdis
nunc sorbere fretum, nunc reddere, cinctaque saevis
Scylla rapax canibus Siculo latrare profundo!
nempe tenens, quod amo, gremioque in Iasonis haerens
per freta longa ferar: nihil illum amplexa timebo,
aut, siquid metuam, metuam de coniuge solo. —
coniugiumne vocas speciosaque nomina culpae
inponis, Medea, tuae? quin adspice, quantum
adgrediare nefas, et, dum licet, effuge crimen!'
Dixit, et ante oculos rectum pietasque pudorque
constiterant, et victa dabat iam terga Cupido.
Ibat ad antiquas Hecates Perseidos aras,
quas nemus umbrosum secretaque silva tegebat.
et iam fortis erat pulsusque resederat ardor,
cum videt Aesoniden exstinctaque flamma reluxit:
erubuere genae, totoque recanduit ore,
utque solet ventis alimenta adsumere quaeque
parva sub inducta latuit scintilla favilla
crescere et in veteres agitata resurgere vires,
sic iam lenis amor, iam quem languere putares,

---

73 *Prudent Psychomach 436*: dat tergum fugitivus Amor.

---

62 necio qui/ (d *eras*) ***O*** ‖ qui in undis (*corr*) ***h*** ‖ incurrere ***O F l g ς*** *VA Merkel*, concurrere ς *Plan Hs vulgo*, occu(rrere *i r m 2*) ***e***, occurrere ***s*** *R* **63** mont(es *i r m 2*) ***N*** ‖ ratibus(que *om*) ***l*** ‖ carip(d *ex* t *m 2*)is *F* **64** fretrum ***l*** ‖ cunctaque senis *R* **65** capax ***l*** **67** trahar (*cf VIII 142*) ς *Hs vulgo olim* ‖ nil ***h*** ‖ nihil hunc ς ‖ timebo ***N F*** ς* ς, uerebar$^{o^2}$ ***M***, uerebor ς *R vulgo*, tenebo *V* **69** Coniugium(ne *i r m 2*) ***M*** ‖ uocas (*cf Aen IV 172 et quae dixi NJhbb 1894, 646*) ***N*** ς, putas ***M l e n*** ς ω *vulgo*, putas *i r* F^3 h^2 ‖ sp(ec *i r*)iosaque ***M***, uitiosaque *cLangermanni* **70** praeponis (uel praetendis *sscr*) *cFrancof* **73** terra (*corr*) ***F*** **74** hæc/ates ***M*** ‖ (pe *i r m 2*)rseidos ***N***, perseidos *i r* F^2, persęias *i r* h^3, ętecias ***l***, oetheias *cGoth* **75** sacrataque *Burm* ‖ tegebant ς *Hs vulgo olim*, tenębat (uel tegebat *sscr* ***s***) ***s*** ς **76** fractus erat ***p s*** ς ω, fractus *i r* (t fortis *sscr m 3*) ***n***, f(ractus *i r m 2*) ***e*** ‖ re(s *ex* c)ederat ***M***, residerat ς *Hs* ‖ fortis erat fractusque r. *Hs*, positusque resed. *vel* (*sic postea Merkel, sed cf VI 627*) pulsusque recesserat *Bach* **77** Esomdē ***F l***, Esonidem *R* ‖ reuixit ***s*** ς *Hs vulgo olim* **78/83** *del Merkel* **78** Et rubuere ***N e l*** ς ‖ excanduit ***p*** ς, expalluit ς **79** Ut solet a ς *VA Hs vulgo olim* ‖ resumere ς **80** *i mg* l^2 ‖ patuit ***M***, pat/mur/ ***N*** ‖ sintilla ***h*** l^2 **82/83** *del Em c XI 208 Schrader* ‖ lenis (*cf II 811*) ***O F l*** ς *VA*, le(n *i r*)is ***e***, leuis *R*, *πραΰνθείς Plan*, lentus ***h*** ς *Hs vulgo* ‖ quem iam ***g*** *cSenat*

ut vidit iuvenem, specie praesentis inarsit.
et casu solito formosior Aesone natus
illa luce fuit; posses ignoscere amanti.
spectat et in vultu veluti tum denique viso
lumina fixa tenet nec se mortalia demens
ora videre putat nec se declinat ab illo.
Ut vero coepitque loqui dextramque prehendit
hospes et auxilium submissa voce rogavit
promisitque torum, lacrimis ait illa profusis:
'quid faciam, video: non ignorantia veri
decipiet, sed amor. servabere munere nostro,
servatus promissa dato!' per sacra triformis
ille deae lucoque foret quod numen in illo,
perque patrem soceri cernentem cuncta futuri
eventusque suos et tanta pericula iurat.
creditus accepit cantatas protinus herbas
edidicitque usum laetusque in tecta recessit.
Postera depulerat stellas aurora micantes:
conveniunt populi sacrum Mavortis in arvum
consistuntque iugis; medio rex ipse resedit
agmine purpureus sceptroque insignis eburno.
ecce adamanteis Vulcanum naribus efflant
aeripedes tauri, tactaeque vaporibus herbae
ardent, utque solent pleni resonare camini,
aut ubi terrena silices fornace soluti

107 *Priscianus V 36*: 'haec ilex, silex'—auctores tamen et 'hic silex' inveniuntur proferentes . . . Ovidius in VII metamorphoseon: 'Aut ubi terrena silices fornace soluti'.

83 *dell Hs et Burm versum genuinum intercidisse rati* 84 casu subito *e l* ς ‖ fomorsior *F* 85 possis ς ‖ ignosci possit e^2 (*i mg m 3 m*) ς ‖ ut am. ign. posses *unus Heinsii* 86 uultu tanquam tum *p s* ς ‖ tunc den. d. ς, nunc den. *cBarberin Hs* 88 detorquet ς 89 Ut/ (que *eras*) *N* ‖ Ut uidit cœpitque ς ‖ uero *i r* F^2 ‖ cœpit(que *add m 3*) *M* ‖ Vtque uiro—dextramque deprehendit *l* 91 Deprom/sitque (i *eras*) *M* 92 faceam *F* ‖ en uideo *g cMedic* ‖ non ignorantia *recepi ex N*, nec me ign. ueri (*omnia i r F*) *cett ω vulgo* 95 locuque (*corr m 2*) *M* 96 seruantem *ccBas et Pal* ‖ futura *N* 97 per tanta ς *Hs* 98 Creditus (t tur *sscr m* e^2) *M e*, Creditur *l* ς ‖ (can *i r m 2*)tatas *F* 99 Edidicit(que *om*) *M* ‖ in castra *s Hs vulgo olim*, in tesca *Merkel*^{2} ‖ recedit ς 101 antrum (*idem sscr* e^2) *vel* aurum *vel* agrum ς 102 iugo (*corr*) *N* ‖ ipse sedebat *F l g* ς 103 purpureo$^{v^2}$(s *add m 2*) *M* ‖ innixus eb. (*cf I 178*) ς 104 adamantinis *s cSprotii* 105 Eripides *l* 106 arent *Hs* ‖ (u *ex* a *m 2*)tque *N* 107 Tyrrhena *Hs* ‖ soluti/ (s *eras*) *N*

concipiunt ignem liquidarum adspergine aquarum,
pectora sic intus clausas volventia flammas
gutturaque usta sonant; tamen illis Aesone natus
obvius it. vertere truces venientis ad ora
terribiles vultus praefixaque cornua ferro,
pulvereumque solum pede pulsavere bisulco
fumificisque locum mugitibus inpleverunt.
deriguere metu Minyae; subit ille (nec ignes
sensit anhelatos: tantum medicamina possunt),
pendulaque audaci mulcet palearia dextra
suppositosque iugo pondus grave cogit aratri
ducere et insuetum ferro proscindere campum.
Mirantur Colchi, Minyae clamoribus augent
adiciuntque animos. galea tum sumit aena
vipereos dentes et aratos spargit in agros.
semina mollit humus valido praetincta veneno,
et crescunt fiuntque sati nova corpora dentes.
utque hominis speciem materna sumit in alvo
perque suos intus numeros conponitur infans
nec nisi maturus communes exit in auras,
sic ubi visceribus gravidae telluris imago
effecta est hominis, feto consurgit in arvo,
quodque magis mirum est, simul edita concutit arma.

---

110 illi sesone (*corr m 2*) *N* 111 (o *postea insertum*) B/uius *M* 114 Horriferisque *cSprotii* ‖ impleuere ς *Hs vulgo olim* 115*sq* Deriguere *O R Merkel*, Diriguere *cett vulgo olim* ‖ metu minyae subit ille nec ignes ς *Naugerius vulgo*, metu subito (subito *om F, add s l m 3*) miniae (minyę *N*, mynię *F e l* ς, minii *g*) ille nec illos (*ex* ullos *N*, ullos ς *VA*) *A*, *οἱ δὲ Μινύαι τῷ ἐξαπιναίῳ ἔφριξαν φόβῳ· ὁ δ' οὔτε τοῦ τῶν ταύρων ἄσθματος ἤσθετο Plan* ‖ Sentit ς *Hs vulgo* ‖ anhelatos (u *sscr M n*) *O F l* ς, an(helitus *i r m 3*) *h*, anhelantes (ł latus *sscr* e^2) *e* ς *R*, anhelatus ς *VA* ‖ prosunt *g* ‖ nec ignes—possunt *in parenth pos Ehwald*, subit ille, nec ignes sentit a. (tantum m. possunt) *distinguunt vulgo* 118 Suppositosque *e h* F^2 *m* ς *vulgo*, S″uppositoque (*supra* o *ras*) *N*, sup(b)positoque *M F l cSenat* 119 ferr(o *ex* um) *F* ‖ prosc(i *ex* e)ndere *M*, praescindere *s* ς 120 cholchi *N l*, cholci *e* ‖ colchi et miniae *M l* ‖ mynie *N* ‖ clam. implent ς *Hs vulgo olim*, cl. urgent *Pr Meiss 1896 JGilbert*, cl. adsunt *Vollmer* 121 ṭ^{c}um *N*, tum *i l add* l^2 ‖ su(m *i r*)it *M*, sumpsit *F* 122 sparsit *F* 123 calido *vel* gelido *vel* madido ς ‖ precincta *l* ς 125 humanam ut sp. *in Mscr Diez 1075 Hs* ‖ sumit a(lbo *i r m 2*) *N* 127 aures *F* 129 Perfecta est ς ‖ a(r *ex* l)uo *M* 130 est *om F cRhenov del Hs* ‖ simul *i l add* F^3 ‖ simul concutit$^{edita^3}$ arma *h*

quos ubi viderunt praeacutae cuspidis hastas
in caput Haemonii iuvenis torquere parantis,
demisere metu vultumque animumque Pelasgi.
ipsa quoque extimuit, quae tutum fecerat illum;
utque peti vidit iuvenem tot ab hostibus unum,
palluit et subito sine sanguine frigida sedit;
neve parum valeant a se data gramina, carmen
auxiliare canit secretasque advocat artes.
ille gravem medios silicem iaculatus in hostes
a se depulsum Martem convertit in ipsos:
terrigenae pereunt per mutua vulnera fratres
civilique cadunt acie. gratantur Achivi
victoremque tenent avidisque amplexibus haerent.
tu quoque victorem conplecti, barbara, velles:
obstitit incepto pudor. at conplexa fuisses,
sed te, ne faceres, tenuit reverentia famae.
quod licet, adfectu tacito laetaris agisque
carminibus grates et dis auctoribus horum.
Pervigilem superest herbis sopire draconem,
qui crista linguisque tribus praesignis et uncis
dentibus horrendus custos erat arboris aureae.

---

131 praecautae (*corr m 2*) ***M***, peracutae (ł pre *sscr* ***e***^{2}) ***e*** ς **132** parantis$^{e^2}$ ***N***, parentes ***e***, paratos ς *Hs vulgo olim*, parantes *cett vulgo* **133** Dimisere ***e*** ς, Submisere *cAmbr* ‖ uultum(que *s l add m 2*) ***M*** ‖ uultus animumque ***N***, uultusque animosque ς **135** peti iuuenem tot uidit *ccBerol et Rhen Hs vulgo olim* **138** adjicit *vel* admovet ς **139** iactatus (*corr m 2*) ***F*** **140** depuls(um *i r m 2*) ***M***, depulsos$_{i}$ *R* ‖ depuls(um *ex* os *i r m 2*) (m *i r m 2*)artem ***N*** ‖ in illos *cSprotii* **142** Ciuileque ***e*** ‖ acie/ (s *eras videtur*) ***M*** **144***sq sic* ***F l*** ς *VA vulgo* **144 146 145** (*litteris* b a *appositis* ***h***) ***O e h g s*** ς *R* **144***sq* tenent; avidisque ampl. haeret. Te quoque victorem complecti, barbara, vellet (obstitit i. pudor); aut c. fuisses, Sed te *sq p 63 Bothe* **145** *del Hs* ‖ ince(p *i r m 2*, r *eras videtur*)to pudor (en *i r m 2*) complexa ***N*** ‖ ince(pto *i r m 2*) ***F***, incerto (*corr m 2*) ***l*** ‖ et complexa ***l*** ς *Jahn, quo servato et verbis* complexa—tenuit *deletis ex 145/46 hunc versum* obstitit incepto pudor et reverentia famae *post Lenzium* (*cf eius Anmerkg 1792 p 19*) *effecerunt Riese et Hartman* **145/146** *in suspicionem vocaverunt Haupt et Merkel, librorum* ***O e h g s*** ς *ordine* (*146 145*) *servato duplicem recensionem ab ipso poeta profectam statuit* (*App ed exeg p 355*) *Ehwald* **147** affectu toto ***s***, aspectu tacito *Merkel*^{2} **148** actoribus ***N***, *ccBersm Dresd Pal* **150/51** *del Merkel*^{2} **150** linguis(que *i r m 2*) ***N*** ‖ presinguis ***M*** **151** arieti auri *cHamb*, arietis aurei *inde Hs vulgo olim*, uelleris aurei *cNoricus*, arboris auri (*i e auri quod arbore est*) *Bothe*

hunc postquam sparsit Lethaei gramine suci
verbaque ter dixit placidos facientia somnos,
quae mare turbatum, quae concita flumina sistunt,
somnus in ignotos oculos sibi venit, et auro
heros Aesonius potitur spolioque superbus
muneris auctorem secum, spolia altera, portans
victor Iolciacos tetigit cum coniuge portus.
Aeson. Haemoniae matres pro gnatis dona receptis
grandaevique ferunt patres congestaque flamma
tura liquefaciunt, inductaque cornibus aurum
victima vota facit. sed abest gratantibus Aeson,
iam propior leto fessusque senilibus annis,
cum sic Aesonides: ‘o cui debere salutem
confiteor, coniunx, quamquam mihi cuncta dedisti
excessitque fidem meritorum summa tuorum,
si tamen hoc possunt (quid enim non carmina possunt?),
deme meis annis et demptos adde parenti!’

---

152 gramine *e* h^2 g^2 *cGoth* ς (*i mg m*) *ω vulgo*, grmine$^{a^2}$ *F*, carmine *O l h g* ς *Plan* 152 154 153 (*litteris* b a *appositis h*) *M h R* 154 flamina *cSprotii* ‖ sistant ς *Hs vulgo olim* 155 /ignotus^{o} *M* ‖ ingnotos^{i} *e*, in immotos *s* ‖ oc. sibi venit *coni* (*nam de cod Vossiano erravisse Heinsium testatur de Vries*) *Merkel*, oc. ubi uenit (*id quod verum esse censet, ut* et . . spolioque *inter se respondeant, Ehwald*) *A ω*, oc. aduenit *ed Gryph et mg ed Bersm Hs vulgo olim*, oc.deuenit *cFrancof*, oc. subrepit *Hs*, oc. subvenit *Jahn* ‖ in immotos o. peruenit *Capoferreus* ‖ adv., at auro *in Mscr Diez 1075 Hs* 157 actorem secum spolia arte$^{ł\ alta^2}$ rep(o *i r m 2*)rtans *N* 158 Iolciacos *vetustum exemplar Raph Regii A vulgo*, c(h)olchiacos *O h* ς *R*, cecropios *F l g* ς *V*, *τοὺς Κεκροπίους πύργους Plan*, cecropius$^{ł\ cholcoicos^2}$ *e* ‖ Victor ad Haemonios intrat *cSulm*, Victor ademonios uenit *cLeid Voss 51*, Victor thessalicos ς, Haemonios uictor tet. *cVatic* ‖ tenuit ς ‖ coniuge muros *g* ‖ Attigit Haemonios victor cum coniuge portus *Ciofanus* 159 pro/natis (g *eras*) *M*, natis *h l* ς *Jahn* 160 coniestaque *h* 161 *i mg e* ‖ liquifatiunt *e*, liquefiunt ς *Hs vulgo olim* ‖ inductaque (c *eras M*) *O* ς, indutaque$^{c^2}$ *e*, indutaque *F h l* ς *ω* ‖ corni(bus *i r m 2*) aur(um *ex* i *m 2*) *N* 162 facit *A ω*, *τὰς εὐχὰς πληροῖ bene Plan*, cadit ς *Hs vulgo olim*, litat *Merkel*^{2} ‖ aurum ⟨est⟩ victima . vota facit, sed *Vollmer* ‖ gratantibus^{letantibus} *l* 164 Tum sic *F* ς *Jahn* ‖ o (cui *i r m 2*) *N* 165 mihi quamquam *h* 167 tamen hęc *N* ς ‖ hoc possis ς ‖ quid non tua c. p. *R* ‖ carm. possint ς *vulgo olim*, carm. possis ς, carmine possis *inde Baumg-Crusius* 168 meos annos (*corr n*) *N* ς ‖ meis annos—paternis *Hs*

nec tenuit lacrimas: mota est pietate rogantis,
dissimilemque animum subiit Aeeta relictus.
nec tamen adfectus talis confessa 'quod' inquit
'excidit ore tuo, coniunx, scelus? ergo ego cuiquam
posse tuae videor spatium transcribere vitae?
nec sinat hoc Hecate, nec tu petis aequa. sed isto,
quod petis, experiar maius dare munus, Iason.
arte mea soceri longum temptabimus aevum,
non annis renovare tuis, modo diva triformis
adiuvet et praesens ingentibus adnuat ausis.'
Tres aberant noctes, ut cornua tota coirent
efficerentque orbem; postquam plenissima fulsit
et solida terras spectavit imagine luna,
egreditur tectis vestes induta recinctas,
nuda pedem, nudos umeris infusa capillos,
fertque vagos mediae per muta silentia noctis
incomitata gradus: homines volucresque ferasque

---

169 *sq* est *s l* h^3 ‖ motum p. rogantis dissimilemque *in Mscr Diez 1075 Hs* 170 *om* (*i mg* h^2 e^2) *F* (*sed cf ad 172*) *h e Plan, dell post Heinsium Bentley et* (*cf Opp V 610 Ritschl*) *Gruppe* ‖ Dissimilem(que *om*) h^2, difficilemque *Burm* ‖ subiit Aeeta relictus] *sic* (*idem fort fuit in M*) *Pierius ad Aen X 67 Hs vulgo,* subiit /// eta (*sub ras* a *dignoscitur*, pater *i r scr et i mg repetivit m 2*) relictus *M*, subiit oeta rel. *l* ς, subiit oetho etate rel. e^2, subit pater oeta rel. h^2, subiit pater oeta r. *i r n*, subiit pater aeta rel. ς, s. pater oet(h)a rel. *cLeid Voss 51 RV*, s. pater Aeeta r. *A Regius* ‖ *cf ad 293* 171 Non tamen ς *Hs vulgo olim* ‖ talis *N*, tales *n cett vulgo* ‖ (affectus *s l m 2*) tales con(f *ex* c *m 2*)essa *F* ‖ quid *M h ccBersm et Dresd* 172 *post hunc versum i mg inferiore* dissimilemque an. s. pater oeta rel. (*signo* ~ *addito cui respondere videtur idem signum versui 148 appositum*) F^3 ‖ ore pio ς *Hs vulgo* ‖ anne ego *in Mscr Diez 1075 Hs* 173 uidear ς *Hs vulgo olim* 174 Nec sinit *N h g* ς, Non sinat ς *Gierig* ‖ hoc *s l add* h^3 ‖ hoc ate$^{ec^2}$ *M*, echate (*semper*) *e* 175 munus // *F* 177 reuocare *e* ς 178 Adiuuat$^{e^2}$ *M*, annuat *F*, a(n *i r*)nuat *e* 179 Tris$^{e^2}$ *F* 181 In$^{et^2}$ solida *M*, Ac solita *p* ‖ Ac solida terras spectauit (ł aspexit *sscr* e^2) *e Hs vulgo olim* ‖ lun(a *ex* e *m 2*) *F* 182 in*d*uta *O* e^2 ς *VA vulgo*, exuta *F* ς* ς, inducta ς ‖ recinctas (ł recentes *adscr* e^2) e^2 ς *Plan VA vulgo*, relictis$^{a^3}$ *i r n*, relictas *e* (*i r* F^2) *A R*, reductas ς ‖ adducta recinctas *vel* incincta reductas *Hs* 183 pedes ς ‖ nud(o *ex* i)s *F* ‖ himeris (m *in macula scr*) *M*, humeros$^{ł\ is^2}$ *N* ‖ nudis humeris *h* ς ‖ incompta capillos (*cf IV 261*) *cMenardi* ‖ nudis umeros infusa capillis *Merkel*²

solverat alta quies: nullo cum murmure serpit . . .
sopitae similis † nullo cum murmure serpens,
inmotaeque silent frondes, silet umidus aer;
sidera sola micant. ad quae sua bracchia tendens
ter se convertit, ter sumptis flumine crinem
inroravit aquis ternisque ululatibus ora
solvit et in dura submisso poplite terra
'Nox' ait 'arcanis fidissima quaeque diurnis
aurea cum luna succeditis ignibus astra
tuque triceps Hecate, quae coeptis conscia nostris
adiutrixque venis cantusque artisque magorum,

---

186 alta *om* (*i l m 2*) ***M*** ‖ serpit ***M*** ς *R*, stertunt ***N***, serpens (serpit *sscr* h^3) ***F h l*** ς *VA*, *item* (*Adv cr II 83*) *Madvig*, serpunt ***e*** ς ‖ c. murmure fertur *Mscr Dicz BSant 12*, c. murm. se(ac)pes ς *Hs vulgo olim*, c. murm. saltus (*coll Eur Bach 1084*) *Polle* ‖ nullo stat (*vel* stant) m. saepes (*v 186ª deleto*) *symb ph Bonn p 340 HAKoch*, nullo stant m. silvae (*v 186ª deleto*) *pracf ed*^{2} *Riese* **186ª** *sic fere* ***A*** ω, *om* ς, *dell Hs et Capoferreus vulgo* (*cf p 8 Braunc*) ‖ *lacunam unius versus statuerunt versu 186ª servato Helm* (*Rh Mus LVI 544*) *et* (*app ed exeg p 356*) *Ehwald . scribae quidam aberrantes a* serpit (186) *ad* serpens (186ª) *versum vel potius duos videntur omisisse . quod si ita est, illud* nullo cum murmure *aut priore aut posteriore loco verum esse non potest .* serpit *autem in v 186 poetam scripsisse et ad* quies *rettulisse ex Aen II 268 colligi posse puto*

Sopite$^{is^2}$ simil(i *ex* e)s ***M***, Sopit(is *ex* e) similis ***N***, Sopite similis ς *R*, Sopit(e *ex* i *m 2*) similis ***F***, Sopitis similis ***l s*** ς *V*, Sopitis similes (ł sopiti scytale *sscr* e^2) ***e h***, Sopito similis *cSprotii A* ‖ nullo cum murmure serpens (s. sonat *sscr* e^2, ***M F e*** ς *R*, nullo c. murm. serpit ς *cSprotii V*, nullo c. m. (sepes *i r m 2*) ł serpunt *sscr m 3*) ***N***, n. cum m. sepes ***h l*** ς, *scd* sepes *i r* h^2 ‖ Sopiti scitalae n. c. m. serpunt *cVratisl* ‖ alta quies n. cum m. sepes Immotaeque (*cf fast II 501*) ς *Hs vulgo*, a. quies nullo c. m. serpens Sopito similis nullo c. m. serpit Immotaeque ς *VA*, nullo it cum m. serpens, Sopitae similis; nullo c. m. sepes, Immotaeque *Bothe*, nullo c. m. serpens Sopiti similis ⟨per gramina labitur amnis⟩ *Opp ph I 655 Bergk*, serpit sopitae similis ⟨iam proxima fluminis unda⟩ *coll Stat silv V 4, 3sq et* (*de genere corruptelae*) *Culex 27 Vollmer* 187 Immotae(que *m 2*) ***N***, Inmixteque ***l*** ‖ ether ***g*** 188 sole^{a} micant a(d *ex* t *m 2*)q/sua$^{ue^2}$ ***M*** ‖ atque ***l*** ‖ et iam sua ***N*** 190 ternisque ululatibus ς *Merkel vulgo*, ternis ul. ς *cSprotii Hs*, ternis(que et *i r m 2*) latibus ***N***, ternisque /iacibus (minacibus *videtur fuisse*, hiatibus *inde m 2*, s. uerbis *sscr eadem*) ***M***, ternis et hiatibus ***F*** ς* ς *VA*, ternisque et hiat. ς, ternisque hiatibus *R* 191 summ(i *ex* o)sso ***M***, sumisso ***l*** ‖ et immunda *cGronov* 193 succedi(tis *i r m 2*, mus *fort fuit*) ***N***, succenditis ***F*** 194 Tuque triplex *cGoth* 195*sq* artisque *post* (*Adv cr II 84*) *Madvigium Merkel*^{2}, artesque ***A*** ω ‖ cantus artesque *cDresd* ‖ artisque magistra *Polle* ‖ magarum — magas ς *Hs vulgo olim* | Accipis acceptisque potentia iura rependis *post 195 cGoth*

quaeque magos, Tellus, pollentibus instruis herbis,
auraeque et venti montesque amnesque lacusque
dique omnes nemorum, dique omnes noctis adeste!
quorum ope, cum volui, ripis mirantibus amnes
in fontes rediere suos, concussaque sisto,
stantia concutio cantu freta, nubila pello
nubilaque induco, ventos abigoque vocoque,
vipereas rumpo verbis et carmine fauces
vivaque saxa sua convulsaque robora terra
et silvas moveo iubeoque tremescere montis
et mugire solum manesque exire sepulcris.
te quoque, Luna, traho, quamvis Temesaea labores
aera tuos minuant; currus quoque carmine nostro
pallet avi, pallet nostris Aurora venenis.
vos mihi taurorum flammas hebetastis et unco
inpatiens oneris collum pressistis aratro,
vos serpentigenis in se fera bella dedistis
custodemque rudem somno sopistis et aurum

---

196 pallentibus *R* 197 Aurae(que *om*, et *i r add m 2*) ***M***, Auraeque uentique *cSprotii*, Aurae cum uentis *cGoth* 198 Dique omnesque nemorum ***l*** ‖ dique (omnes *i r m 2*) noctis ***N*** 199 cum valui *Haupt* ‖ mi(r *i r m 2*)antibus ***e*** 201 nutu freta *cVoss* 202 uentosque ***s ς*** ‖ a(big *minus certum i r m 2*)oque ***M***, abigo *i mg m* 203 rumpoque herbis *cBonon* ‖ vipereasque herbis et rumpo carmine fauces *Hs* 204 saxa traho conu. *cLeid* ‖ rubora ***l*** 205 s(i *ex* o *m 2*)luas ***M*** ‖ trem(i *ex* e *m 2*)scere ***M***, tremescere ***N l F***^{2} ***e***^{2} *R Merkel*, tremiscere ***F e h*** *VA vulgo olim* ‖ montis$^{e^2}$ ***N***, montes *cett vulgo* 207 Temesaea *'in bonis codicibus' se invenisse testatur Const Fanensis, item cPar 8002 a m 2, mg ed Vinc a. 1555 Hs vulgo*; temerata$^{sea^2}$ *cUrbin 341*, temesea *i mg cGoth*, temerata$^{tremesea^1}$ ***F***, teme(r *ex* s *i r*)/a (ta *i r sscr m 2*, temesea *fuit*) ***M***, temerata (t̷ percussa *sscr m 2*) *i r* ***n***, temerata ***ς**** ***ς*** *ω*, concussa ***ς***, *κροτούμενα Plan* ‖ colores ***s*** 208 minu(a *ex* u *m 2*)nt ***F***, minuunt ***ς*** ‖ currusque a carm. *Bothe* 209 pallet avi, pallet *Hs vulgo*, Pallent at pallet ***M***, Pallent aut p. ***N*** ***e***^{2} ***ς*** *V*, Pallent et p. ***F ς**** ***g ς*** *R*, Pallent ac p. ***ς*** *A Regius*, pallet expallet *in suo cod esse dicit ad Stat Theb IV 505 Barth* ‖ nostri (s̷ *add m 2*) ***l*** 211 Hau(d *ex* t *m a 2*) pat. ***F***, Haut p. ***e*** *ccDresd et Senat*, Haud pat. ***l ς*** *Hs vulgo olim* ‖ presistis$^{s^2}$ ***M*** 212 se noua b. ***ς***, noua$^{i.\ fera^2}$ ***e*** 213 rudem *i r* ***F***^{2}, r̋udem (r̋ubrum *i mg a m 2, ut videtur*) ***M***, rubrum ***l*** (*i mg* ***e***^{2}) ***g*** *ccBersm Sprot et Par* ‖ somno *recepi* (*cf trist II 424 ex P III 3, 38*) *ex* ***A*** *ω*, somni ***ς*** *Regius vulgo* ‖ graui sompno *cDresd* ‖ sopitis *V*

vindice decepto Graias misistis in urbes:
nunc opus est sucis, per quos renovata senectus
in florem redeat primosque reconligat annos:
et dabitis! neque enim micuerunt sidera frustra,
nec frustra volucrum tractus cervice draconum
currus adest': aderat demissus ab aethere currus.
Quo simul adscendit frenataque colla draconum
permulsit manibusque levis agitavit habenas,
sublimis rapitur subiectaque Thessala Tempe
despicit et † Cretes regionibus applicat angues;
et quasque Ossa tulit quasque altus Pelion herbas
Othrysque Pindusque et Pindo maior Olympus
perspicit et placitas partim radice revellit,
partim succidit curvamine falcis aenae.
multa quoque Eridani placuerunt gramina ripis,

---

214 graiam — urbem *cRhenov* 215*sq* Nuc$^{n^2}$ ***M*** ‖ reuocata *cSprotii* ‖ In/(m *fuit*) fl. ***M*** ‖ pronosque ***g*** 218/219 *i mg* ***F*** 220 Quem simul ς

221 leuis ***N***, leuas$^{e^2}$ ***F***, leues ***n*** *cett vulgo* 222 sublataque *cGronovii Burm*

223 Aspicit ***e***, dispicit *ad Lucr p 236 Lachm* ‖ et cret(i *ex* e *m 2*)s ***M***, et certis ς *Mscr Diez BSant 12 item e coni post* (*cf App ed Burm*) *Capoferreum Madvig*, et circes *cArgentinus*, et graecis *cMedic*, et cretēis (*i e cretosis*) *ex c Vatic Hs*, et cretis (*i e discretis*) *cett* ω *Jahn*, et visis (*sscr m 3* ***m***) *mg edd Gryph et Bersm*, et Threces *coni Hs*, Octaeis *Burm*, et iunctos *Bentley*, et Crethei *Lenz*, et Crethēis (*coll trist I 10, 9*) *Bach*, aeriis *Riese*^{2}, atque Oetes *Jhb f cl Alt I 147 idem*, exsertis (*i e altis*) *Suchier*, et Tricces (*coll Strab 437 647*) *Merkel*^{2}, electis *Korn*, et fetis *Zingerle*, aetheriis *Stange* 224 Et *om* (*add s l* ***n***, *i mg ante initialem* ***m***) ***O F l*** ‖ quasque ossa *recepi, ut servarem polysyndeton vere Ovidianum, ex* ***N F***, Quasque ut ossa ***l***, quas ossa ***n*** *cett vulgo* ‖ tulit quasque altus *recepi post Jahnium* (*cf NJhbb 1894, 776*) *ex* ***e g h*** ς *Mscr Diez BSant 11 12* ω, tulit quas altus ***N*** *cBerol Hs vulgo olim*, tulit et quas altu(s *i r*, altū *fort fuit*) ***M***, tulit et quas altum ***F l***, tulit quasque altum *cDresd*, tulit quas altum *Merkel* ‖ pelion$^{s^2}$ ***F*** 225 Othrysque pindusque et ς *post Heinsium suasit* (*Halieut p 193*) *Birt* ‖ Ot(h)ri(y)sque et pindus(que *om*) et ***N F l e*** ς ω *Ehwald*, Otrix et pindusque et *cLeid Voss 51*, Otris quas pindus (et *om*) ***M***, Quasque otrix pindusque et *cDresd*, Othus pindusque et ***h***, quas Othrys Pindusque et *Riese*^{2} ‖ et pindus et pindo ***F h l*** ς *VA*, et pindus (et *a m 2*) pindo ***N***, quas pindus quas pindo ***M*** *R Ehwald* ‖ et pyndus maiorque ambobus olympus (*cf II 225*) ***e*** † pindo maior olimpus^2 226 plac(ita *i r m 2*)s ***M*** ‖ plantas *i r* ***p***^{2} ‖ tellure († radice *sscr* ***e***^{2}) ***e g*** 228 *s l* ***e***^{2} ‖ Eridani (*reconditam doctrinam latere puto, cf ad I 580*) ***A RV***, epidani *cBas*, Apidani *Plan A vulgo* ‖ (ri *i r m 1*)pis ***M***

multa quoque Amphrysi, neque eras inmunis, Enipeu;
nec non Peneos nec non Spercheides undae
contribuere aliquid iuncosaque litora Boebes.
carpsit et Euboica vivax Anthedone gramen,
nondum mutato vulgatum corpore Glauci.
et iam nona dies curru pennisque draconum
nonaque nox omnes lustrantem viderat agros,
cum rediit; neque erant tacti nisi odore dracones,
et tamen annosae pellem posuere senectae.
Constitit adveniens citra limenque foresque
et tantum caelo tegitur refugitque viriles
contactus statuitque aras e caespite binas,
dexteriore Hecates, ast laeva parte Iuventae.
has ubi verbenis silvaque incinxit agresti,
haud procul egesta scrobibus tellure duabus
sacra facit cultrosque in guttura velleris atri

---

231 *Adnot super Lucanum VII 176 Endt*: Boebeis palus in Thessalia iuxta montem Ossam, ut ait Ovidius in Metamorphoseon septimo ‘iuncosaque litora Boebes’ [*sic ccWallersteinensis et Voss,* phebes *cBruxell,* phębes *cPragens*].

243 *Priscianus V 41*: alia vero, si sint monosyllaba, feminina sunt . . . ‘sors’, ‘scrobs’—Ovidius in VII metamorphoseon: ‘Haud procul egesta scrobibus tellure duabus’ ‖ *idem versus citatur in exemplis diversorum auctorum ab Henrico Keil e cod Vat 215 (saec IX) in Ind Schol aest Hal 1872 editis (cf ad IV 120) sic*: ‘Hau procul egestis scrobibus tellure duabus’.

---

229 amphisi/ (s *eras*) ***M***, *Ἀφρισοῦ Plan* ‖ nec eras ς ‖ Enipeu *Plan VA vulgo*, eni(y)pheu *A R* **230** peneos ***N***, penius$^{e^3}$ (iu *i r*) ***M***, penelius ***l n***, peneus ***e*** ς *RV*, peneidos (*sed omnia alio atram super litt evanidas redintegrata F*) ***F h***, Peneae (*sed cf II 250*) *Hs* ‖ spercheidos ***N***, sperchiades ***h*** *VA* **231** Boebes] *sic Adn super Lucanum Plan A vulgo*, ph(o)ebes *A RV* **232** Carpit ***F l*** ς *Hs vulgo olim* ‖ aũdone ***h*** **233** uulgatum mutato ***e*** ‖ uulgato^{um} ***F*** ‖ clauci ***N l*** **234** Et iam nona dies ***n*** ς *Hs vulgo*, Nona d. illam ***p*** ς *VA*, Nona dies etiam *A R* **236/237** *del Bentley* **236** Cum rediit *i r* ***n*** ‖ redıt$^{i^2}$ /neque /nt$^{era^2}$ ***M*** ‖ nec erant ***e*** ς *Gierig* ‖ pasti (*cf Juv V 150*) ς *Hs* ‖ sine$^{ł\ nisi^2}$ odore ***e*** **238** citra (extra ł inxta *sscr m 3*) ***l***,$^{ł\ citra^2}$ circa ***e*** **240** Contantus ***F*** ‖ æcespite ***M***, e c(a)espite ***e l*** *RV*, ex cespite *F*, de cesp. ***N h g*** ς *A* **241** Dexteriorem ec(h)ates ***e p*** *cSprotii* ς, haec‿ate(s *add m 2*) ***M*** ‖ at leua *F e VA Burm* ‖ iuu(ente *i r m 2*) ***h*** **242** Quas ubi *Hs vulgo olim* ‖ intexit ς **243** eiecta ***h*** ς ‖ Hau procul egestis *citatur in cVatic 215* ‖ scropibus *l* **244** u(elleris *i r*) ***N***

conicit et patulas perfundit sanguine fossas.
tum super invergens liquidi carchesia vini
alteraque invergens tepidi carchesia lactis
verba simul fudit terrenaque numina civit
umbrarumque rogat rapta cum coniuge regem,
ne properent artus anima fraudare senili.
quos ubi placavit precibusque et murmure longo,
Aesonis effetum proferri corpus ad auras
iussit et in plenos resolutum carmine somnos
exanimi similem stratis porrexit in herbis.
hinc procul Aesoniden, procul hinc iubet ire ministros
et monet arcanis oculos removere profanos.
diffugiunt iussi; passis Medea capillis
bacchantum ritu flagrantis circuit aras
multifidasque faces in fossa sanguinis atra
tingit et infectas geminis accendit in aris
terque senem flamma, ter aqua, ter sulphure lustrat.
interea validum posito medicamen aeno

---

245 Coicit *O* ‖ perfudit *F h l* 246 tum—vini] *sic (cf NJhbb 1894, 763) M h R* ‖ infundens (uel inuergens *sscr*) *s* ‖ liqui(di *i r m 2*) carthesia *N* ‖ uini *i r* F^2 ‖ c. mellis *N l ς Plan* ‖ *qua lectione servata versum excidisse quo vinum fusum esse commemoraretur coni Riese* ‖ tepidi carch. lactis *s ς VA*, tepedi c. lactis *i r* e^2 ‖ carch. Bacchi (*ex Aen V 77*) *i l cHamb Hs vulgo* 247 *i mg* e^2 ‖ Alteraque *F l ς Plan*, A(ltera *i r m 2*)que *M*, Altera(que *add m 3*) *h*, Hereaque—carthesia *N*, Ereaque e^2 *cVratisl Jahn*, Aeneaque *ς Hs vulgo* ‖ lactis *virg del F*, mellis *adscr* F^3 ‖ liquidi c. mellis e^2 *s ς* 248 fudit *M Merkel*, fondit *e*, fundit *cett ω vulgo olim* ‖ sim. terr. fundit *h* ‖ civit *Hs vulgo*, l(i *per ras ex* e *vel* o *m 2*)uit *M*, poscit *sscr m adscr* F^2, lenit *i mg* (*m 3*) *m*, lenit *N F g* l^2 *ς R*, leuit *l* ‖ lumina (*corr m 3*) lenit *h*, numina poscit *e ς VA*, num. pascit *coni* (*coll trist IV 4, 64*) *Hs* 249 uocat *cGoth* ‖ cum rapta *F* ‖ "cum coniuge "rapta *h* 250 senili (uel seniles *sscr*) *s*, seniles *ς Plan Hs*, senilis *malim* 251 placuit (*corr*) *M h* ‖ carmine *ς* 252 effe/tum *M* ‖ proferri *N*, produci *e ς* ‖ ad aras *e ς VA Hs vulgo olim*, ad a/ras *N*, in auras *l* 253 implenos *M* 255 *sic N ς Plan vulgo*, aesonidem *M e*, esonidē *F h l R* 256 mo(net *i r m 3*) *M*, iubet *ccMedic et Gronov* 257 passis *O ς R*, sparsis *F ς* n vulgo olim* 258 flagrantis *N*, flagrantes *n cett vulgo* 259 atri *ς* 260 Tinguit et intinctas (*fort recte*) *h ς Hs vulgo olim* ‖ accedit (*corr*) *M* 261 sulpure *Merkel*^{2} 262 ualidam (ł calido *i mg m 2*) posito *M*, (c *ex* u *m 2*)alido positum *N*, cal(ido *nigriore atram super evanida quaedam redintegratum*) positum *F*, ualidum positum *l ς*, calido positum *h e ς*, ualido positum *ς*

fervet et exsultat spumisque tumentibus albet.
illic Haemonia radices valle resectas
seminaque floresque et sucos incoquit atros.
adicit extremo lapides oriente petitos
et quas Oceani refluum mare lavit harenas;
addit et exceptas luna pernocte pruinas
et strigis infamis ipsis cum carnibus alas
inque virum soliti vultus mutare ferinos
ambigui prosecta lupi; nec defuit illis
squamea Cinyphii tenuis membrana chelydri
vivacisque iecur cervi; quibus insuper addit
ora caputque novem cornicis saecula passae.
his et mille aliis postquam sine nomine rebus
propositum instruxit mortali barbara maius,
arenti ramo iampridem mitis olivae
omnia confudit summisque inmiscuit ima.
ecce vetus calido versatus stipes aeno
fit viridis primo nec longo tempore frondes
induit et subito gravidis oneratur olivis;
at quacumque cavis spumas eiecit aenis

---

263 fervit *Bothe* 264 Aemonia (*semper*) *ω* ‖ receptas (*corr m 2*) *N* 265 Seminaque et flores et *N e ς* ‖ su(co *i r*)s *M* ‖ inquoquit *l* ‖ atros *O e h F*² *ς VA Ehwald*, acres *F l ς R vulgo* 266 Addidit *ς cSprotii*, Addit et *ς* 267 Et quos o. reflui maris unda relauit *N* 268 Addit et *N e ς Plan*, Addidit exc. *M F h ς R*, Adidit exc. *l* ‖ luna pernocte (*quod postea in Hugenii Zulichemii cod*, pernox pernoctis *gl addita, se invenisse testatur*) *coni Hs vulgo*, lunae de noce² pnota (*i e* pernota) *M*, luna sub nocte *vel* luna de n. *vel* lunares nocte *ς*, lunę de nocte *cett ω* 269 infam(e *ex* i *m 2*)s *N*, infamis *cGoth*, infames *cett ω vulgo*, 'informes *Leidensis eleganter . et est implumes*' [*coll Stat VII 226*] *in Mscr Diez B 148 I Burm* 270 u(i *i r m 2*)rum *N* 271 ambiguum *cLeid Bothe* ‖ illis *A*, illi(s *add F*³) *F h e ς*, illic *ς Hs vulgo olim* 272 ciniph(e *ex* i *m 2*)i *M*, cyniphii *N l*, ciniphei *h g RV*, cinyphei *ς V*, scyniphei *e*, *Κιννυφίου Plan* ‖ chedri (*corr m 2*) *h* 274 ova *Hs* 276 mortalis *ς* ‖ mortal(i *add m 2*, ł lis *sscr eadem*) ba(r *a m 2*)bara *l* ‖ maius *N Riese*, m//us (ai *eras videtur*) *M*, munus *cett ω vulgo olim* ‖ mortari barbara munus *Adv XXXI 3 Barth*, mortari marmore (*i e in mortario marmoreo*) *Daumius*, remorari Tartara munus (*sed cf Adv cr I 79 Madvig*) *Merkel* 277 putris olivae *Gierig* 278 confundit *ς Hs* 279 sti/pes *N* 280 frondem *ς Hs vulgo olim* 281 grauid/is (h *eras*)oneratur *M* ‖ one(ra *i r m 2*)tur *e* 282 Et quacumque *N* ‖ subiecit *ς* ‖ cauis—aenis *recepi* (*coll VI 645 rem 707*) *ex N*, caui—aeni *M*, cauo—aeno *n X ω vulgo*

ignis et in terram guttae cecidere calentes,
vernat humus, floresque et mollia pabula surgunt.
Quae simul ac vidit, stricto Medea recludit
ense senis iugulum veteremque exire cruorem
passa replet sucis; quos postquam conbibit Aeson
aut ore acceptos aut vulnere, barba comaeque
canitie posita nigrum rapuere colorem,
pulsa fugit macies, abeunt pallorque situsque,
adiectoque cavae supplentur corpore rugae,
membraque luxuriant: Aeson miratur et olim
ante quater denos hunc se reminiscitur annos.
Viderat ex alto tanti miracula monstri
Liber et admonitus iuvenes nutricibus annos
posse suis reddi capit hoc a Colchide munus.
Pelias. Neve doli cessent, odium cum coniuge falsum
Phasias adsimulat Peliaeque ad limina supplex
confugit, atque illam, quoniam gravis ipse senecta est,
excipiunt natae; quas tempore callida parvo
Colchis amicitiae mendacis imagine cepit,
dumque refert inter meritorum maxima demptos
Aesonis esse situs atque hac in parte moratur,

---

283 spumae cec. *cLeid* ‖ calent(es *i r m 2*) *N* 284 flores et *N cBersmanni* ‖ crescunt ς 285 Quod simul ς *Hs* ‖ simulac temptat *h* ‖ stricto- que *F* ‖ rec(i *i r m 2*)dit *N* clu *sscr* (*m 3*) *n* ‖ reclusit *vel* resoluit *vel* recidit ς 287 P(a *i r*)ssa *M* 288 exceptos ς 289 sumpsere colorem *s* ‖ c(ol *i r m n*)orem *O* 291 Aduectoque *cGronov*, Adductoque ς ‖ sanguine uenae ς *Hs vulgo olim*, corpore rugae (uel sanguine uenae *sscr*) *cSprotii* 293 hunc se ς *Naugerius vulgo*, τοσοῦτον ἀναμιμνήσκεται ἑαυτόν *Plan*, nunc (se *om*) rem. *M*, nunc se r. *cett ω* ‖ Dissimilemque animum subiit etate relictus (subit etata *h*, aetate relicta *s* ς) *post 293 i mg m n, in textu F l h s* ς *ω, cf 170* 295 attonitus *ccCantabr et Goth* ‖ iuuen(e *ex* i *m 2*)s *N* 296 reddi/(t *cras*) *M* ‖ a *add n* ‖ a colchide *O h* ς, ab colchide *i r* F^2, abetheide *l*, (a colchi *i r m 2*)de *e*, hoc oetheide *g* ‖ cap. hoc ab aetide ς, cap. hoc ab aeetide m. *cMenardi Gronovius*, cap. ex Aeetide m. *Bothe*, petit hoc Aeetida m. (*idem suasit ad Lucan I 554 Bentley*) *Hs*, capit hos (*coll II 694*) a C. munus *in Mscr Diez 1075 idem* 298 Phasidas a. peli(ę *i r*)que ad li/mina *l* ‖ assimilat *N e* ‖ a limine (*corr m 2*) *M* 299 Effugit *s* ‖ ips(e *ex corr*) *M*, (i *i r m 2*)ps (e *i r m 2*) *N* ‖ est *om F l* ς, *del Hs* 301 mendacis *e*, fallacis ς ‖ coepit *M* 303 e(ss *i r m 2*)e *M* ‖ hac *i l* F^2

spes est virginibus Pelia subiecta creatis
arte suum parili revirescere posse parentem,
idque petunt pretiumque iubent sine fine pacisci.
illa brevi spatio silet et dubitare videtur
suspenditque animos ficta gravitate rogantes.
mox ubi pollicita est, 'quo sit fiducia maior
muneris huius' ait, 'qui vestri maximus aevo est
dux gregis inter oves, agnus medicamine fiet.'
Protinus innumeris effetus laniger annis
attrahitur flexo circum cava tempora cornu;
cuius ut Haemonio marcentia guttura cultro
fodit et exiguo maculavit sanguine ferrum,
membra simul pecudis validosque venefica sucos
mergit in aere cavo: minuunt ea corporis artus
cornuaque exurunt nec non cum cornibus annos,
et tener auditur medio balatus aeno.
nec mora, balatum mirantibus exsilit agnus
lascivitque fuga lactantiaque ubera quaerit.

---

305 *Priscianus IV 25*: a pare etiam derivativum . . 'parilis'. Ovidius in VII metamorphoseon: Arte suum parili revirescere [reuiuiscere *R*] posse parentem' ‖ *item citatur versus in cVatic bibliothecae reginae Christinae 215 (cf ad I 219) sic*: 'Arte suum par. reuiuiscere p. parentem'.

---

304 pelia(e *i r m 3*) sub tecta (*corr m 2*) ***M***, pelię sub tecta ***l*** ‖ peli(a *i r m 2*, ę *fort fuit*) ***N*** ‖ subnata *Hs* **305** reuirescere (uel iuuenescere *sscr* ***s***) ***N F h s*** ς *plerique ccPrisciani* ω, reui/rescere (r *medium per ras*, reuiuescere *fuit*) ***M***, reuiuiscere ***l*** ς *cRPrisciani cVatic 215*, reuiue(s *i r*)cere ***e*** ł res *sscr* e^2, iuuenescere ς **306** *del Hs* ‖ I(dque *i r m 2*) ***F***, Atque petunt ***l g*** ς, Iamque pet. *unus Heinsii Burm* ‖ pretiumque iubent ***N h*** ς *R*, pret. iu(b *ex* u)ent ***M*** iuuenis *sscr* ***m***, pret. (iuuenis *i r m 2*) ***F***, precium iuueni ***g***, pr. iuuenis ***e l*** ς, iuuenes *vel* iuuenem ς ‖ petunt iuuenes precium s. f. pacisci *VA* **308** (f *i r*)icta ***M*** ‖ ł tum rogantes (*cf Tac ann I 16*) ς *Hs vulgo*, rogant(um *i r m 2*) ***M***, rogantes ***N***, rogantum ***F*** ς* ς ω *Jahn* **310** uestri *scripsi cum* ***O e*** ς, uestras ***F h l m*** e^2 ς *VA vulgo* **311** regis (*corr m 2*) ***M*** **312** effe/tus (c *eras*) ***M***, effectus ς ‖ lanier ***F*** **313** sua temp. ς ‖ timpora ***O F l*** **314** Cuius (uel Huius *sscr*) ***s***, Huius *cSprotii* ‖ guttura ferro ***p*** **315** maculauit (uel rubefecit *sscr*) *cSprotii* ‖ sang. terram *cGoth* **317***sq* minuunt ea (medicamina *glossam sscr m 3* ***m***) ***A*** ω, minuuntur *cAmbr et unus Heinsii Hs*, minuunt en *cCantabr Haupt*, minuunt se *Burm*, minuunt iam *vel* hi *Riese*, medicamina *Korn* **317/320** minuunt—balatum *del Merkel* **318** exuitur ς *Hs vulgo olim*, exuerunt ς **319** Ut tener ***N*** **320** balatus (*corr*) ***N*** **321** fugam ***M***, fuga/ ***N***, fugax *Hs* ‖ lact(a *ex* e *m 2*)ntiaque ***N***, lactentiaque *VA*

Obstipuere satae Pelia; promissaque postquam
exhibuere fidem, tum vero inpensius instant.
ter iuga Phoebus equis in Hibero flumine mersis
dempserat et quarta radiantia nocte micabant
sidera, cum rapido fallax Aeetias igni
inponit purum laticem et sine viribus herbas.
iamque neci similis resoluto corpore regem
et cum rege suo custodes somnus habebat,
quem dederant cantus magicaeque potentia linguae:
intrarant iussae cum Colchide limina natae
ambierantque torum. 'quid nunc dubitatis inertes?
stringite' ait 'gladios veteremque haurite cruorem,
ut repleam vacuas iuvenali sanguine venas!
in manibus vestris vita est aetasque parentis:
si pietas ulla est nec spes agitatis inanis,
officium praestate patri telisque senectam
exigite et saniem coniecto emittite ferro!'
His, ut quaeque pia est, hortatibus inpia prima est
et, ne sit scelerata, facit scelus. haud tamen ictus
ulla suos spectare potest oculosque reflectunt
caecaque dant saevis aversae vulnera dextris.

339 *Ambros expos in Luc IV 10 p 144, 23 Schenkl*: nimia pietate impium esse compellit.

340 *sq Hegesippus (Ambrosius) de bello Jud V 40 p 355, 23 Weber-Caesar*: averso vultu gladium demersit.

322 Obstupuere *F* ς* ς ω ‖ pelię *i r l* 324 ibero ς ‖ hyberno fl. m(ersis *i r m 2*) *e*, Hib. gurgite mersis *s Excerpta Calandrae vulgo olim* 325 Presserat ς 326 ualido (*cf 9*) *Gebhardus* ‖ aeetias ς *Plan VA*, oetias (h *sscr n*) *O*, (oeci *i r m 2*)as *F*, oecias *i r h*², ętheidas *l*, anthetias (t ęthe i. medea *sscr m 2*) *e*, Aetias *cd Vincent* 327 s(i *ex* e *m 2*)ne *M* 328 /neci *M* ‖ simili(s *i r m 2*) *N*, similem ς 329 suos ς* *g* ς 330 Quae dederant *M* ‖ dederat *l* ς 331 *sq* Intrarunt *cBersm* ‖ intrarunt—ambieruntque *Bothe* 332 qu(o *ex* i *m 2*)d *M* ‖ quid io dubitatis *Hs* 333 que *om h l* ‖ uet. auferte *cBonon* 334 uacuas repleam *e ccGoth et Senat* ‖ iuuenali *M F Merkel*², iuuenili *m cett vulgo* 335 *del Hs* 336 *del Merkel* ‖ nec—agitat(is *ex* a *m 3*) *M*, nec—agitatis ς *VA vulgo*, ne—agitetis *N F* ς* ς *R* ‖ inanis *N*, inanes *cett vulgo* 339 Hi(s /ut *per ras*, Hii sua *videtur fuisse*) quae q: p. est hortantibus *M* ‖ primo est *cBerol Bothe* ‖ imp. facta est *ccDresd et Goth* 340/341 *del Merkel* 340 nes/it (c *eras*)—aud t. /ictus (h *eras*) *M* ‖ at/ tamen *N*, Haut t. *F* 341 Nulla *ex* Ulla *N* ‖ que *s l h*³ 342 Lacuaque *cDresd*

ille cruore fluens cubito tamen adlevat artus
semilacerque toro temptat consurgere et inter
tot medius gladios pallentia bracchia tendens
'quid facitis, gnatae? quis vos in fata parentis
armat?' ait. cecidere illis animique manusque;
plura locuturo cum verbis guttura Colchis
abstulit et calidis laniatum mersit in undis.
Quod nisi pennatis serpentibus isset in auras,
non exempta foret poenae: fugit alta superque
Pelion umbrosum, Philyreia tecta, superque
Othryn et eventu veteris loca nota Cerambi.
hic ope nympharum sublatus in aera pennis,
cum gravis infuso tellus foret obruta ponto,
Deucalioneas effugit inobrutus undas.
Aeoliam Pitanen a laeva parte relinquit
factaque de saxo longi simulacra draconis,
Idaeumque nemus, quo nati furta, iuvencum,
occuluit Liber falsi sub imagine cervi,
quaque pater Corythi parva tumulatus harena est,
et quos Maera novo latratu terruit agros,

Medeae fuga.

---

343 cubito ς *Ciofanus vulgo*, subitos *e* ς, subito *A Plan ω* ‖ art(us *a m 2*) ***N*** **344** consurgere tentat et ς *cRhenov Burm* ‖ et *om* ***h*** **345** gladi(o *ex* u)s ***M*** ‖ squalentia *Vind p 196 Bothe* **346** nate(ae) ς* ς ‖ quis nos *recepi* (*cf Hermes XXXIX 44*) *post Jahnium ex A ω*, quid uos ς *Hs vulgo* ‖ in funera patris *ccGronov et Patav* **347** Arma(t *a m 2*)–illi(s *i r m 2*) ***N*** ‖ excidere ***F*** ‖ animeque ***l***, animusque ς **349** misit ς ‖ mersit ahenis (*cf 317*) ς *Hs vulgo olim* **350** Que(ae) nisi ***F*** ς* ***p*** ς *ω*, Quae nisi ***s*** ‖ iuit ς **351** ex/epta ***e***, expecta (*corr m 2*) ***h***, erepta ς ‖ pe/ne (n *eras*) ***F*** **352** *i mg* ***n*** ‖ philyreia ς *et e coni Const Fanensis*, phylire ia-que (*virgula a m 2*) ***M***, phi(y)l(y)reiaque ***F e l*** ς, philerna ***h***, filireaque ***n***, philyreaque ς, philireaque *V*, philyraeaque *A* ‖ *τὴν Φιλύρειον ἐστιάν Plan*, **353** Otrin ***M F***, Othin ***h***, Othrim ς ‖ ab eventu *Pr Meiss 1896 JGilbert* ‖ cherambi *vel* carambi *alia* ς **354** penn(i *ex* a)s ***M*** **355** Dum grauis ***e*** ‖ effuso *ccDresd et Junianus* **356** Deucalyonias ***e*** ‖ effu(g *ex* s)it ***M*** **357** pitanen ς *Plan VA vulgo*, phi(y)tanen ***M e***, pithanen ***N***, phitham ***F***, phithanen ***l***, phitanen ς, phithalen ***h*** ‖ relinquit ***h*** ς *R Hs vulgo*, reli/quit ***M***, reliquit ***N F e l*** ς **359** quo prati ***l*** ς, quo raptum furta ***e*** ς **360** O(*virgula del*)occuluit ***M*** **361** *om* ***M*** ‖ aque pater coridi parua tumulatus harena est *paene evanida i mg* ***m*** ‖ qua quoque coridus parua ***l*** ‖ corythi ***e*** ς *vulgo*, cori(y)ti *VA*, coridi (*item in L* ***M***) ***N F h***, *τοῦ Κορύβδου Plan* ‖ tumulatur ς *Hs* ‖ est *om* ***F h*** ς *VA*, *del Hs* **362** Et qua ***s*** ‖ maera ***N*** *L Plan* ς *VA vulgo*,

Eurypylique urbem, qua Coae cornua matres
gesserunt tum, cum discederet Herculis agmen,
Phoebeamque Rhodon et Ialysios Telchinas,
quorum oculos ipso vitiantes omnia visu
Iuppiter exosus fraternis subdidit undis.
Transit et antiquae Cartheia moenia Ceae,
qua pater Alcidamas placidam de corpore natae
miraturus erat nasci potuisse columbam.
Inde lacus Hyries videt et Cygneia tempe,
quae subitus celebravit olor: nam Phylius illic
imperio pueri volucrisque ferumque leonem
tradiderat domitos; taurum quoque vincere iussus
vicerat et stricto totiens iratus amore
praemia poscenti taurum suprema negabat.
ille indignatus 'cupies dare' dixit et alto
desiluit saxo; cuncti cecidisse putabant:
factus olor niveis pendebat in aere pennis.
at genetrix Hyrie, servatum nescia, flendo
delicuit stagnumque suo de nomine fecit.

---

381 *citat Priscianus IX 41, cf ad IV 252.*

/ne era (m *fuit*) ***M*** ł mera *i mg m*, macra ***F***, mere ***R*** ‖ mera(*sed* m *e corr* h^2) ς* ł Quosque megera nouo *i mg* e^2 ‖ Quosque chymera (*cf IX 647*) ς **363** co(a)e *L* ς *A vulgo*, coeę(ae) ***M l V***, cęe ***F***, cee ***N h***, cheę ***e***, cee ***R*** **364** tunc ***h e*** ς *Jahn* ‖ hercul(i *ex* e)s ***M*** **365** phiton ***F l***, phodon (*corr*) ***e*** ‖ yasylios tel — chynas ***e*** **366** quos oculorum *Bentley* ‖ uitiantes ***N*** ς *Naugerius vulgo*, uitantes ***M F l***, mutantes ***h e*** ς ω, mutantis ***s*** **367** exos(u *ex* o)s ***M*** ‖ mersit in u. *cDresd* **368** Cartheia *post Regium A vulgo*, carthaeia ς, carcheia ***M*** ς* ς *Plan*, carchesia ***F s RV*** ‖ car(cheia menia cee *i r m 2*) ***N*** ‖ cheę ***F e*** **369** placido ***e***, placidae ς **371** hiries ***M F***, Ὑρίας *Plan*, heryes ***N***, Θυρίης *Ant Lib c 12* ‖ cyeneia ***N*** ς, cigne/ia ***l***, cyneia ***e*** ‖ Hyries vidit (*vel* adiit), Cygneia *in Mscr Diez 1075 Hs* **372** (ol *i r m 2*)or ***F*** ‖ phylius ***N*** *et e coni Hs*, phillius ***F h l*** ω, (cign *virgula del m 2*, filli *sscr eadem*)us ***M***, cign' // *in L* ***M***, Φύλλιος *Plan*, phyllyrus ***e*** ‖ illi (est *add m 2*) ***N*** **373** uolucrisque ***N***, uolucresque *cett vulgo* ‖ leon(e *ex* u *m 2*)m ***F***, draconem ***h*** ς **375** stricto (*i e laeso, cf XI 776 trist V 6, 21*) ***A*** ω, spreto ς *Naugerius vulgo*, tracto *post* (*cf Mscr Diez 1075*) *Heinsium coni in praef ed*² *Riese* ‖ delusus *ccAmbr et Med* ‖ et pacto toties delusus amore *Burm* ‖ amori ***A*** **376** taurum (tantum *i mg m 2*) ***M*** ‖ negauit ς, negarat *cBas Hs vulgo olim* **377** cupie/s (u *eras*) ***M*** **378** Desiliit ***e*** **379** in aera ς *Hs vulgo olim* **380** hiriæ ***M***, irie ***h*** ‖ seruari ***M*** *ccBernegg et Hamb*, seruat(um *ex* i *m 2*) ***h***, seruati *cMed Hs vulgo olim, cf Arch f Lex XV (1908) 560sq Heraeus* **381** Delicuit (*cf ad IV 253*) ***A*** ω, Dilicuit *Prisciani cc plerique Merkel*², Delituit ***e*** ς

adiacet his Pleuron, in qua trepidantibus alis
Ophias effugit natorum vulnera Combe.
Inde Calaureae Letoidos adspicit arva
in volucrem versi cum coniuge conscia regis.
dextra Cyllene est, in qua cum matre Menephron
concubiturus erat saevarum more ferarum.
Cephison procul hinc deflentem fata nepotis
respicit in tumidam phocen ab Apolline versi
Eumelique domum lugentis in aere natum.
Tandem vipereis Ephyren Pirenida pennis
contigit: hic aevo veteres mortalia primo
corpora vulgarunt pluvialibus edita fungis.
sed postquam Colchis arsit nova nupta venenis,
flagrantemque domum regis mare vidit utrumque,
sanguine natorum perfunditur inpius ensis,
ultaque se male mater Iasonis effugit arma.
Hinc Titaniacis ablata draconibus intrat
Palladias arces, quae te, iustissima Phene,
teque, senex Peripha, pariter videre volantes

---

390 (*Lactantii*) *Argum VII fab XIX*: item domum Eumeli adisse, lugentis filiam in voluerem cessisse.

---

382 Brauron *Micyllus* ‖ strepitantibus *in Mscr Diez 1075 Hs* 383 Offias ***M***, *Ὀφφιάς Plan*, Orphias ***N*** ‖ natarum *Const Fanensis* ‖ *Ἰάμβη Plan* 384 calaree$^{u^2}$ ***e*** ‖ latoidos ς ‖ aspicit *i r* ***m***, astitit (*corr n*) ***N F***, attigit ς ‖ astat in arua ***l*** 386 Dextra (*cf III 640*) *recepi ex* ***O F e l*** *R*, Dextera ***h*** e^2 ς *VA vulgo* ‖ cyllenie est ***l***, cyllena est ς ‖ est *om* ς ‖ Dextra Cylleneen *cSenat R* ‖ in quam (*corr m 3*) ***h*** ‖ menephon ***F l*** 388 cephyison ***l*** ‖ fata sororum ς 389 Conspicit ς, despicit *Hs* ‖ tumidam ***e***, timidam *vel* nitidam ς ‖ phocē ***N*** ‖ uer(s *ex* t *m 2*)i ***M*** 390 inare ***l***, in aera ς *Plan* ‖ natum *NJhbb 1859, 573 Suchier*, nat(a *ex corr*, u *videtur fuisse*)m ***M l***, natam ***A*** *ω L* 391 ephiren/(m *fuit*) ***M***, ephyiren pyrenida ***l*** 392 ueteri (*corr m 2*) ***N***, ueteris$^{e^2}$ ***e*** 394 Et postquam ***h*** 395 regis *om* ***l*** ‖ mare vidit utrumque *ad Sen Med 148 Gronovius vulgo*, male uidit utrumque ***M h l g*** ς *R*, *gl* pro utrorumque *sscr* (*m 3*) ***m***, male u. utr(o *ex* um *m 2*)que ***F***, male u. utroque ***N e*** ς *RV* 397 *del Hs* ‖ mala mater *Capoferreus* ‖ *post 397* arma *leviter incidit et apodosin a v 398* (Hinc *sq*) *orditur post Boissonadium Jahn* 398 Ac Titan. *Bothe* 399 iustissima Phene *vel* Phini *ad Anton Lib 6 Schrader* ‖ iustissime ***A*** *ω* ‖ phœne(u *add m 2*) ***M***, phœneu ***e***, pheneu ***N***, phy(i)neu ***F h l*** ς *Plan*, phene *L*

innixamque novis neptem Polypemonis alis.
excipit hanc Aegeus, facto damnandus in uno;
nec satis hospitium est: thalami quoque foedere iungit.
Theseus. Iamque aderat Theseus, proles ignara parenti,
et virtute sua bimarem pacaverat Isthmon.
huius in exitium miscet Medea, quod olim
attulerat secum Scythicis aconiton ab oris.
illud Echidneae memorant e dentibus ortum
esse canis: specus est tenebroso caecus hiatu,
est via declivis, per quam Tirynthius heros
restantem contraque diem radiosque micantes
obliquantem oculos nexis adamante catenis
Cerberon attraxit; rabida qui concitus ira
inplevit pariter ternis latratibus auras
et sparsit virides spumis albentibus agros;
has concresse putant nactasque alimenta feracis
fecundique soli vires cepisse nocendi;
quae quia nascuntur dura vivacia caute,
agrestes aconita vocant. ea coniugis astu

---

409 specus est tenebroso caecus hiatu] *citat Priscianus VI 76, cf ad III 29.*

---

401 Annixamque (*corr m 2*) ***F***, Innexamque ς, Adnixamque ς, Annexamque ***e g s*** ς *cSprotii R* ‖ Polypemonis *Plan Micyllus*, poliphemonis ***O F l***, polyphemonis ***e***, polifemenis ***h*** 402 dampnatus ***p*** ‖ damn. (in *ex* m *m 2*)uno ***M*** 403 hospic(t)io est ***l*** ς, hospitii est ς ‖ thalamos (*corr m 2*) ***N*** ‖ foeder(æ *i r*) ***M***, foedera ς *R Jahn* 405 Et uirtute (*cf VIII 145sq*) ***M h e n*** ς, Qui uirt. ***F N l g*** ς *ω vulgo*, Ut uirt. ς ‖ p(a *i r*)cauerat i/tmon (s *eras*) ***M*** ‖ ismon ***h*** 406 Cuius ***e*** 407 sithicis ***h*** 408 echyneę ***e***, Echidnaeae *VA* ‖ Illud lethei (*sic* ς) memorabạnt (e *inseruit* ***n***) dentibus ***N*** ‖ Echidnaei m. e faucibus ortum *Bentley* 409 specus *i r* ***n*** ‖ ceco tenebrosus ***h*** ς 410 Et via *Bothe* ‖ In Maryandinis *vel* Peryandinis, per quem *Hs* ‖ tyrintius ***M***, tirynthilus ***N***, thirinthius olim ***g*** ‖ heros *i r* ***F***² 412 Oblicantemque *cDresd* 413 attraxit (*ad has superas auras sc, cf XIII 345*) ***F h l*** ς *Merkel*², adtraxit ***N e g***, atraxit ***M***, ἐξαπήγαγεν *Plan*, abstraxit ς *Hs vulgo* ‖ rapida ***e*** 414 trinis *Bothe* 415 albentibus herbas *ccDresd et Thuan Bothe* 416 H(as *i r m 2*) creuisse putant tellure alimenta fera(cis *i r m 2*) ***N*** ‖ concresse *per ras ex* concrescere ***M*** ‖ concres‿se (*virgula a m 2*) p. natasque ***l*** ‖ al. furoris *cPal* 417 Fecundique ***h e***, Fecund(i *ex* a *per ras*, s *eras*, as *fuit*)que ***M***, Fecund(i *i r m 2*)que sol(i *i r m 2*) ***N***, Foc(e)cundasque s. ***F l*** 418 nascentur *I*

ipse parens Aegeus nato porrexit ut hosti.
sumpserat ignara Theseus data pocula dextra,
cum pater in capulo gladii cognovit eburno
signa sui generis facinusque excussit ab ore:
effugit illa necem nebulis per carmina motis.
At genitor, quamquam laetatur sospite nato,
attonitus tamen est ingens discrimine parvo
committi potuisse nefas. fovet ignibus aras
muneribusque deos inplet, feriuntque secures
colla torosa boum vinctorum corpora vittis.
nullus Erecthidis fertur celebratior illo
inluxisse dies: agitant convivia patres
et medium vulgus nec non et carmina vino
ingenium faciente canunt: 'te, maxime Theseu,
mirata est Marathon Cretaei sanguine tauri,
quodque suis securus arat Cromyona colonus,
munus opusque tuum est; tellus Epidauria per te
clavigeram vidit Vulcani occumbere prolem,
vidit et inmitem Cephisias ora Procrusten,
Cercyonis letum vidit Cerealis Eleusin.

439*sq Conr de Mure p 153*: 'Cercyonis letum—Occiditur Schinis—moenia limes'.

---

420 Ipse *e* (ille^{3}) 421 ignarus *N* 422 eburni (*corr m*) *O*, eburneo *cMedic* 423 facinus(que *add* e^{2}) *F e* ‖ exclusit *h* 424 Affugit (*corr*) *M* ‖ tenebris *ccPal* ‖ motis (uel natis *sscr*) *s* 425 quaquam (*corr*) *N* ‖ l(æ *ex a m 2*)tatur *M* 426 Attonitusque tamen geniti d. *l* ‖ est geniti d. (uel generi *sscr s*) *e g s* ς ‖ ingens *i r* F^{3} ‖ tamen //genti (ingeniti *m 2*) *N* ‖ est leti ς ‖ attonitus tantum leti discr. (*coll Aen III 685*) *Hs vulgo olim*, att. tamen est tantum d. *Jahn* 427 Admitti *cMorcti* ‖ aram (*corr m 2*) *h* 429 toro(sa *i r m 2*) // *M* ‖ uictorum (*corr* h^{3}) *h l* ‖ corpora (nua *sscr m*) *M F h l*, (ti *i r m 2*)mpora *N*, timpora *g*, cornua *e n* ς *VA vulgo*, tempora *Housman* ‖ uictis (*corr* F^{2}) *F l*, peplis *cDresd* 430 arecthidis (r^{2}) *M*, er(e *ex* i *m 2*)cthidis *N*, erechidis *F l*, erichidis *h*, erychydis *e*, erictidis *g*, ericteis *s*, Erichthidis *V*, erechtaeis ς, erechthidis ς *Plan A vulgo* 431 celebrant *cMedic* 432 m/diu (medius *et* modicus *inde m 2 et 3*) uulgus—carmin(a *ex* e *m 2*) *M* ‖ non haec carmina *Bothe* 434 (c *ex* t)retei *F* 435 suis *e et c coni ad Ibin 409 Dionysius Salvagnius Boëssius vulgo*, suā/ (sed ā *ex* i *m 2*) *F*, sua *V*, suam *cett RA* ‖ cremyona *cBersm A* 436 epidaria (u) *M*, epidaurea ς 437 occubere *N* 438 cephisias ς *Plan VA*, cephasias *g*, cepheias ς, cephesias (*fort recte, cf ad III 19*) *A R Hs* ‖ ore *M e*, hora *l*, or(a *ex* e *m 2*) *F* ‖ procrustem *e* 439 Gerionis (uel cercionis *sscr*) *s*, cercionis ς ‖ eleusin *F l* ς, eleusym *e*, eleusis (*sed cf fast IV 507*) *O h* ς ω

occidit ille Sinis, magnis male viribus usus,
qui poterat curvare trabes et agebat ab alto
ad terram late sparsuras corpora pinus.
tutus ad Alcathoen, Lelegeia moenia, limes
composito Scirone patet, sparsisque latronis
terra negat sedem, sedem negat ossibus unda;
quae iactata diu fertur durasse vetustas
in scopulos: scopulis nomen Scironis inhaeret.
si titulos annosque tuos numerare velimus,
facta premant annos. pro te, fortissime, vota
publica suscipimus, Bacchi tibi sumimus haustus.'

Consonat adsensu populi precibusque faventum
regia, nec tota tristis locus ullus in urbe est.

Aeacus. Pestilentia. Myrmidones.

Nec tamen (usque adeo nulla est sincera voluptas,
sollicitumque aliquid laetis intervenit) Aegeus
gaudia percepit nato secura recepto:
bella parat Minos; qui quamquam milite, quamquam
classe valet, patria tamen est firmissimus ira
Androgeique necem iustis ulciscitur armis.
ante tamen bello vires adquirit amicas,
quaque potens habitus, volucri freta classe pererrat.

---

440 Sinis *e codd, ut videtur, post Regium et Micyllum Hs vulgo,* scinis ς *A,* senis ***M*** ***s*** ς *V,* suis (s *alterum i r* h^2) ***F*** ***h*** ***l*** ς, senex ***N*** ***e*** ***m*** ς, ferox *R* **442** sparsuras^{u2} ***F***, sparsurus ***g*** ς **443** ad alcathoen ς *A Regius vulgo. ἀπ' Ἀλκαθόης Plan,* ad alcithoen (*scd* l *i r* ***n***) ***O***, ad alcitoen ***F***, ab alcitoen ***l***, ab alchitoe ***g***, et alcithoen ***h***, ad alchytoen *e*, ad Alcathoi *Obss II 8 Schott* ‖ lelegia (e *sscr* ***M***) ***M*** ***s*** ς, leleia ***F*** ***l*** *cSprotii* **444** Composit(o *ex* us) schyrone p(a *ex corr*)tet ***M*** ‖ (s *add* ***n*** e^2)chi(y)rone ***N*** ***e*** ‖ sparsi/que (s *eras*) ***N***, sparsis/que (is *ex* u *m 2*) ***l***, sparsique ς *Hs vulgo olim* **446** Et iactata *cBersm* **447** In copulos^{o3} ***h***, In scopulis ***M*** ‖ (s *add* ***n*** e^2)chi(y)ronis ***O*** ***e***, sironis ***g*** **448** animosque ***N*** ***h*** ς ‖ suos ***l*** **449** premant ***N*** ***e*** ***l*** ς *Hs vulgo,* prem(e *ex* a *m 2*)nt *F*, prement ***M*** ***h*** ς ω, premunt ***g*** ς **450** bach/i (bachu *vel* bachii *fuit*) ***M*** ‖ summus ***h*** **451** a(s *ex* d *m 2*)sensu ***N***, assensus ς, affectu ***l*** ς ‖ fauentem^{u3} ***M*** **452** tri(stis *i r m 2*) locu(s *i r m 2*) ***N*** **453** Nec tamen ***M*** ***e*** ς ω *vulgo,* Et tamen ***N*** ς, (Se *i r m 2*)t tamen ***h***, Sed t. ***F*** ***l***, at t. ς ‖ Sed non usque ad. ***g*** ‖ ad. nulli (*vel* nulli est ς) sincera (secura *sscr cSprotii*) ς *cSprotii Hs vulgo olim,* adeo sinc. est nulla *cBernegg* **454** Sollicitique *cMedic R Hs* **456** B//ella (B *i r m 2*) ***F*** ‖ qui(*ex* que, *ut videtur*) *i r* ***m*** ‖ qui (*i r m 2*) quaquam ***h*** **457** ualet et ***h*** ‖ fortissimus ς **459** bellum ς *Hs* **460** potens habitus ***N*** *Hs,* potens /abitus (h *eras*) ***M***, paten(t *ex* s *m 2*) aditus ***F***, patens aditus ***h*** ***l*** ***m*** ς, patent aditus ***n*** ***e*** ς ω *Jahn* ‖ classe pererrat *i r n*

hinc Anaphen sibi iungit et Astypaleia regna
(promissis Anaphen, regna Astypaleia bello),
hinc humilem Myconum cretosaque rura Cimoli
florentemque thymo Cythnum planamque Seriphon
marmoreamque Paron, quaque inpia prodidit Arnen

465*sq* (*Lact*) *Argum VII fab XXV*: Arne cum insulam Sithona [Sithon *O*], in qua genita esset, hosti Athenas oppugnanti, capta pulchritudine auri vendidisset [prouendidisset patriam *O*], ne pro meritis supplicia penderet, in volucrem monedulam est transfigurata. *cf Append* ‖ *Conr de Mure ed Bas p 267*: ‘quamque impia pr. Arnem Sitonis—nigra pedis—monedula pennis’.

461/462 *hic om, 461 post 463 add F* **461** Anaphen *Plan A vulgo*, anapen *O F h l ς*, hanapen *e*, anapem ς ‖ iunxit ς ‖ iungit et Astypaleia r. *Raph Regius A vulgo*, *καὶ τὴν Ἀστυπαλαίαν πολέμῳ συνάπτει Plan*, iungit seu (seu *virgula del*, hinc *i mg m 2*) stimphalia r. ***M***, iungit hinc stiphaleia r. ***N***, iungit (seu *i r m 2*) stimphaleia (regna *i r m 2*) ***F***, i. et stimphaleia bello *l*, iungit (et hinc *i r m 2*) stimphalia regna *h*, i. et hinc styphalegia bella *e*, i. et hinc stipheleia bello *s* ς, i. et hinc Stymphaleia *R*, i. et hinc Stimphalea *V* **462** *om F e l s* ς *Plan* ‖ Anaphen *RA vulgo*, anapen ***O*** *h* ς *V* ‖ regna Astypaleia *RaphRegius A*, regna ac stīphalia ***M***, regna acstiphaleia ***N***, regna stinphalia *h*, regna at stymphalia *R*, regna ac Stymphalea *V* **463** Hinc humilem myconum cretos aquae rurati moli ***M*** ‖ miconon *s*, myconon ς *Plan Hs vulgo olim*, My(i)conen ω ‖ cretosa(que *om*) *h* ‖ cimoli *cRhenov Regius A vulgo*, timoli ***M F h l*** ς *V*, tymoli ***N e***, *Τμώλου Plan*, thimoli ς *R* **464** *sic* (thymo Cythnon *vel* Syron *iam Hs coniecerat, hoc recepit Bothe*) *scripsi* (*cf ad V 252*) *post Riesium*² ‖ florentemque tyron (tyro ς) cy(i)prum (cypron *h* ς, s *ante* c *eras* ***N***) planamque seriphon (eriphon *fuit in* ***M***, s *add m*, zeriphon ***N F*** ς*) *A* ‖ Fl. tyrum cyprum *s*, Fl. cython *vel* ciron (tilon *cDresd*) ς, florentemque Thyren Cyprum *R*, Fl. Tyron: Cyprum *V* ‖ *Τύρον καὶ Κύπρον Plan* ‖ fl. Gyron, Siphnon parvamque (*cf V 242*, parvamque *etiam lib II ep 69 Faber*) Seriphon *Const Fanensis*, fl. Cythnon, Scyron (Syron ς *Bach*) *RaphRegius A Burm vulgo olim*, fl. viro (*Achille sc*) Scyron *vel* fl. auro (*vel* viris) Siphnon *Micyllus* ‖ fl. . . Cythnon plan. Ser. (*de voce* tyron *emendanda desperans*) *Naugerius*, fl. Syron, Cythnon (Cythnum *ed*²) plan. Ser. *Merkel*, fl. tyro Cythnon plantaque Ser. *Halieut p 46 Birt*, fl. thymo Syron plan. Ser. *Ehwald* **465***sq* marmoream(que *om*) ***M*** ‖ pharon ***F h l*** ‖ quaque *recepi* (*cf 361 et quae dixi NJhbb 1894, 776*) *ex* ς *cBersmanni*, ///quamque (qua *eras videtur*, que *a m 2*) ***N***, quamque *cett* ω *vulgo* ‖ arnen ***N h*** ς *V*, arne ***M F l L*** ς *RA Hs vulgo*, arcnen *e*, arcnem ς, arce *cBersmanni* ‖ Sithonis accepto ***N*** ς *Burm*, Scythonis acc. *e* ς ‖ *ἣν ἡ δεινὴ Σιθονὶς προὔδωκεν Ἄρνην Plan* ‖ Sithon acc. (*item, ut videtur, L*) ***M F h l*** ς, Sithon et acc. *ccBersm et Sulm*, Scythonis acc. *RV* ‖ quam quae imp. pr. Arne Sithonis acc. *post Capoferreum Ellis*, quamquam i. p. Arne Cythnon et *Micyllus*, quamque impia pr. Arne Siphnon et acc. *Hs vulgo*, qua quae imp. p. arcem Sithonis *Francius*, quaque i. p. arcem Sithonis *Burm*

Sithonis (accepto, quod avara poposcerat, auro
mutata est in avem, quae nunc quoque diligit aurum,
nigra pedes, nigris velata monedula pennis).
at non Oliaros Didymeque et Tenos et Andros
et Gyaros nitidaeque ferax Peparethos olivae
Gnosiacas iuvere rates; latere inde sinistro
Oenopiam Minos petit, Aeacideia regna:
Oenopiam veteres appellavere, sed ipse
Aeacus Aeginam genetricis nomine dixit.
Turba ruit tantaeque virum cognoscere famae
expetit; occurrunt illi Telamonque minorque
quam Telamon Peleus et proles tertia Phocus;
ipse quoque egreditur tardus gravitate senili
Aeacus et, quae sit veniendi causa, requirit.
admonitus patrii luctus suspirat et illi
dicta refert rector populorum talia centum:
'arma iuves oro pro gnato sumpta piaeque
pars sis militiae; tumulo solacia posco.'
huic Asopiades 'petis inrita' dixit 'et urbi
non facienda meae; neque enim coniunctior ulla
Cecropidis est hac tellus: ea foedera nobis'.

---

467 nunc queque *M* 468 rubra pedes *Regius* ‖ pēdes *M*, pedem *Hs vulgo olim* ‖ m(o *ex* um *m 2*)nedula *F* 469 U(t non *i r m 2*) *N*, Nec non (*fort recte*) *cDresd* ‖ At nono lyar(o *ex* u *m 2*)s *M* ‖ olearos ς *Plan RV* ‖ didymeque ς *Plan A Ehwald*, didime(ę)que *A*, Didymaeque *Micyllus vulgo* ‖ tenos ς *Plan A vulgo*, senos(o *ex* u *m*) *A V*, Xenos *R* ‖ andr(o *ex* u *m 2*)s *M* 470 giar(o *ex* u *m 2*)s *M* ‖ peparethos *h n* ς *Plan ω vulgo*, peparet(o *ex* u)s *M*, peparethon *N*, paparethos *F e s*, peparethos *l*, Prepesinthos (*coll Strabo X 485*) *praef ed² Riese* ‖ oliuae *i r n* 472 *om R* 472*sq* Cenopiam (*bis*) *F l*, Enopiam (*bis*) *N*, Oenonen *Exc Calandrae*, Oenonem *RaphRegius* ‖ peti/t *M* ‖ eacidaia *F*, eachydeia *e* 473 Oonopiam *M* ‖ ipse *add n* 475 ruunt *eSixianus* ‖ agnoscere (*corr m 2*) *M* ‖ tantaque—fama *A* ‖ famae *i r n* 476 Expetit *F l* ς, Excipit// (ur *eras*) *M*, Excipit (uel Expetit *sscr s*) *N e s* ς, Et cupit *h*, Exigit *vel* plebs cupit *Hs* ‖ occurrit *eSprot* 477 telamo(n *m 2*) *N* 478 ingreditur *cLangermanni* 480 patri(o *ex* i *m 2*) luctu/ (s *eras*) *M* 482 iuues *i r n* ‖ nato *h l* ς 484 (e *ex* a *m 2*)sopiades *N* 485 Haud fac. *ccBerol et Rhenov Hs* ‖ coniuncior *h*, coniuncior *l* 486 Cecr. est hac tellus ς *Ehwald*, Cecr. (est hęc *i r m 2*, hac *videtur fuisse*) tellus *N*, Cecr. quam est haec tellus (*fort recte*) *M*, Cecr. hac est t. *h e* ς *ω vulgo*, Cecr. quam haec est t. *praef ed Riese* ‖ Cecr. hac tellus sunt ea *F l*

tristis abit ‘stabunt’ que ‘tibi tua foedera magno’
dixit et utilius bellum putat esse minari
quam gerere atque suas ibi praeconsumere vires.
Classis ab Oenopiis etiamnum Lyctia muris
spectari poterat, cum pleno concita velo
Attica puppis adest in portusque intrat amicos,
quae Cephalum patriaeque simul mandata ferebat.
Aeacidae longo iuvenes post tempore visum
agnovere tamen Cephalum dextrasque dedere
inque patris duxere domum: spectabilis heros
et veteris retinens etiamnum pignora formae
ingreditur ramumque tenens popularis olivae
a dextra laevaque duos aetate minores
maior habet, Clyton et Buten, Pallante creatos.
Postquam congressus primi sua verba tulerunt,
Cecropidae Cephalus peragit mandata rogatque
auxilium foedusque refert et iura parentum
imperiumque peti totius Achaidos addit.
sic ubi mandatam iuvit facundia causam,

---

487 habit b^2 *M*, abit *F*, abiit *h* ‖ magno *deleto* damno *adscr* F^3, damno ς 489 suas sibi *e cVratisl* 490 (c *add m 2*)e—nopiis *l* ‖ etiamnum (nc *ex* m *m*) *M* ς *R vulgo*, etiam nunc (iam nunc *inde n*) *N cett VA* ‖ lic(ia *i r m 2*) *N*, litia *F h*, lythia *e*, lictia *l*, Lycia *R* 491 uento ς *Burm* 492 classis *cSprot* ‖ in portusque ς *Hs vulgo*, in portus (que *eras*) *N*, in portus intrat *M* ς, in po////////// micos *F*, et portus intrat ς* *g* ς *VA* 493 Que ze^1phalum patrieque sim/////// ferebat *F* ‖ cephal(on *i r*) *e* 494 longo *i r n* ‖ iuuenes //////// (*omnia ad finem versus erasa*) *F* ‖ iuuenes longo *cVratisl VA* 495 zephalum *F* ‖ dederunt *e* ς 496 Imque *M*, Iamque *h* ‖ domum d. patris *F* 497 etiamnum (nc *ex* m *m*) *M* ς *ω vulgo*, etiamtum *N*, etiamnunc *F h l* ς *VA* ‖ pignera *F* ‖ et ueteris etiam retinens nunc fędera *e* ł pignora *i mg* e^2 498 ramum(que *add m 2*) t. p(o *ex* u *m 2*)pularis n^2 *M* ‖ tenes *F* ‖ candentis *cGronov*, canentis ol. *Hs* 499 A dextra *h* F^3 ς *RA vulgo*, Et dextra *F cett V* 500 Maior abest cliton et buten palla/ıte (a *alterum i r m 2*, lan *i mg eadem*) *M* ‖ habet *i r* F^3 ‖ bruten ς, *Βούψην Plan*, Bryton *De regno Att II 6 Meursius* 501 *sic* ς *Hs vulgo*, congress(us *i r m 2*) *N*, congressu s^2 *h*, congressi//(us *fuit*) *M*, congressi *e* ς *Plan VA* ‖ congressi primo (uel congressu primi *sscr s*) *s* ς, congressi primi ς *Plan*, congressi primum *F l* ς, congressu primo ς ‖ congressu primo s. v. t. Cecropidae, Ceph. *distinx Jahn* ‖ tulere *g* 502 Cecropidum *Hs vulgo olim* ‖ zephalus—rogat(que *om*) *F* ‖ peregit *l* 503 paren(tum *i r m 2*) *N* 504 pati *l* ‖ tocius (c *i r* F^2) *F h* ‖ Achaeidos *A* 505 iuuit *i r n*

Aeacus, in capulo sceptri nitente sinistra,
'ne petite auxilium, sed sumite', dixit 'Athenae!
nec dubie vires, quas haec habet insula, vestras
dicite et omnia quas (rerum status iste mearum) . . .
robora non desunt, superat mihi miles et hostis;
gratia dis, felix et inexcusabile tempus!'
'immo ita sit', Cephalus, 'crescat tua civibus opto
urbs!' ait, 'adveniens equidem modo gaudia cepi,
cum tam pulchra mihi, tam par aetate iuventus
obvia processit. multos tamen inde requiro,
quos quondam vidi vestra prius urbe receptus.'

---

506 incapno F ‖ cap. sceptri e^2 l^2 ς *Plan Hs vulgo*, cap. regni(*sed* i *i r* ***m***) A, in sceptro regni ***s*** ς ‖ *capulum regni esse sceptrum putat Vollmer* ‖ sinistr(a *i r* ***m n***, o *fort fuit*) ***O*** 507 sed dixit sumite ***e*** 508 dubiae *VA* 509*sq* Dicite A *RV Plan*, Ducite e^2 ς A *Hs vulgo* ‖ et omnia quae (rerum status iste mearum) . . . *librum* ***M*** *secutus scripsi . atque ut lacunam unius versus post Riesium et Ehwaldum indicavi, sic ipse parenth* (*cf 486 trist I 9, 37 ex P I 10, 17*) *posui* ‖ et omni(s *m 2 ex* a) quæ rerum status iste mearum (*supra* mearum *ras quinque fere litt*) ***M***, et om(nis e *i r m 2*)at rerum status iste mearum ***N***, et omnis ait(eat *sser* F^2) rerum s. i. mearum F ***l*** ς R, et omnis eat rerum s. i. m. ***h e g*** ς *VA* 511 510 F ς *Plan* 510*sq* robora—hostis] *sic fidem optimorum librorum secutus scripsi.* hostis (*i e numerum hostium*) *esse accusativum apparet. de* et *praeter consuetudinem poetae posito cf VIII 770* ‖ superest ***s*** ‖ et hostis ***N e g*** ς, et hostis/ (s. abē *sser m 2*) ***M***, et hosti F ***h l e***^{2} ***s*** ω, et hoc est *Exc Calandrae* ‖ Ducite: communis rerum status iste mearum est—Robora non desunt: superat sat militis, hospes *Hs*, Ducite, et, ut rerum nunc est status i. mearum, Robora non desunt; superat mihi miles in hostem *Burm*, Ducite et (o maneat rerum status i. mearum!) Robora non desunt; superat mihi miles, et hoc est (Gratia dis!) felix et i. tempus (*cf Adv cr II 85 Madvig*) *Gronovius*, Ducite! ut omnis eat (rerum status i. mearum!), Robora non desunt, superat mihi miles, ut hosti [*i e ut omnis—sc haec insula, h. e. omnes eius incolae—vobiscum eat: tamen—qui rerum mearum status est—robora mihi non desunt, ut eui milites eodem modo superent quo hosti, Minoi*] *Vind p 70 Bothe*, Ducite: et omnia habet . rerum status iste mearum, Robora non desunt; superat mihi miles et hosti *Merkel*^{2}, Ducite; et omnia quae (= ***M***) rerum status iste mearum . . . . Robora non desunt: superat mihi miles et hostes *Riese, versum excidisse huius fere argumenti* suppeditat votis sint convenientia vestris *censet idem*, Ducite et omnia quae rerum subit esse mearum *Stange*, Ducite. non desunt (rerum status iste mearum) Robora. Minoi superat mihi miles et hosti *Korn*, Ducite et omina sint (rerum st. i. m., gr. dis; felix et i. t.!), robora—mihi miles'. et hospes 'immo' *sq Vollmer* 511 gratia diis l ‖ felix sum et ***g*** 512*sq* sit// (ut *sser m 2*) ***M*** ‖ zephalus F ‖ immo ita: sic, Cephalus, crescat—ait: ut veniens—cepi *Hs* ‖ immo ita! sed *Bothe* 513 (Urbs ait ad *i r m 2*)veniens ***N*** ‖ Res ait ς *Hs vulgo olim*

Aeacus ingemuit tristique ita voce locutus:
'flebile principium melior fortuna secuta est.
hanc utinam possem vobis memorare sine illo!
ordine nunc repetam; neu longa ambage morer vos:
ossa cinisque iacent, memori quos mente requiris.
et quota pars illi rerum periere mearum!
Dira lues ira populis Iunonis iniquae
incidit exosae dictas a paelice terras.
dum visum mortale malum tantaeque latebat
causa nocens cladis, pugnatum est arte medendi:
exitium superabat opem, quae victa iacebat.
Principio caelum spissa caligine terras
pressit et ignavos inclusit nubibus aestus;
dumque quater iunctis explevit cornibus orbem
Luna, quater plenum tenuata retexuit orbem,
letiferis calidi spirarunt aestibus austri.

---

531 *Priscianus X 48*: in 'xo' duo inveniuntur o in 'ui' convertentia in praeterito: 'texo texui' . . Ovidius in VII metamorphoseon: 'Luna quater plenum tenuata retexuit orbem'.

---

517 voce profatus *cMoreti*, v. profatur *Bothe* 518 meli(or *i r m 2*) f. s(e *i r m 2*)cuta est ***N*** ‖ //$^{se^2}$cuta (lo *eras*) est ***M***, sequetur ς *Hs* 519 ut̄ (utinam?) ***h*** ‖ uobis possem ***e*** ς ‖ sine illo *cParis 8001 R et ex Schepperi coni Gierig vulgo*, sine /illo ***N***, sine (u *ex* i)llo ***h***, sine ullo *cett* ω ‖ memorare! sine ullo Ordine *distinxerunt VA Hs*, memorare sine ullo Ordine. ne repetam neu *coni idem*, Omnia ne repetam neu *Bentley* 520 referam *Schepperus* ‖ morer uos ***e*** ς *RV vulgo*, morer te ς, (m *i r m 2*)orer (uos *add m 2*) ***N***, morer /// (uos *i r m 3*) ***F***, moreris /|/ (s *dignoscitur*) ***M***, moreris (*fort recte, cf her 13, 3*) ***h l*** ς *R* 522 Heu (*ex corr*) quota ***h***, Hei quota *Bothe* ‖ illi ***e*** ς *VA vulgo*, illic (c *eras* ***N***) ***O F h l e***^{2} ς *R* 523 populis ira ς *VA* 524 Excidit ς ‖ terras a p. dictas ***h p s*** ‖ pel(ic *ex* u)e ***M*** ‖ dictas appaneide ***p*** 525/527 *post 551 ita ut scriberet* quae ut uicta iacebat, pervenit *transp Bothe* 525 Dum uisum (est *s l m 2*) ***N***, uisum est ***e*** *ccDresd et Senat* ω, Dum malum est ***s*** 526 causa recens ς, causa potens *Bothe* ‖ pugna/tum ***N*** ‖ medenti *in Mscr Diez 1075 Hs* 527 opem (*ras unius litterae supra* m) quae uicta iacebat ***M*** *Hs vulgo*, opem uicteque iacebant ***l***, opes (s *ex* m ***F***^{2} ***n***) uicteque iacebant ***N F h e*** ς, opes uictaque iacebant ***R***, opem, spes victa iacebat *vel* victa arsque iacebant *in Mscr Diez 1075 Hs*, opes, artesque iacebant *Bach* ‖ exitium superabat, opes victaeque *Jahn* 528 spiss(a *i r m 2*) ***e***, spissa(s *add m 2*) ***F*** 529 noctibus *Merkel*^{2} 530 D/ū/q: (D *ex* C *m 2*) ***M*** ‖ quater iunctis (*cf II 344*) ς *Hs vulgo*, quater (pl *i r m 2*)enis ***e***, quater plenis ***A*** ω ‖ quater plenum compleuit *cSulmon* ‖ plenis impleuit ς ‖ orbem *i r* ***F***^{2} 532 Letiferi calidis *cVratisl* ‖ spirabant ς ‖ flatibus ς *Hs vulgo olim*

constat et in fontis vitium venisse lacusque,
miliaque incultos serpentum multa per agros
errasse atque suis fluvios temerasse venenis.
strage canum primo volucrumque oviumque boumque,
inque feris subiti deprensa potentia morbi.
concidere infelix validos miratur arator
inter opus tauros medioque recumbere sulco;
lanigeris gregibus balatus dantibus aegros
sponte sua lanaeque cadunt et corpora tabent.
acer equus quondam magnaeque in pulvere famae
degenerat palmas veterumque oblitus honorum
ad praesepe gemit leto moriturus inerti.
non aper irasci meminit, non fidere cursu
cerva nec armentis incurrere fortibus ursi.
omnia languor habet: silvisque agrisque viisque
corpora foeda iacent, vitiantur odoribus aurae.
mira loquar: non illa canes avidaeque volucres,
non cani tetigere lupi; dilapsa liquescunt
adflatuque nocent et agunt contagia late.
Pervenit ad miseros damno graviore colonos
pestis et in magnae dominatur moenibus urbis.

545*sq* *Seneca De ira I 3, 5*: non est quod credas illi, qui dicit: 'Non aper irasci—fortibus ursi'.

---

533 fontis $^{e^2}$ *N*, fontes *cett vulgo* 534 Milliaque ς *VA*, mille per *e cSenat* 535 uitiasse *cGronov*, uiolasse (uel temerasse *sscr* *s*) *s* ς 536 prima ς *R Hs vulgo olim* ‖ ouiumque *N* ς *cSprotii R*, auiumque *M X VA* 537 Inde feris *praef ed Riese* ‖ subito morbi est *e* ‖ deprehensa *h* 538 Concid(ere *i r m 2*) *N* ‖ ualidis (*corr*) *h* ‖ corpor(a *ex* e) ta(bent *i r m 2*) *F* 543 *del Merkel*^{2} ‖ Degene(rat *i r m 3*) *F*, Deg. palm(as *i r m 2*) *h*, Deg. palmae ς *R*, Degener ad palmas (*'ut sit palma pro studio ipso cf Catullus 62, 11' in Mscr Diez 1069 Hs*) ς, degener et palmae *Capoferreus* ‖ oblitus avorum *Faber* 544 leto mor. (*cf VIII 518*) ς *R vulgo*, longo mor. *O F h l* e^2 ς, morbo mor. *e* ς *ω* ‖ morbo periturus *cSprotii*, languore *vel* torpore obiturus *Hs*, tabo perit. *Burm* 545 nec fidere *e* ς *Hs vulgo olim* 547 langor *M F*, plangor *N l* ‖ siluis(que *om*) agrisque ς, agrisque iugisque ς 548 corp. f/da *F* ‖ ui/uantur (*corr m 2*) *M* ‖ od. herbae ς 549 loquar $^{o^2}$ *M*, loquor *s* ς *Hs vulgo olim* 550 Nec cani *s* 551 Afflatu(que *add m 2*) *M* 553 in magnis *ccMenardi et Voss* ‖ dominaṇtur *F*

viscera torrentur primo, flammaeque latentis
indicium rubor est et ductus anhelitus; igni
aspera lingua tumet, tepidisque arentia ventis
ora patent, auraeque graves captantur hiatu.
non stratum, non ulla pati velamina possunt,
dura sed in terra ponunt praecordia, nec fit
corpus humo gelidum, sed humus de corpore fervet.
nec moderator adest, inque ipsos saeva medentes
erumpit clades, obsuntque auctoribus artes;
quo propior quisque est servitque fidelius aegro,
in partem leti citius venit, utque salutis
spes abiit finemque vident in funere morbi,
indulgent animis et nulla, quid utile, cura est:
utile enim nihil est. passim positoque pudore
fontibus et fluviis puteisque capacibus haerent,
nec sitis est exstincta prius quam vita bibendo.

561*sq* inque ipsos saeva—in crimine parvus] *citat Vincent Bellovac Spec hist VI 117.*

---

554 torquentur *h* ‖ flammaeque latentis ***M l R Hs vulgo***, flammaque faceque ***N***, flammisque fatiscunt ***F h e g m ς*** *VA Jahn* 555 *i mg* ***N*** ‖ I(n *ex* u)dicium ***N*** ‖ igni ***M***, igni ***l***, igne ***h ς***, igni (uel oris uel ore *sscr*) ***s***, oris *vel* ore ***ς*** ‖ et adustus anh. igni *cDresd Lindemann* ‖ *post* anhelitus *inciderunt Barth* (*ad Stat Theb IV 756*) *et Ehwald* ‖ durus anhelitus *Barth* ‖ ductus anh. aegre *Hs vulgo olim*, ductus a. ingens (*coll V 616*) *Zingerle*, ductus anh. igneus *Loers*, anhelitus aridus igni *Housman* 556 lingua manet *R* ‖ trepidisque ***N h ς*** ‖ arentia flammis ***F***, trep. ar. auris ***h***, tep. ar. uenis ***l ς*** *Jahn*, trep. a. uenis (*coll VI 389*) *inde Hs* 557 greues (*corr*) ***F***, graui *cBas* 559 dura sed in t. *recepi ex A Plan ω*, nuda sed in t. *post Schepperum Bentley*, dura sed terra *post Ochsnerum* (*cf ed Bachii II p 540*) *Madvig*, sed dura terra (*sed cf IX 508 trist I 2, 109*) *Ehwald* ‖ dura *est 'unempfindlich'*; *non curant aegri terrae duritiem aut frigus, cf Hermes XXXIX 44*) ‖ ponunt *i mg* ***l***^{2} ‖ ponuntur corpora *praef ed*^{2} *Riese* ‖ nec sit ***M*** 561 Ne(c *postea insertum*) moderat(o *ex* u *m2*)r ***M*** ‖ inqı// ipsos ***l*** 562 Prorumpit *cGoth* ‖ absuntque *Vincent Bell* ‖ au/toribus ***F*** 563 Quo prior quisquam est ***N***, quis(que *om*) ***l*** ‖ egro *i r* ***n*** 564 utque ***ς*** *Hs vulgo*, inque (ut *sscr m 2*) ***M***, (at *i r m 2*)que ***F***, atque ***N m h g e ς ω***, hincque ***l***, huicque *cSenat R* 566 et nulla *i l* ***F***^{2}, et nulla qu. u. c. est (ł nulla quibus utile cura *sscr m 2*) ***e*** 568 Montibus (*corr m 2*) ***M*** ‖ fluuiis *eras in* ***F*** 569 *del Merkel*^{2}, *post 571 transp p 76 Bothe* ‖ Nec sitis est extincta prius ***N ς*** *VA*, Nec prius est extincta sitis ***ς*** *Hs*, Nec sitis extincta prius est *cett R*

inde graves multi nequeunt consurgere et ipsis
inmoriuntur aquis: aliquis tamen haurit et illas.
tantaque sunt miseris invisi taedia lecti:
prosiliunt, aut, si prohibent consistere vires,
corpora devolvunt in humum fugiuntque penates
quisque suos, sua cuique domus funesta videtur,
et quia causa latet, locus est in crimine parvus.
semanimes errare viis, dum stare valebant,
adspiceres, flentes alios terraque iacentis
lassaque versantis supremo lumina motu;
membraque pendentis tendunt ad sidera caeli,
hic illic, ubi mors deprenderat, exhalantes.
quid mihi tunc animi fuit? an quod debuit esse,
ut vitam odissem et cuperem pars esse meorum?

570/571 *del Hs* ‖ Iamque gr. multi *cCantabr*, gr. morbo (multi *sscr* e^2) *e cSprot* ς *VincBellov VA* ‖ alius tamen *cJunian Burm*, aliquis tunc *Hs* ‖ hauriet illas ***N*** ‖ ill(i *ex* a *m 2*)s ***M*** **572** ł lecti^2 leti ***e***, leti *ccSenat et Vratisl Vinc Bellov* **573** conf(ug *i r*)ere ***h***, consurgere ***g*** ς **574** que *om F* **575** Quique ***N***, Qui/(que *i r*) ***l*** **576** *dell post Hs Merkel*^{2} *et Polle* ‖ Et quia que ***F*** ‖ crim. paruus (s *i r n*) ***O l*** ς, crimine ///// (*ultimum vocab non exstat*) ***F***, crimine prauo ***g*** ς, cr. paruo ς, cr. solus ς *Bach*, cr. notus ***h e m n*** ς ω *vulgo olim*, cr. totus ς *Vinc Bellov*, cr. magno ς, cr. morbi (uel mortis *sscr s*) ***s*** ς ‖ crimine. votis Sem. orare piis *Waddel* ‖ latet, l. est in cr., morbi . Semianimes *Baumg-Crusius* ‖ in crimine . notis (*vel* totis) *Hs* ‖ crimine, mortis *praef ed*^{2} *Riese*, crimine . partim (‘*videtur latere voc, quod respondet voci* alios’) *Korn*, crimine . multos *Sedlmayer* **577** semianimes errare alios *ed 1894 Lejay* ‖ stare nequibant ***s*** **578** terraeque ς *Hs vulgo olim* ‖ iacentis (*cf 579*) *scripsi*, iacentes ***A*** ω *vulgo* **579** uersantis ***N***, uersantes ***n*** *cett* ω *vulgo* **580** *del* (*coll VI 246sq*) *Hs* **580/581** *del* (*Emend p 219*) *Schrader* ‖ pendentis (ł es *sscr* e^2) tendunt ad s. cęli (ł łeti ł cęli i. aeris *sscr* e^2) ***h e*** ς *VA vulgo* ‖ pendentis tendentia sidere laeti ***M***, p. tendentes ad sidera laeti *inde* ***m***, pendentis (tendunt ad sidera caeli *i r m 2 et 3*) ***N***, p. tend(unt *i r m 3*) ad (*i r m 2*) sydera (ceeli *i r m 2*) ***F***, p. tendencia sidere leti ***l*** ‖ perdentis *Riese* ‖ *lectio vulgata vix tolerabilis* **581** “Illic “hic ***h*** ‖ deprehenderat ***h***, dependerat ***l*** ‖ exalantes ***F h l*** ‖ Hic ubi mors animam d. exhalantes *coni* (*dubius an versum deleret*) *Hs*, Atque animam hic ubi *in Mscr Diez 1075 idem* **582/583** *post 613 transp Lenz* **582** an quod (*cf V 626*) *ccBerol et Urbinas Hs vulgo*, an (ut *sscr* ***m***) quid ***O***, aut quod ***h***, aut quid ***F e l*** ς ω **583** Ut (*i r* F^2 h^2) uitam odissem (odisse *R*) ***F h e*** ς *cLeid Voss Hs* ω *vulgo*, Ut uitam obissem (*corr*) ***N***, Uita ut mouissem ***M***, Ut Uitam ut ł odissem mouissem *inde* ***m***, Ni uitam od. ***l g*** ς ‖ et *om* (*fort recte*) *cBersmanni* ‖ par ***O***, pars *om* (*add m 3*) ***h***

quo se cumque acies oculorum flexerat, illic
vulgus erat stratum, veluti cum putria motis
poma cadunt ramis agitataque ilice glandes.
Templa vides contra gradibus sublimia longis:
Iuppiter illa tenet. quis non altaribus illis
inrita tura dedit? quotiens pro coniuge coniunx,
pro gnato genitor, dum verba precantia dicit,
non exoratis animam finivit in aris,
inque manu turis pars inconsumpta reperta est!
admoti quotiens templis, dum vota sacerdos
concipit et fundit purum inter cornua vinum,
haud exspectato ceciderunt vulnere tauri!
ipse ego sacra Iovi pro me patriaque tribusque
cum facerem natis, mugitus victima diros
edidit et subito conlapsa sine ictibus ullis
exiguo tinxit subiectos sanguine cultros.
exta quoque aegra notas veri monitusque deorum
perdiderant: tristes penetrant ad viscera morbi.
ante sacros vidi proiecta cadavera postes;
ante ipsas, quo mors foret invidiosior, aras
pars animam laqueo claudunt mortisque timorem

---

604 *sq Scholia in Lucan II 154 Us*: Ouidius 'pars animas l. claudunt—uenientia fata'.

---

584 //flexerat (re *eras*) ***M*** ‖ illi/c ***F*** 585 putrea (*corr* ***m n***) ***O*** ς, patria (*corr m 2*) ***l***, putrida ***g*** ς *cSprotii*, mitia *Hs* 586 agitataeque ς *VA* 587 uide(s *i r m 2*, nt *eras*) ***M*** ‖ celsis *cMoreti* 589 dedit ***A*** ω *vulgo*, ł tulit² dedit ***M***, tulit *cGronovii Hs vulgo olim* 590 ġnato ***M***, nato ς* ς ‖ dicit² xit ***M***, dixit ***N l*** ς, fundit *vel* fudit ς 591 exor/atis (t *eras*) ***M*** ‖ uitam fin. *cBersm R* ‖ profudit in *cRegius Bothe* 592 Inqui//—inconcussa² incremata ***l***, in(consum *i r m 2*)pta ***F*** 593 Ammoniti ***M***, Admo//ti *inde* ***m***, Admoti/ (s *eras*) ***N*** 595 Hau(d *ex* t *m 2*) ***F*** ‖ inspectato ***N*** 596 Ip(s *ex corr m 2*)e ***M*** 597 duros ***e*** 599 tinguit ***F h l*** ς, Tingit (Exiguo *om*) ***M*** ‖ subiectos effuso s. cultros ***M*** ‖ Latos ha(ud *i r m 2*) tangit subiecto(s *add m 2*) s. c. ***N*** 600 Exta quoque egra notas (*cf quae dixi NJhbb 1894, 647*) ***N***, Quoque egri notas ***M***, Fibra quoque (a)egra notas ***m X*** ω *vulgo* 601 Perdiderant (n *virgula del* ***m***) ***O***, Perdiderat ***F*** ς* ς, Prodiderat ς *Hs vulgo olim* ‖ (uisce *i r m 2*)ra ***N*** 603/604 *sic* (*cf IV 561*) *distinx post Regium Gierig*, *post* aras *incidunt vulgo* 604 animas *Scholia in Lucan*

morte fugant ultroque vocant venientia fata.
corpora missa neci nullis de more feruntur
funeribus (neque enim capiebant funera portae):
aut inhumata premunt terras aut dantur in altos
indotata rogos. et iam reverentia nulla est,
deque rogis pugnant alienisque ignibus ardent.
qui lacriment, desunt; indefletaeque vagantur
natorumque virumque animae iuvenumque senumque,
nec locus in tumulos, nec sufficit arbor in ignes.
Attonitus tanto miserarum turbine rerum
„Iuppiter o!“ dixi, „si te non falsa locuntur
dicta sub amplexus Aeginae Asopidos isse,
nec te, magne pater, nostri pudet esse parentem,
aut mihi redde meos aut me quoque conde sepulcro!“
ille notam fulgore dedit tonitruque secundo.
„accipio, sintque ista, precor, felicia mentis
signa tuae!“ dixi: „quod das mihi, pigneror omen.“

---

607 nullae capiebant *ccBerol et Medic Bentley* ‖ etiam *i r* e^2 **610** pugna est *Polle* ‖ alienis(que *om*) ς* **611** Quin lacrimet (*corr m 2*) ***h***, lacrime(nt *i r m 2*) ***F***, Quid lacrime ***g*** ‖ ua/gantur (n *cras*) ***M***, feruntur ***N*** **612** Natorumque uirumque an. *recepi ex A Plan* ‖ Natorum matrumque anime *duo Heinsiani R*, Natorumque utrumque *cMedic* ‖ Natorumque matrumque *VA*, Natarum matrumque *Hs vulgo olim*, Natorumque patrumque (*cf Scn Oed 53sq*) *coni Hs*, Natorum patrumque *p 39 Rappold*, Natorum nuruumque *Burm*, Natorum queribundae an. *Merkel*², matrumque nuruumque an. (*coll XII 210*) *Polle* ‖ *deesse dicit poeta, qui defleant natos maritosque* (*mulieres sc, cf VIII 527 georg IV 475 Aen II 797 Silius II 490*) **613** in tumulos ς *A Raph Regius vulgo, οὔτε τόπος πρὸς τύμβους ἀποχρῶν Plan*, in tumulo est *A RV* ‖ igni$^{es^2}$ ***N***, ignem ***e*** ‖ *cf Sen Oed 68 Ilias Lat 47* **615** locuntur ***M F h l***, loquuntur *cett vulgo* **616** dicta sub ampl. aeg. as. isse ***M*** ς *Hs vulgo*, Isse sub amplexu/ sopidos (quondam *i r m 2*) eginę ***N***, Isse sub ampl. quondam asop. aeginae ***g*** ς *RV*, Isse s. a. qu. (a *add m 2*)sopidos egin(e *ex* i *m 2*) ***F***, I. s. a. qu. asopydos egynę ***e***, I. s. a. qu. assopidos egenis ***l***, I. s. a. qu. asopidos egine ***h*** *RV*, Isse sub amplexus aeginae asopidos olim ***p*** ς *cSprotii Plan Regius*, Isse sub a. aeginae as. ignem (*cf VI 113*) ς, Aeginae amplexus quondam sub As. isse *A mg ed Gryph*, Isse sub a. quondam As. ignem (*coll IV 535*) *Bach*, dicta sub amplexus quondam isse As. ignem *Lindemann* **618** redde sepulchro *cSprotii* **619** tonitrumque ***l*** ς, tonitru/que ***N*** ‖ tonitrusque secundos *cSprotii*, tonitrusque secundum (*corr* F^3) ***F l*** ς ‖ notam fulgurque dedit tonitrumque secundum *Hs* **620** que *om* ***h*** *ccSprotii Berol Dresd* **621** *sic fere* ***M*** ς *vulgo* ‖ di/xi/—pigner(o *ex corr*)r ***M***, qu(i *i r m 2*, e *vel* o *fuit*) das mihi pigne(ra numen *i r m 2*) ***N***, quod des mihi pignore n(u *ex* o *m 2*)men ***F***, quod das mihi pignoris omen ς *R*, quod
ris^1 omen^1

Forte fuit iuxta patulis rarissima ramis
sacra Iovi quercus de semine Dodonaeo:
hic nos frugilegas adspeximus agmine longo
grande onus exiguo formicas ore gerentis
rugosoque suum servantes cortice callem.
dum numerum miror, „totidem, pater optime“ dixi,
„tu mihi da cives et inania moenia supple!“
intremuit ramisque sonum sine flamine motis
alta dedit quercus: pavido mihi membra timore
horruerant, stabantque comae; tamen oscula terrae
roboribusque dedi, nec me sperare fatebar;
sperabam tamen atque animo mea vota fovebam.
Nox subit, et curis exercita corpora somnus
occupat: ante oculos eadem mihi quercus adesse
et rami totidem, totidemque animalia ramis
ferre suis visa est pariterque tremescere motu
graniferumque agmen subiectis spargere in arvis;
crescere † desubito maius maiusque videri

---

des m. pignoris o *l*, quod das m. pign(oris omen *i r m 2*) *h*, quę (ł quod²) das m. pignora numen *e*, quae das mihi pignoris omen (ł ris² omen²) ς *VA*, quae (quod *alii*) das m. pignora numen ς, qui das mihi p. certa *cGoth* **622** (i *i r m 2*)uxta *F* ‖ latissima ramis *Hs*, clarissima *vel* altissima *Burm*, sparsissima *ad Lucr II 319 Wakefield*, celeberrima *Bothe*, gratissima *Misc cr VI 29 Klotz, sed cf XIV 337* **623** iouis *p* ‖ ǃdadonę eo *N* **624** (H *ex* S)ic nos *M*, huc nos *Bothe* ‖ frugiferas *s* ς ‖ ordine longo *e* ς, agmine denso *ccAmbr et Med* **625** gerent(e *ex* i *m 2*)s *N*, gerentes *cett vulgo* **628** suple *h*, reple ς *Hs*, comple ς **630** pauore *g*, tremore ς **632** sp(e *ex* a *m 2*)rare *M* ‖ fateb(a *ex* o *m 2*)r *F* **633** ferebam *F cBersmanni* **634** et (somnu *i r*)s exercita c. curis *e* ‖ exterrita *cDresd* **636** Et rami totidem *e* ς ω, καὶ τοσοίδε κλάδοι *Plan*, Et totidem rami *h g cBersmanni*, Et ramos totidem ς *Hs vulgo*, Et totidem ramos *cDresd* ‖ Et totidem pro formicis animalia ramis *l*, Et promitt(ere (rami²) *i r m 2*, promitti/ *videtur fuisse*) idem totidemque a. r. *M*, Et (rami totidem *i r m 2*, pro *sub ras dignosci potest*) totidemque a. r. *N* ‖ Et promittiidem (totidem rami³) totidemque *i r F*², Et promittit idem *cViviani* ‖ Et promittere idem (‘*significatu proprio, quo arbor ramos promittit apud Columellam, se promittit apud Plinium*’) *praef p XXIII Merkel*², Et ramis totidem *cBerol R Ehwald*, Et frondere itidem *Polle* **637** tremescere *F* ς, trem(i *ex* e *m n*, *i r n*)scere *O*, tremiscere *cett* ω *vulgo* ‖ parilique tremiscere *Hs vulgo olim* **638** granigerumque *e* ‖ in agris *s* **639** *sic M R* ‖ Cresc. desubito maius m. uidetur *e*, Cr. dehinc subito m. m. ui(detur *ex corr*, *fort a m 2*) *h*, Cr. dehinc (dein *unus Ciofani*)— uidetur *g* ς, Crescere (quod *i r m 2*) subito maius m. uideri *N*, Crescere quod

ac se tollere humo rectoque adsistere trunco
et maciem numerumque pedum nigrumque colorem
ponere et humanam membris inducere formam.
somnus abit, damno vigilans mea visa querorque
in superis opis esse nihil. at in aedibus ingens
murmur erat, vocesque hominum exaudire videbar
iam mihi desuetas. dum suspicor has quoque somni
esse, venit Telamon properus foribusque reclusis
„speque fideque, pater“ dixit, „maiora videbis:
egredere!“ egredior, qualisque in imagine somni
visus eram vidisse viros, ex ordine talis
adspicio noscoque. adeunt regemque salutant.
vota Iovi solvo populisque recentibus urbem
partior et vacuos priscis cultoribus agros
Myrmidonasque voco nec origine nomina fraudo.
corpora vidisti; mores quos ante gerebant,
nunc quoque habent: parcum genus est patiensque laborum
quaesitique tenax et quod quaesita reservet.
hi te ad bella pares annis animisque sequentur,

---

651 *Dracont Romul VIII 379*: regemque salutant.

656*sq* *Vinc Bellov Spec hist VI 117*: ‘Formicae paruum genus est patiensque laborum: Quesitique tenax’.

---

subito maius m. nidetur (uideri *alii*) *F l ς*, *κἀντεῦθεν ἐξαίφνης αὐξάνειν τοῦτο δοκεῖ καὶ μεῖζον ἑαυτοῦ γίνεσθαι Plan*, Cr. dum subito *cSprot*, Cr. quod subito et ς *Hs vulgo* ‖ C. dehinc subito et maius m. videri *coni Hs* ‖ Crescere desubito in maius maiusque (*cf IV 661*) videres *conieci*; *certe vulgatam* Crescere quod subito et maius maiusque videri *librorum bonorum auctoritate carentem ferri non posse apparet propter illud* visa est—videri 640 asistere *h*, insurgere *cDresd* 642 et *om* (*add m 2*) *M* ‖ ponere/ (i *i r m 2*) hum. *N* ‖ indc²uere *F* 644 sed in *e* ς ‖ at moenibus ς 645 noces(que *add m 2*) *N* 646*sq* somni Ecce uenit ς *Hs*, Esse uenit (Ecce meus *sscr*) *s*, somnum Esse u. *cAmbros* ‖ properans *s cSprot* ς ‖ reclausis *N* 649 qualisque *F*, qualesque *n cett vulgo* ‖ imagine noctis *Burm* . 650 talis *scripsi*, tales *A ω vulgo* 651 Aspicio nos hi(i)que adeunt *F l* ς, Asp. nos (moxque *i r m 2*) adeunt *h*, Asp. nos mox ad. ς, A. agnoscoque . adeunt *Hs* 653 Patior r²*M* 654 Mirmidonesque *h* ‖ nom. fallo *ccSprotii et Voss* 655 uidistis *p* ς ‖ regebant *M*, gerebant *i mg m* 656 paruum g. est *Vinc Bellov* ‖ habent parcumque genus pat. ς *R Hs* ‖ laboris *h* 657 et qu(o *ex corr m 1*)d *M* ł qui *sscr m* ‖ reseru(æ *ex* a *m 2*)nt *M*, reseruat *h* ‖ et qui qu. reseruet *cRhenov*, et qui qu. reservent *inde Hs vulgo olim* 658 Isti ad *M h*, I (*corr m 2*) te ad *l* ‖ Hii te—animis annisque *N* ‖ sequentur u²*M*, secuntur *F l*, sequuntur *e*

cum primum qui te feliciter attulit, eurus'
(eurus enim attulerat) 'fuerit mutatus in austros'.
Talibus atque aliis longum sermonibus illi *Cephalus et Procris.*
inplevere diem; lucis pars optima mensae
est data, nox somnis. iubar aureus extulerat Sol
(flabat adhuc eurus redituraque vela tenebat):
ad Cephalum Pallante sati, cui grandior aetas,
ad regem Cephalus simul et Pallante creati
conveniunt; sed adhuc regem sopor altus habebat.
excipit Aeacides illos in limine Phocus
(nam Telamon fraterque viros ad bella legebant),
Phocus in interius spatium pulchrosque recessus
Cecropidas ducit, cum quis simul ipse resedit.
Adspicit Aeoliden ignota ex arbore factum
ferre manu iaculum, cuius fuit aurea cuspis.
pauca prius mediis sermonibus ille locutus
'sum nemorum studiosus' ait 'caedisque ferinae;
qua tamen e silva teneas hastile recisum,
iamdudum dubito: certe si fraxinus esset,
fulva colore foret; si cornus, nodus inesset.
unde sit, ignoro, sed non formosius isto
viderunt oculi telum iaculabile nostri.'

---

660 e/m (u *eras*) attulerat f. mutatos ***M*** ‖ austrum (t os *sscr* ***n***) ***N*** ς *et c coni (sed cf VIII 3) Polle*, austro *ccCantabr et Voss* 661 magnum ***g*** 662 lucis pars optima *recepi ex* ***A*** *ω*, l. pars ultima ς *cSprotii Hs vulgo; sed rectissime vesper, cum sol iuga demit bobus fatigatis amicum tempus quietis agens mortalibus aegris, lucis pars optima dicitur* ‖ p. maxima ς, *τὸ πλεῖστον τῆς ἡμέρας Plan*, p. cetera *ap Fabrum II ep 71 Schepperus*, p. extima *Suspic III c 4 Gruter* ‖ mensis *cDresd* 663 niueum iubar ext. ς 664 *parenth posui* ‖ redituraque la// ***M*** ‖ uela *i r* ***n*** 665 *i mg* ***N*** ‖ cephalon ς ‖ pallent(e *ex* i) ***M*** ‖ grandio(r *m 2*) ***l*** 666 pallant(ae *ex* a *m 2*) ***M***, pali/ante (i *ex* y) ***l*** 668 focus ***M*** 669 (l *i r m 2*)egebant ***F***, gerebant ***N***, regebant ***l***, monebant ***e***, uocabant ς, parabant *cSprotii* ς 670 in *i r* ***e*** ‖ imerius ***M*** ‖ purosque *cBersm* 671 *sq* Duxit *VA* ‖ simul (*i e simulatque*) ipse resedit, Adspicit *distinx (fort recte) post Hs Capoferreus* 672 eolidē ***F R***, Eioniden ***A*** ‖ ignara ς 673 cui fuit ***h*** ‖ aerea *Burm* 674 ille ***F l m*** ς *cLeid Voss 51 VA*, ante (*fort recte, ut sint sermones medii idem atque leves, neglegentius collati, cf ad VIII 621*) ***O e*** ς ***R***, ipse ***h*** 676 a silua *cDresd VA* ‖ h(astile recisum *i r m 2*) ***F*** 678 corn/us (e *eras*) ***h*** 679 ignor(o *ex* a) ***M*** 680 *i mg* ***F*** ‖ iaculabile ***e***, iactabile ς

excipit Actaeis e fratribus alter, et ‘usum
maiorem specie mirabere’ dixit ‘in isto:
consequitur, quodcumque petis, fortunaque missum
non regit, et revolat nullo referente cruentum.’
tum vero iuvenis Nereius omnia quaerit,
cur sit et unde datum, quis tanti muneris auctor.
quae petit, ille refert, sed enim narrare pudori,
qua tulerit mercede: silet tactusque dolore
coniugis amissae lacrimis ita fatur obortis:
‘Hoc me, nate dea, (quis possit credere?) telum
flere facit facietque diu, si vivere nobis
fata diu dederint. hoc me cum coniuge cara
perdidit: hoc utinam caruissem munere semper!
Procris erat, (si forte magis pervenit ad aures
Orithyia tuas) raptae soror Orithyiae,
si faciem moresque velis conferre duarum,

---

684 *Lact Plac Comm in Stat Theb VI 916 (941)*: ut Ouidius de telo: ‘reuolat nullo referente cruentum’.

---

681 Actaeis *om h*, acteiis *F* 682 (m *i r m 2*)irabere ***M*** 684 (re *a m 2*)ferente ***h*** 685 Tunc *ccDresd et Goth* ‖ nereus (*corr m 2*) ***M***, nerius (*corr m 2*) ***h*** 686 qui/ (s *eras*) mu/neris ***M*** 687*sq* quae petit, ille refert, sed enim narrare pudori, qua t. mercede: silet tactusque] *sic scripsi* (*nisi quod* sed [set *Housman*] enim *coni Merkel*) *proxime ad vestigia librorum* ***M l*** ‖ Quae petit ille refert cæter(a *ex* ū *m 2*) narrare (*virgula del m 2*) pudor(i *i r* ***M***, Quae petit ille r. et cetera pudore *Ben*, Quaę petit ille r. & cętera nota (ł tecta *i mg e*) pudore (pudori ***l*** ς) ***F*** ς* ς *ω*, Que patitur pudor ille r. (s *add n*)et cętera narrat (differt *alii*) ***N*** ***e***² ς ‖ pudori est *post Heinsium Merkel vulgo* ‖ quae petit ille, refert, sed (nec *Anim cr p 111 Waddel*), quae narrare pudori est, qua tulerit m., silet *Hs vulgo olim*, Quae petit ille refert et cetera nota: pudore, qua t. m., silet *distinx Bersmannus*, quae (qua *Burm*) patitur pudor, ille refert, et cetera narrans—silet *post Burm Bothe*, quod petit ille, refert Cephalus; tactusque dolore (sed—silet *del*) *Bentley*, quae petit ille refert; et cetera iuncta pudori, qua (*coll fast VI 357*) *Bach*, quae petit ille refert. cedrum n. (*coll 672*)—silet *Adv cr II 85 Madvig*, nec enim n. pudori (qua t. m., silet), tactusque *Vollmer* 688 tactusque pudore ***l*** 689 abortis ***M h l R*** 690 posset ***g*** ς 691 *i r* ***N*** ‖ (facit *i r m 2*) faci//que (*sed* ac *solum a m 1, ut videtur*) diu// (uiue *sub ras dignoscitur*) si ***M*** ‖ facietque *s l* ***n*** ‖ diu facit facietque si ***h*** 694 Prochis ***h***, Prochris ς ‖ (si *i r m 2*) for(te *i r m 2*) mag// ***M*** | ad *s l* ***e***² 695 Orithyia ***N*** ς *A*, Erithia ***M***, Orithia ***F h l*** ς, Orythia ***e*** ‖ (rap *i r m 2*)tae ***F***, sparte(ae) ***l*** ς, magnę (ł paruę *sscr* ***e***²) ***e*** ς ‖ Orithyiae ς *Plan RA*, orythię ***e***, orithię ***A***

dignior ipsa rapi. pater hanc mihi iunxit Erectheus,
hanc mihi iunxit amor: felix dicebar eramque.
non ita dis visum est, aut nunc quoque forsitan essem.
alter agebatur post sacra iugalia mensis,
cum me cornigeris tendentem retia cervis
vertice de summo semper florentis Hymetti
lutea mane videt pulsis Aurora tenebris
invitumque rapit. liceat mihi vera referre
pace deae: quod sit roseo spectabilis ore,
quod teneat lucis, teneat confinia noctis,
nectareis quod alatur aquis, ego Procrin amabam,
pectore Procris erat, Procris mihi semper in ore.
sacra tori coitusque novos thalamosque recentis
primaque deserti referebam foedera lecti.
mota dea est et „siste tuas, ingrate, querellas:
Procrin habe!“ dixit, „quodsi mea provida mens est,
non habuisse voles“ meque illi irata remisit.
Dum redeo mecumque deae memorata retracto,
esse metus coepit, ne iura iugalia coniunx

---

697 ista ς ‖ erectheus ***O***, erictheus ***g h m***, ericteus ***F l***, eritheus ς, erycteus ***e***, Erichtheus *RV*, erechtheus ς *Plan A vulgo* 698 iunxit Hymen *Hs* 699 *del Bentley* ‖ Monita (*corr*) ***l*** ‖ di ***F***, diis ***M h l*** ‖ aut ***M*** *Merkel*, haut ς *cThuan*, ac ς *Hs vulgo olim*, et ς *Jahn*, at *cett ω*, quin *coni Hs* ‖ essem *i r* ***n*** 700 acta *i r* ***n***, acta *ccMed et Urbin*, pacta *Hs* 701 tend(ent *i r m 2*)em ***F*** 702 hymeti ***n*** *Plan vulgo*, hymetę ***N***, hymeti ***e*** ς *VA*, himeti (i *alt ex corr* ***M***) ***M h l***, hieti ***F*** 703 Aurea mane ***s*** ‖ uidit (*corr m 3*) ***h*** ‖ pulsu/ (*corr*) ***M*** ‖ tenebris a. fugatis (*cf II 144*) *cSprotii* 704 uer/(a *i r*) ***M***, verba *R* ‖ proferre *cMedic*, profari *inde* (*cf Mscr Diez 1075*) *Hs* 705 roseo quod sit *cBerol* ‖ auro *cVoss Bothe* 707 quid (*corr m 2*) a(l *i r m 2*)atur ***N*** ‖ equis ς ‖ alis (*corr m 3*) ego prochin ***h*** ‖ procrim *ccDresd et Goth* ‖ amabo ***M*** 708 prochis *bis* ***h*** 709 c(oi *i r m 2*)tusque ***N***, (oi *i r m 2*)tusque ***M***, cetusque *cMedic R* ‖ recentis ***N***, recentes ***n*** *cett vulgo* 710 *sic* ***h e*** ς (*i mg* ***m***) *cLeid Voss 51*, re/feram (f *eras*) quoque ***M***, refer(ebam *i r m 2*, quoque *virgula del m 2*) ***N***, referam quoque (ł referebam *sscr* F^2) ***F*** ς, refero quoque ***g***, referam quo? *Hs* ‖ refero quom f. lecti, mota *Vollmer* 711 Leta dea ***e*** ‖ est nunc ***N*** ‖ ignare *ccBonon et Goth* ‖ quaere/las ***M***, querelas ***F*** 712 Proc(h)rim ς ‖ quam, si mihi *Hs* 714 *i mg* ***N*** ‖ Cum red. ***M***, Ut red. ς 715 Ecce ς ‖ iura quod iug. ***h***, ne iura ***e***, quod iura ς

non bene servasset: facies aetasque iubebat
credere adulterium, prohibebant credere mores.
sed tamen afueram, sed et haec erat, unde redibam,
criminis exemplum, sed cuncta timemus amantes.
quaerere, quod doleam, statuo donisque pudicam
sollicitare fidem. favet huic Aurora timori
inmutatque meam (videor sensisse) figuram.
Palladias ineo non cognoscendus Athenas
ingrediorque domum. culpa domus ipsa carebat
castaque signa dabat dominoque erat anxia rapto:
vix aditus per mille dolos ad Erecthida factus.
ut vidi, obstipui meditataque paene reliqui
temptamenta fide. male me, quin vera faterer,
continui, male, quin, ut oportuit, oscula ferrem.
tristis erat (sed nulla tamen formosior illa
esse potest tristi) desiderioque dolebat
coniugis abrepti: tu conlige, qualis in illa,
Phoce, decor fuerit, quam sic dolor ipse decebat.
quid referam, quotiens temptamina nostra pudici
reppulerint mores, quotiens „ego“ dixerit „uni
servor; ubicumque est, uni mea gaudia servo!“

716*sq* facies aetasque—credere mores] *citat Vinc Bellov Spec hist VI 117.*

---

716 seruaret *p* ‖ iubebat *A R Gierig*, iubebant ς *VA VincBellov Hs vulgo olim*, iubebant (uel mouebant *sscr*) *s* ‖ faciesque aetasque ς *Plan Hs* **718** afueram *Merkel*, ab² fueram *M*, (abf *i r m 2*)ueram *N*, abfueram *X ω vulgo olim* **720** quo doleam ς *Hs vulgo olim*, quid dol. ς ‖ studeo *e n* ς *Hs vulgo olim* **721** huc (i *sscr*) *M* ‖ (ti *i r m 2*)mori *N* **722** Mutatam(que *add m 3*) meam *h* **723** Pallidias a² *M* ‖ Palladiasque ineo ς *VA*, Palladiasque intro *cAmbr* ‖ agnoscendus *p cMedic* **726** aditus—factus (*cf NJhbb 1894, 777*) *N m X ω distinx Jahn*, aditu—facto *M ccBernegg Med et Par Hs vulgo* ‖ ad *om* (*add m h*³) *M h* ‖ er(i *ex* e *m 2*)ethida *M*, erictida *F h l s*, erethida *N*, eryct(i *a m 2*)da *e*, erechthida ς *Plan A vulgo* **727** Obstipui *O*, Obstupui *X ω vulgo olim* ‖ uidi stupui *cDresd*, vidi, ut stupui *Hs* ‖ que *add F*² ‖ reli/qui *M* **728** *sic A ω*, fidei *e n g cGoth* **729** ut *i r h*³ ‖ et oportuit *N F* **731/VIII 104** *exstant in v* **731** tristi *h* ς *ω vulgo*, tristi/ (s *eras*) *M*, tristis *cett* ‖ dolebat *recepi ex M* ς, //lebat *l*, calebat *i r* (d *sub ras dignoscitur*) *n*, calebat *cett ω vulgo* **732** arrepti *N e* ς, erepti ς **735** Reppulerint *M e h Bach*, Reppulerant *s*, Re(pp *i r m 2*)ulerint *N*, Re(pulerint *i r m 2*) repulerint² *F*, Retulerint *l* ‖ Rettulerint—dixerim *v* **736** Seruo(r *sscr m n*) *O* ‖ ///(sic *eras*) ubique cum² *M* ‖ ubicumque sit² *l* ‖ est om (*add n*) *v N F l*

cui non ista fide satis experientia sano
magna foret? non sum contentus et in mea pugno
vulnera, dum census dare me pro nocte loquendo
muneraque augendo tandem dubitare coegi.
exclamo: „male (fictor adest!), male fictus adulter
verus eram coniunx! me, perfida, teste teneris!“
illa nihil; tacito tantummodo victa pudore
insidiosa malo cum coniuge limina fugit
offensaque mei genus omne perosa virorum
montibus errabat, studiis operata Dianae.
tum mihi deserto violentior ignis ad ossa
pervenit: orabam veniam et peccasse fatebar
et potuisse datis simili succumbere culpae
me quoque muneribus, si munera tanta darentur.
Hoc mihi confesso laesum prius ulta pudorem

---

737 fide (*cf 728 et ad III 341*) ***h*** ς ω *vulgo*, fidei ***e***, fides *cett* **738** contemptus ***M*** ł tum²
739 *sq* dum ***e*** ‖ pro nocte loquendo ***e g l*** ς *vulgo*, pro nocte loquen(do *om*) ***v*** ‖ promitto *i r* ***F***² ***n*** ‖ promitto l. ***M h*** ω, pro nocte paciscor ς *Hs vulgo olim*, pro n. locando *cMoreti, unde* pr. n. locanda (*coll am I 10, 30*) *coni Hs* ‖ vulnera! cum census — dubitare coegi, exclamo *Ehwald* **740** tandem *om* ***v*** **741** *parenth posui, secutus ceterum dubitanter librorum fidem* ‖ Exclamo male (e *ex corr* ***M***) fictor adest male fictus adulter ***M h***, E. male (fictor adest *i r m 2*, p *primo loco dignoscitur*) ego (fictus *i r m 2*, s *postremo loco fuit*) adulter ***N***, Exclamo. mal(e fictor adest male fictor adulter *i r m 2*) ***F***, E. m. (fictor — adulter *om*) ***v***, E. mala pectora detego tectus (pectus ***g***) adulter ***g l*** ω, E. male pacta ego sum male pactus a. *cSprot* ‖ Exclamo. male (mala *cDresd*) pacta nego. male pactus adulter (= ***s***) Exclamo. mala pectora. detego (mala det. pect. *cDresd*) pectus adulter *iterato versu e cDresd* ‖ E. male pacta nego, male pactus a. *Ciofanus*, E. male tectus: ego en, male pactus a. *vel* E. me fassus: ego en male pactus (*vel* tectus) a. *Hs*, E. male tectus ego, male fictus a. *Burm*, male fictus ego, male pactus a. *JH Voss*, E. male pacta, sat est! ego fictus a. *Bothe*, E. manifesta rea est, ego tectus *Merkel*¹, E. male victor: Ah en ego *Adv cr II 86 Madvig*, E. male victa rea est, ego tectus *Merkel*², E. male fictus adest, male fictus *Korn*, E. mala pacta nego, ego fictus *p 43 Rappold*, E. nunc ultor adest, male fictus *Riese*², E. iamne ultor adest male fictus a. *? Zingerle*, E. mala, fictor adest; ego fictus a. Verus eram *journ of ph 1883 XII 75 Ellis*, Exclamo: male victor adest male fictus a. *praef ed Trist p. LXXVI Owen*, E. simulator adest: male f. a. *Housman*, E. male victor: adest, mala, fictus adulter *fort recte Ehwald* **743** Nil illa tacito t. victa pure ***v*** ‖ tanto (*corr m 2*) ***h*** **744** inuidiosa ***s*** ‖ li/mina ***l*** **745** offensa/que (m *eras*) — per ł us² o/sa (s *eras*) ***N*** **747** deserto *i r* (p . . . quam *videtur eras*) ***n*** ‖ uiolentior ***e*** **748** Ter(*corr m 2*)uenit ***M*** ‖ et me ***l*** **749** (potui *i r m 2*)sse ***h*** ‖ succurrere (*corr m 2*) ***N*** **751** Hoc (mihi — pudorem *om*) ***v*** ‖ Hoc mihi ***N F*** ς *Hs*, Haec mihi *cett Merkel* ‖ laes(um *i r m 2*) ***M***, le/ (s *i r m 2*, u *eras videtur*)um ***N***,

redditur et dulcis concorditer exigit annos.
dat mihi praeterea, tamquam se parva dedisset
dona, canem munus, quem cum sua traderet illi
Cynthia, „currendo superabit“ dixerat „omnes“.
dat simul et iaculum, manibus quod (cernis) habemus.
muneris alterius quae sit fortuna, requiris?
accipe mirandum: novitate movebere facti.
Carmina Laiades non intellecta priorum
solverat ingeniis, et praecipitata iacebat
inmemor ambagum vates obscura suarum.
[scilicet alma Themis nec talia linquit inulta.]

---

lesum *i r* F^2 ‖ illa (*corr m 2*, ulta *iteravit i mg m 3*) ***M*** ‖ dolorem ***F***, (pud *i r m 2*)orem ***N*** ‖ Hoc me confesso leto michi uicta pudore *sscr* e^2 **752** Reddit(ur *i r m 2*) ***M*** ‖ dulcis ***v***, dulces *cett vulgo* ‖ egimus annos ***s*** ς *cSprot* **753** tamquam se ***F l*** ς *Hs vulgo*, se *om* ***v***, t. s(i *per ras m 2*, e *videtur fuisse*) ***M***, t. si *cett* ω ‖ dedisse ***v*** **754** quod (*virgula del*, quem *sscr m 2*) ***N***, quam *cDresd* **755** superabat ***v***, superauit ***M*** **756** iaculum manibus² quod nos ut cernis habemus ***M R*** *Naugerius*, iaculum m. quod cernis ha(bemus *deest*) ***v***, iaculum (manibus *i r m 2*) quod cernis habe(re *i r m 2*) ***N***, quod cernis habere ***h l*** ς *VA*, quod c. haberi *Hs* **758** mirand(um *ex* i *m 2*) ***e*** ‖ Accipe: mirandi *e coni Hs vulgo* ‖ morabere (*corr m 2*) ***F***, mirabere *cDresd*, mouebere *i r* e^2 ‖ mou. monstri *cArondel* ‖ fati ***v*** **759/762** Carmina—nec talia linquit inulta *om* ***l***, *i mg add* l^3 **759** Laiades *Jac Taurellum coniecisse testatur Ciofanus, sic vulgo,* naiades ***A*** ω, *αἱ Νηΐδες Plan* ‖ Carmine naiades (*sed* es *super litteris quibusdam evanidis m 2*) ***M*** ‖ naiades (*m 3*) *i mg* ***m***, nayad(es *i r m 2*, e *ex* i) ***N***, naiadum ς, Labdacides *Transact Oxf. Ph S 1882/1883 p 29 Ellis* ‖ *totum versum* (Carmina naiadum) *i mg laevo iuxta 764 iterat* ***m*** **760** Soluerat ς *Hs vulgo*, Sol(uerat ingeniis *i r m 2*) ***F***, Soluitur ingen(iii *i r*)s ***M***, Soluitur ingentis ***v***, Soluunt ingeniis (ł gentes *sscr* e^2) $ς^*$ ***g*** ς ω ‖ Soluunt ingenii et pr. iac. *R*, Solu(unt *i r m 2*) ingen(ii *i r m 2*)is et pr. (iac *i r m 2*)ebat ***N*** ‖ *hic locus iam exeuntis antiquitatis temporibus graviter corruptus fuisse videtur* (*cf Hermes VII 190 Haupt*) *in hunc fere modum*: Carmine naiadum non intellecta priorum ingeniis (*vates obscura sc*). *cetera ut merae interpolationes videntur, ita vulgatam lectionem* carmina Laiades *quandam similitudinem veri habere concedo* **761** ambagum—suarum *desunt in* ***v*** ‖ ambag/um (t *vel* r *eras*) ***M***, amb(agum *i r m 2*) ***F*** ‖ uates *i r* h^2, uates (s. themis *sscr m 2*) ***M*** **762** *om* ***O F l R***, *add i mg* (*m 3*) ***m i l n*** l^3 ‖ *dell versum e glossa* (*cf ad 761*) *inepte confictum, ab omnibus bonis libris alienum, Merkel et* (*cf eius editionem exeg et Hermes VII 190*) *Haupt, frustra* (*cf B Ph W 1904, 621*) *deff Helm* (*Rh Mus LVI, 346*) *et in app ed exeg a 1903 Ehwald, atque hic ita, ut eum post 763 in parenth poneret* ‖ the(mi *ex corr*, tu *fort fuit*)s ne/ talia (linquit *om*) inulta ***m*** ‖ nec talia $ς^*$ ***n*** *VA*, non tal. *cSprot* ς *Hs vulgo olim* ‖ liquid ς *VA*, *εἴασε Plan*

protinus Aoniis inmittitur altera Thebis
pestis, et exitio multi pecorumque suoque
rurigenae pavere feram. vicina iuventus
venimus et latos indagine cinximus agros.
illa levi velox superabat retia saltu
summaque transibat positarum lina plagarum.
copula detrahitur canibus; quos illa sequentis
effugit et coetum non segnior alite ludit.
poscor et ipse meum consensu Laelapa magno
(muneris hoc nomen): iamdudum vincula pugnat
exuere ipse sibi colloque morantia tendit.
vix bene missus erat, nec iam poteramus, ubi esset,
scire. pedum calidus vestigia pulvis habebat,
ipse oculis ereptus erat: non ocior illo

---

763 *sic fere* ***M F*** *cSpir A Hs vulgo* ‖ aonis immittitur altera thebis (ł bestia ł uates *i mg m 2*) ***M***, aon. inmittitur (ł immissa est bestia *sscr m 2*) ***F***, a. immittitur (altera thebis *deest*) ***v***, a. immissa est (b *ex* u *m 3*)elua thebis (*omnia praeter* imm *i r a m 2*) ***n***, a. inmittitur bel(l)ua ***h*** ς, a. inmissa est bestia ***e l*** ς, a. inmissa est bel(l)ua ς ω, a. immitis bestia *cVratisl Jahn*, *θηρίον ἐπεπέμφθη Plan* 764 pestis et *Gronovius et post Heinsium vulgo*, Cessit (uenit *sscr* ***l***³) et ***A*** ω ‖ C/essit et (themis *sscr m 2*) ***M***, Uenit et *ccPar Vrat Berol Zulichem Jahn* ‖ *lectionem* immitis belua (*in libris haec non reperi*) Thebis Cessit (= *ward zuteil*, *suchte heim*) *def NJhbb 1859, 574 Suchier* ‖ multi *ccBerol et Zulichem Gronovius vulgo*, multis ***A*** ω ‖ pecorumque (que *add* ***F***²) ***v O F l*** ς, pecorique (ł rum *sscr* ***e***²) ***e*** ς, pecori/que ***h***, pecorisque ς ‖ suoque ***v N F e VA*** *vulgo*, suumque (porcorum *sscr* ***m***) ***M l***, *καὶ χοίρων Plan*, sibique ***h n*** ς, suorum *cSprotii* ‖ pestis et exitium, vulpes, pecorumque virumque *Bothe*, immissa est bestia Thebis, esset ut exitio multis pecorumque suoque. Rurigenae *sq coni Jahn* 765 Rurigenae (ł cole *sscr* ***e***²) ***N e*** ω *vulgo*, Ruri(genae—iuuentus *desunt*) ***v***, Rurigenam ***M l***, Rurigeram (ł horriferam *sscr m 2*, Ruricole *i mg m 3*) ***F***, Ruricolae ***h*** ς, Ruri(cole *i r m 2*) ***N*** ‖ p/auere (p *et ipsum i r m 2*, favere *fuit*) ***M*** 769 quos ***A*** ω, quas (*sed cf NJhbb 1893, 627*) ***l*** *cAmbr Hs vulgo* ‖ sequent(e *ex* i *m 2*)s ***N***, frequentes *A*, sequentes (*om* ***v***) *cett vulgo* 770/773 *i r* ***n*** 770 effugit et coetum *sic fere* ***A VA*** *et edd quae sunt ante Burmannianam* ‖ et ce(tū *i r m 2*, *post* e *vestigia litterae* n *apparent*, centū *fort fuit*) ***M***, et cetum (*gl* canum ***g***) ***F e g l*** ς, et ceterum ***v***, et cetum ***n h*** ς, et petum *R*, et caetum *V*, et coetum *A*, *καὶ τὴν ἐκείνων ἀγέλην Plan*, et uolucri ς, *item* (*ad II 809*) *Hs vulgo olim*, et celeri *post Hauptium Merkel*, et cursu *praef ed*² *Riese*, et centum *ZÖG 1881, 807 Rappold* ‖ non sequius ς, non secius *inde Hs*, non segnius ς *Burm vulgo olim* 771 lelepa ***e*** 772 nomen est ***h*** ‖ pugnae ***v*** 773 Excutere ς ‖ ipsa sibi conlloque memorantia ***v***

hasta nec exutae contorto verbere glandes
nec Gortyniaco calamus levis exit ab arcu.
collis apex medii subiectis inminet arvis:
tollor eo capioque novi spectacula cursus,
quo modo deprendi, modo se subducere ab ipso
vulnere visa fera est; nec limite callida recto
in spatiumque fugit, sed decipit ora sequentis
et redit in gyrum, ne sit suus impetus hosti.
inminet hic sequiturque parem similisque tenenti
non tenet et vanos exercet in aera motus.
ad iaculi vertebar opem; quod dextera librat
dum mea, dum digitos amentis addere tempto,
lumina deflexi revocataque rursus eodem
rettuleram: et medio (mirum) duo marmora campo
adspicio; fugere hoc, illud captare putares.
scilicet invictos ambo certamine cursus
esse deus voluit, siquis deus adfuit illis.'
Hactenus, et tacuit. 'iaculo quod crimen in ipso est?'
Phocus ait; iaculi sic crimina reddidit ille:

---

777 A(s *ex* p *m 2*)ta ***M*** ‖ exutae (*cf IV 591*) ***v l***, exut(e *i r m n*) ***O***, exuta(e *a m 2*) ***e***, exuu̯(te *a m 2*) ***h***, ex(c *ex corr m 2*)u(sso *ex corr m 2*) ***F***, excussae ς *Hs vulgo olim*, expulsae *vel* exustae *vel* excitae *vel* haesurae ς, extrusae *Vollmer* ‖ (con *i r m 2*)torto ***e***, contorcor ***v*** ‖ gland(e *ex* i *m 2*)s ***N***, glandıs$^{e^2}$ ***M*** 778 Gortyniaco ς *Plan A Regius vulgo*, cortiniaco^{o} ***O*** ς* ς *RV*, corniaco^{cortiniaco} ***v***, cortiniano ***F*** ‖ exiit ***v*** 779 medius ς, mediis *cDresd Plan* ‖ sub(i *ex* t)ectis ***M***, sub(t *ex* i *m 2*)ectis ***N***, sublatis ς ‖ eminet *Vollmer* 780 Tollor eo ***M e*** ς *Hs*, T. in hunc ***N X*** ω *Jahn* ‖ Tollor cum capioque nouis ***v***, T. ad hunc cupioque n. ***g*** 781 Quae modo *vel* Et modo ς, quom modo *Hs* ‖ deprehendi ***h*** ‖ subdere$^{vc^2}$ ***l*** 782 limine (*corr m 2*) ***N*** ‖ Ulnera—calli derecto ***v*** 783 spatium(que *add m 2*) ***N***, spatiumue *cUrbinas Hs vulgo olim* ‖ sic dec. ς 784 reddit ***v*** ‖ sit *i mg* ***n*** ‖ s(it suus impetus hosti *a m 2*) ***l*** 786 et uacuos (t uanos *sscr* e^2)—aere ***e*** ς ‖ cohercet ***l***, exer/et (e *eras*) ***v*** ‖ motus (*cf illud* non tenet) ***O F v l*** e^2 ***s*** ς *R*, morsus ***h e n*** ς *VA vulgo* 787 dextra librabat *cGoth* ‖ uibrat ***s*** 788 amento/ (o *ex* i *m 2*, l· corde *sscr m 2*) ***l*** ‖ (ad *m 2*) de(ıe *m 2*) ***e***, indere ς *cod 'pervetustus' Mariangeli Accursii Hs vulgo olim*, ἐνθεῖναι *Plan* 790 Rettuleram ***N e g*** ς, R(e *om, add m 2*)ttuleram ***M***, Retuleram ***F h l*** ς *vulgo olim* ‖ et medio ***v N F e g l*** ς *VA*, et *om* ***M h*** ς *R del Merkel*, en medio *Hs*, in med. *NJhbb 1893, 628 conieci* 791 captare *Polle*, latrare ***A*** ω *vulgo* ‖ latrare uideres ***g*** 792 Silicet ***l*** ‖ ambo ***v O*** *ccBernegg et Med A vulgo*, ambos ***X RV*** 794 crimen in ipso est] *desunt haec* in ***v*** ‖ in illo est ***F s*** ς ‖ est *om* ***h*** *cRhenov, del Hs* 795 si crimina ***v*** ‖ rettulit *ccSprotii et Bonon*

'Gaudia principium nostri sunt, Phoce, doloris:
illa prius referam. iuvat o meminisse beati
temporis, Aeacida, quo primos rite per annos
coniuge eram felix, felix erat illa marito.
mutua cura duos et amor socialis habebat,
nec Iovis illa meo thalamos praeferret amori,
nec, me quae caperet, non si Venus ipsa veniret,
ulla erat: aequales urebant pectora flammae.
Sole fere radiis feriente cacumina primis
venatum in silvas iuvenaliter ire solebam,
nec mecum famuli nec equi nec naribus acres
ire canes nec lina sequi nodosa solebant:
tutus eram iaculo; sed cum satiata ferinae
dextera caedis erat, repetebam frigus et umbras
et quae de gelidis exibat vallibus aura.
aura petebatur medio mihi lenis in aestu,
auram exspectabam, requies erat illa labori.
„aura" (recordor enim) „venias" cantare solebam,
„meque iuves intresque sinus, gratissima, nostros,
utque facis, relevare velis, quibus urimur, aestus!"

---

796 sint ς *Hs* ‖ dolo(ris *deest*) *v* 797 Illa quidem ref. *g* ‖ refferā/ iuuat/ (o *i r m 2*) *M* ‖ iuuat—beati *desunt in v* ‖ referat iu. me⁀minisse (*virgula a m 2*) *l* 798 Tempora *v* ‖ aecidae *v*, Eacida *M h* ς *R*, Eacidę *N F e l* ς *VA* ‖ prim(o *ex* u *m 2*)s *M*, primus *R* 799 felix fuit illa *F l g* ς 800 duos *i r* e^2 801 meo/ (s *eras videtur*) *O* ‖ thalamos pr. amori *desunt in v*, meo thalamo pr. amorem *cLeid* 802 Nec quae me *e ccGoth et Senat* ‖ qu(e *i r m 2*, a *fort fuit*) *M* ‖ ca(peret—ueniret *desunt*) *v* ‖ nec si uenus ς ‖ quamuis (uel si *alius Heinsii*) uenus *cGronovii* 803 aequales—flammae *desunt in v* 804 ferae *M* ‖ Solcue^{f} (re—primis *desunt*) *v* 805 silua(s *add m 2*) *M* ‖ iuuenaliter$^{i^2}$ *M*, iuuen(i *i r m 2*)liter *N*, iuuen(i *ex* a *m 2*)liter *l*, iuueniliter *e h* ς *ω vulgo olim* 806/807 metum *v* ‖ famuli—equi—solebant *recepi* (*cf NJhbb 1893, 612*) *ex O h l* e^2 ς *Plan*, famulis—equis—solebant *v*, famul(os *i r m 2*)—eq$^{os^2}$—li/na s. nod. (sinebam *i r m 2*) *F*, famulos—equos—sinebam *e* ς *R vulgo*, famulos—equos—iubebam *praef* ed^2 *Riese* ‖ agr^{c}es *M* ‖ sequi/ *M* 808 sauciata *v* 809 repet$^{e^2}$bam *N* ‖ umbram ς 810 Equae (*cetera desunt*) *v* ‖ exibat uallibus aura *recepi* (*cf Hermes XXXIX 44 sq*) *ex O* ς *R*, exibat u. auram *m n h* ς *VA*, exalat u. aurā^{2} *F*, ex(h)alat u. auram *e l s vulgo*, halabat u. auram *Hs vulgo olim* 813 811 812 *h* 811 leuis ς 812 laboris *vel* laborum ς 813 nenias (*sic*) *N* 814 Neque (*corr m 2*) *M* 815 Utque soles *cVat* ‖ reuelare *v* ‖ (uri *ex corr m* 2)mur *F*

forsitan addiderim (sic me mea fata trahebant)
blanditias plures et „tu mihi magna voluptas“,
dicere sim solitus, „tu me reficisque fovesque,
tu facis, ut silvas, ut amem loca sola; meoque
spiritus iste tuus semper capiatur ab ore!“
Vocibus ambiguis deceptam praebuit aurem
nescio quis nomenque aurae tam saepe vocatum
esse putat nymphae, nympham mihi credit amari.
criminis extemplo ficti temerarius index
Procrin adit linguaque refert audita susurra.
credula res amor est: subito conlapsa dolore,
ut mihi narratur, cecidit longoque refecta
tempore se miseram, se fati dixit iniqui
deque fide questa est; et crimina concita vano
quod nihil est, metuit, metuit sine corpore nomen
et dolet infelix veluti de paelice vera.
saepe tamen dubitat speransque miserrima falli
indicioque fidem negat et, nisi viderit ipsa,
damnatura sui non est delicta mariti.

---

816 addideram *e* ς ‖ addider(am mea *a m 2*) *F* ‖ fa/ta (c *cras*) *M* 817 Plures blandicias *l* ‖ blanda uoluptas *M s cSprot* ς 818 sim *N v* ς *Hs vulgo*, s(u *ex* i *m 2*)m *F*, sum *cett ω* 819 loca *om v* 820 capiatur *scripsi ex A ω*, captetur *n* ς, captatur ς *Hs vulgo* 822 nomen aurē usepe uocatus (uocatum *m 2*) *v* ‖ tum (ł tam *sscr*) sepe *e* ‖ uacatum$^{o^2}$ *M* 823 E(s *ex* n *m 2*)se *M* ‖ putat *A ω Jahn*, putans *v* e^2 ς *Hs vulgo* ‖ mi(c)hi credit amari (*cf III 345*) *e h g* ς *VA Hs vulgo olim*, m. cr. am(a *ex* o)ri *F*, m. cr. am(a *ex* o *m 2*)ri *N*, m. cr. amori *v l*, me cr. amare *M* ς *R Korn* 824 exemplo (extimplo *sscr* e^2 l^2) *M F v l e R*, ex(ti *i r*)plo *N* ‖ ficti *F h* ς *VA vulgo*, facti (ficti *sscr* e^2) *v M e l R*, f(i *ex* a)cti *N* ‖ temerius$^{ra^2}$ *M* ‖ tem. auctor (*cf XI 666*) *cGronovii Burm* 825 Prochin *M*, Prochrin *h* ‖ susurro ł ra^2 *e* ‖ lenique r. a. susurro *Hs* 827 ut mihi narratur (*cf quae dixi NJhbb 1893, 312*) *A RA*, ut mihi narr. *F*, ut sibi narratur *s* ς *Hs vulgo*, ut mihi narrauit *V*, ut mihi narratum *Baumg-Crusius* 828 Tempore // miseram *F* ‖ se *alterum om h* 829 fide squesta *v* 830 m(e *ex* i *bis*)tuit *M* 831 *del NJhbb 1885, 889 Polle* 832 speransque *N*, sperasse *v*, metuitque (ł sperat *sscr* e^2) *e* ς *VA*, creditque ς, speratque *cett vulgo*; *sed* speransque *verum est, siquidem* indicioque—et damnatura non est *aperte inter se respondent* 833 Indicioque *g* ς *ω vulgo*, Inditioque$^{i^2}$ *e*, Indici(i *i r m 2*)/que$^{o^2}$ *M*, Indic(io *i r m 2*)que *N*, Indi(cii *ex* cti *m 2*)que *F*, Indictique$^{\text{indicii}^2}$ *l*, Indiciique (*fort recte*) *v h* ς *R*

Postera depulerant Aurorae lumina noctem;
egredior silvamque peto victorque per herbas
„aura, veni“ dixi, „nostroque medere labori!“
et subito gemitus inter mea verba videbar
nescio quos audisse: „veni“ tamen „optima!“ dicens
fronde levem rursus strepitum faciente caduca
sum ratus esse feram telumque volatile misi.
Procris erat, medioque tenens in pectore vulnus
„ei mihi!“ conclamat. vox est ubi cognita fidae
coniugis, ad vocem praeceps amensque cucurri:
semanimem et sparsas foedantem sanguine vestes
et sua (me miserum!) de vulnere dona trahentem
invenio corpusque meo mihi carius ulnis
mollibus attollo scissaque a pectore veste
vulnera saeva ligo conorque inhibere cruorem
neu me morte sua sceleratum deserat, oro.
viribus illa carens et iam moribunda coegit
haec se pauca loqui: „per nostri foedera lecti
perque deos supplex oro superosque meosque,
per siquid merui de te bene perque manentem

---

835 Postquam depulerant *cSenat* ‖ depulerant—noctem] *sic* ***e h*** ς *Plan vulgo* ‖ detulerant ***v N F l***, de(p *ex* t *m 2*)ulerant ***M*** ‖ auroram l. nocte ***M F l***, auroram l. noctem ***v*** F^2 836 siluasque ***v*** ς* ***m*** ς *RV* u(i *ex* e *m 2*)ctorque ***N*** ‖ victorque pererrans *Merkel*², v. revertens (*cf V 585*) *Ph Anz VIII 490 Nick*, remeansque per herbas *praef ed*¹ *Zingerle*, victorque per auras *Stange*, lucosque pererrans *Riese*², *sed cf ad VI 517* 837 dixit ***v*** 838 ut subito *vel* (*item cMedic*) en subito *Hs* ‖ uidetur ***v*** 839 ueni ***i l F*** ‖ dicens ***v O F e l*** ς *VA*, dixi ***h n*** ς ***R*** *vulgo olim* 840 sonitum *cThuan* ‖ facientem ***v*** 841 uolabile ***s*** 842 Prochis ***h*** ‖ tuens *cMedic R* ‖ impectore ***M*** ‖ in gutture ferrum *cVoss*, in pectore munus (*cf 846*) *in Mscr Diez 1075 Hs* 843 Hei mihi ς *vulgo olim*, Heu mihi ς ‖ est (ubi *s l m 2*) congnita ***M***, est mihi cogn. *ccDresd et Goth* ‖ fide ***l*** (ł fideus²) 845 Semanimem ς, Semianimam ς, Semianimen (*corr n*) ***v N***, semianimem *cett* ‖ phoedantem ***M*** ‖ sparsas f. sang. uultus *cLangerm*, sparso f. s. vultus (*cf Mscr Diez 148*ᶜ *I*) *Burm* 846 de pectore *cSenat* 847 mihi me carius ς 848 Sontibus attollo *cPal Hs vulgo olim* 849 cogorque ***e*** 850 Heu me (*corr m*) ***M F*** ‖ deserit (a²) hostem ***M*** ‖ desinat (oro²) ς 851 iam *om* ***h*** 852 Haec si (*corr m 2*) p. loqui (per *ex* o *m 2*) nostri ***N*** ‖ Haec se (ł sic²) ***e*** 853 oro tuosque meosque ***p***, oro uestrosque meosque *cBerol Bothe* 854 Per s(i *ex* e *m 2*) ***N*** ‖ Per.si(q (id) *ex* c *m 2, quae fort* quid *corrigere volebat*) ***l***

nunc quoque, cum pereo, causam mihi mortis, amorem,
ne thalamis Auram patiare innubere nostris!“
Dixit, et errorem tum denique nominis esse
et sensi et docui. sed quid docuisse iuvabat?
labitur, et parvae fugiunt cum sanguine vires,
dumque aliquid spectare potest, me spectat et in me
infelicem animam nostroque exhalat in ore,
sed vultu meliore mori secura videtur.
Flentibus haec lacrimans heros memorabat, et ecce
Aeacus ingreditur duplici cum prole novoque
milite, quem Cephalus cum fortibus accipit armis.

---

855 cum (qua) *ccGronov et Leid* ‖ causa/ (m *eras*) *M* 856 Ni (*corr m 2*) *N* ‖ p. enubere *M*, p. enubere *F l ς*, p. (in *i r m 2*)nubere *N*, patiare nubere *h*, patiaris nubere ς, patiare incumbere ς *A* (in²) 857 at errorem *Hs* 858 qu(i *ex* o *i r*)d *M* ‖ iubabat (*corr m 2*) *N* 859 et pariter *cDresd* ‖ de corpore ς 861 exalat *F h l* ς 864 gemina cum *c Voss* 865 zephalus *F* ‖ consortibus *Housman* ‖ excipit *g* ς ‖ Incip̄ exp̄ lib̄ VIII (*sic rubro*) *M*, Explicit lib VII Incipit VIII *N*, EXPLICIT LIBER · VII · INCIPIT · VIII · *l*, *nullus titulus in F e h*, Lib VIII *i mg* F^2

LIBER OCTAVUS.

Iam nitidum retegente diem noctisque fugante *Nisus et Scylla.*
tempora Lucifero cadit eurus, et umida surgunt
nubila: dant placidi cursum redeuntibus austri
Aeacidis Cephaloque, quibus feliciter acti
ante exspectatum portus tenuere petitos.
Interea Minos Lelegeia litora vastat
praetemptatque sui vires Mavortis in urbe
Alcathoe, quam Nisus habet, cui splendidus ostro
inter honoratos medioque in vertice canos
crinis inhaerebat, magni fiducia regni.
Sexta resurgebant orientis cornua lunae,
et pendebat adhuc belli fortuna, diuque
inter utrumque volat dubiis Victoria pennis.
regia turris erat vocalibus addita muris,
in quibus auratam proles Letoia fertur

---

8 *Conr de Mure ed Bas p 38*: Alcathoi quam Nisus habet.

1/104 *exstant in* **v** 1 revehente *Misc cr VI 29 Klotz* 4 actis ***M***. acti/ (s *eras*) ***N***, actis ***s*** *cRhenov R*, usi *cSprotii* ς 5 *sic* ***e h*** ς ω *vulgo*, Ant(e ex *i r m 2*)pect(a *ex* u *m 2*)tum ***F***, Ante spectatum ***l***, Ante ~~eon~~spectatum ***M***, Ante spectatos ***N*** 6 lelegia ***F*** ς, leleia ***s g*** ‖ moenia ς 7 pretercaque ***M***, prete(nt *i r m 2*)aque ***N***, Protentatque ***e*** ‖ urbem ***l*** ς *Bothe* 8 *sic* (alcatoe ***F***, alcothoe ***l***) *scripsi cum* ***A*** *Plan RA*, alcithoe ***g*** *V*, alcathoi (*sed cf VII 443 XV 707*) *Conr de Mure, idem illud 'in vetusto codice' inventum suasit ad aa II 421 Hs vulgo* ‖ arce alcathoe *in 2 codd esse ibidem testatur idem* 9*sq* medioque in uert. ***v M*** ς *RA Merkel*, medio de uert. ***X*** *V vulgo olim*, medio sub u. ***N*** ‖ medio de v. canos pendebat crinis *p 125 Hartman* 11 refulgebant *cSprotii* ‖ tempora ***F*** ‖ phoebes *ccAmbr et Med* 13 uagat ***M***, uagat (*fort recte, cf interpr ad Catullum 4, 20*) *ccBonon et Med R*, vaga est *Hs* 14 regalibus ***N*** 15 *sic cRhen* ω *vulgo* ‖ ὁ τῆς Λητοῦς παῖς *Plan*, pr. le/toia (loetoia *fort fuit*, laetoia *inde m 2*) ***M***, pr. latoia ***N e*** ς, pr. latonia ***F h l n*** ς ‖ fertur latonia proles *cSprotii*

deposuisse lyram: saxo sonus eius inhaesit.
saepe illuc solita est ascendere filia Nisi
et petere exiguo resonantia saxa lapillo,
tum cum pax esset; bello quoque saepe solebat
spectare ex illa rigidi certamina Martis,
iamque mora belli procerum quoque nomina norat
armaque equosque habitusque Cydonaeasque pharetras.
noverat ante alios faciem ducis Europaei,
plus etiam, quam nosse sat est. hac iudice Minos,
seu caput abdiderat cristata casside pennis,
in galea formosus erat; seu sumpserat aere
fulgentem clipeum, clipeum sumpsisse decebat.
torserat adductis hastilia lenta lacertis:
laudabat virgo iunctam cum viribus artem.
inposito calamo patulos sinuaverat arcus:
sic Phoebum sumptis iurabat stare sagittis.
cum vero faciem dempto nudaverat aere
purpureusque albi stratis insignia pictis
terga premebat equi spumantiaque ora regebat,
vix sua, vix sanae virgo Niseia compos
mentis erat. felix iaculum, quod tangeret ille,
quaeque manu premeret, felicia frena vocabat.
impetus est illi, liceat modo, ferre per agmen
virgineos hostile gradus, est impetus illi
turribus e summis in Gnosia mittere corpus
castra vel aeratas hosti recludere portas,

---

16 adhaesit ς ‖ sonus haesit in illo ς 17 illuc *e*, illic ς ‖ (s *i r*)o(l *i r*)ita *M* 19*sq* Tunc *h* ς ‖ Cum pax tuta foret *cLeid Bothe* ‖ bellum (*corr m 2*) *N* ‖ quoque turre s. *N* ς *Bothe* ‖ bellum quoque turre solebat spectare eque illa rigidi c. Martis *Hs* 21 mora/ *M*, mora(s *a m 2*) *N*, moras *e* ‖ nouit *cSprot* 22 Cydonaeasque *post Berkelium* (*ad Steph s v Κυδωνία*) *Ehwald*, *τὰς Κυδωνείας Plan*, cidonyasque *e*, cy(i)doneasque (*sed* que *add n*) *cett ω vulgo* 23 Norat et ante *cDresd* 24 etiam *om h* 25 pinnis *F l*, pennis *e* 26 sumpserat auro ς *Hs vulgo olim*, s. ore ς 28 abductis ς ‖ læcertis *M* 29 uiribus hastam *s* 30 Impositus calam(us *ex* i) *l*, Impositis calamis *e s* ς ‖ Inposito patulos calamo *cMedic Hs* 33 alti *Burm* 34 Ora premebat (regebat *sscr*) *v* 35 nisegia *l* ‖ vixque suae *in Bibl Diez 1075 Hs* 36 tenderet ille *cDresd* 40 (e *ex corr m 2*) summis ad gnosia *N* ‖ Cnosia ς ‖ *εἰς τὴν Κνωσσίαν χάλαγγα Plan* 41 e/ratas (r *videtur eras*) *N* ‖ hostique *s*

ł ic²
ł ra²
ł filis²
a²

vel siquid Minos aliud velit; utque sedebat
candida Dictaei spectans tentoria regis,
'laeter', ait 'doleamne geri lacrimabile bellum,
in dubio est: doleo, quod Minos hostis amanti est;
sed nisi bella forent, numquam mihi cognitus esset.
me tamen accepta poterat deponere bellum
obside, me comitem, me pacis pignus haberet.
si quae te peperit, talis, pulcherrime regum,
qualis es, ipsa fuit, merito deus arsit in illa.
o ego ter felix, si pennis lapsa per auras
Gnosiaci possem castris insistere regis
fassaque me flammasque meas, qua dote, rogarem,
vellet emi, tantum patrias ne posceret arces!
nam pereant potius sperata cubilia, quam sim
proditione potens! — quamvis saepe utile vinci
victoris placidi fecit clementia multis.
iusta gerit certe pro nato bella perempto
et causaque valet causamque tenentibus armis,
et, puto, vincemur. quis enim manet exitus urbem:

---

42 solebat (*corr*) ***g*** ς **43** dictei/ (s *eras*) ***l*** **46** numquid mihi ς *Hs vulgo olim* **47** poterit dimittere (*cf XIII 217*) ***s*** ς **48** comitem et pacis me ***g*** ς ‖ habere *cFrancof Hs* **49** S(i q̄ *i r m 2*) ***N*** ‖ peperit// ***M***, genuit ***e s*** *cSprot* ς *Hs vulgo ante Kornium* ‖ pulcherrmie (*sic*) ***e*** ‖ regum *recepi ex A Plan ω*, rerum (*cf ars I 213*) ***g*** ς *Hs vulgo* **50** ipsa *recepi* (*cf NJhbb 1894, 200*) *ex A RV*, ipse ς *Plan A Hs vulgo* ‖ merito *i r F* **51** quam felix ς **52** possim *cRhenov Hs* ‖ consistere ***l*** ς **53** F(a *i r m 2*)ssa(que *s l m 2*) me/ ***M*** ‖ que *alterum add* F^2 ‖ me mentemque meam *cSprot* **54** artes (uel arces *sscr*) ***v*** **55** Ah(*vel* Ha) pereant ς *Gebhardus* ‖ scelerata ***l*** **57** mtis (uel multis *sscr*) ***v*** ‖ clementia victis *praef ed*^{2} *Riese* **58** Iusta facit ***s*** *Burm* ‖ gerit (placidus *virg del m 2*, certe *sscr eadem*) *fort recte* ***M*** ‖ pernoto (*corr m 2*) ***v***, prognato ***F*** **59** *i r a m 3* ***n*** ‖ Et causaque (ł Per causasque *sscr* e^2) ***e*** ς *VA Merkel*, E/ causa/q:(ⁿ *i e* et *add m 2*) / ualet ***M***, Et causasque ***v***, (In *ex corr*, Et *videtur fuisse*) causaque ***h***, In causamque ς, In causaque ***F l n*** ς *ConstFanensis vulgo olim* ‖ Et quia causvalet (*sic*) ***p***, Et sua c. ualet *cSprot*, Atque ualet causa ς, aque valet causa *Bach* ‖ tenentibus ***M F*** ς* ς *R Jahn*, tuentibus ***m n*** e^2 ς *VA Hs vulgo olim* **60***sq* Et puto ***N l*** ς *R Riese*, Ẹ Vt (*i e* Vt *ex* Et *m 2*) puto ***M***, (V *i r m 2*)t puto *F*, vel et puto uincemur q̄ (*verba textus evanuerunt*) *sscr* ***v***, Set (*ex corr*) puto ***h***, Ut puto ***e*** ς *A vulgo olim*, at puto *Markland* ‖ urb(em *ex* i *m 2*) ***N*** ‖ quis enim manet (*quo recepto distinxi*) ***A R*** ‖ quis enim m. e. urbem, Cum *sq Korn*, qui si manet exitus urbem, Cur *sq* ς *VA Ciofanus vulgo*

cur suus haec illi reseret mea moenia Mavors
et non noster amor? melius sine caede moraque
inpensaque sui poterit superare cruoris.
non metuam certe, ne quis tua pectora, Minos,
vulneret inprudens. quis enim tam durus, ut in te
dirigere inmitem non inscius audeat hastam?
coepta placent, et stat sententia tradere mecum
dotalem patriam finemque inponere bello.
verum velle parum est! aditus custodia servat
claustraque portarum genitor tenet: hunc ego solum
infelix timeo, solus mea vota moratur.
di facerent, sine patre forem! — sibi quisque profecto
est deus; ignavis precibus Fortuna repugnat.
altera iamdudum succensa cupidine tanto
perdere gauderet, quodcumque obstaret amori.
et cur ulla foret me fortior? ire per ignes
et gladios ausim; nec in hoc tamen ignibus ullis
aut gladiis opus est, opus est mihi crine paterno!

---

61 hic illi *R* ‖ re//// *M*, reser(a *ex* e *m 2*)t *N*, reserat (uel reseret *sscr*) *v*, resert *h* ‖ referet mea uulnera *e* ‖ Cur—reserabit moenia *cGronovii Hs vulgo olim* ‖ reserarit *coni Hs* 63 Incessaque suum p. supe(rare *i r*) cruorem *M*, Incessaque su(i *i r*)—cruorem (uel cruoris *sscr*) *v* ‖ poterat *cSprotii* ‖ supera//re *e*, superasse ς 64 *sic M F l* ς *ω vulgo* ‖ Non (nam *m 2*) metuo // *N*, Nam (*ex corr*) metuam *h*, N(o *i r*)n (ł Nam *sscr m 2*) metuo (ł am *sscr m 2*) *e*, Nam metuo *g* ς, Iam metuo ς, Ha metuo *cVatic*, quam metuo *Hs vulgo olim* 65 tam *i r M*, tum *l* ‖ en. modo *N* ‖ durus *O F l h* ς *A*, dirus *e n* ς *RV Hs vulgo olim* 66 n(on inscius audeat *i r m 2*) *e* ‖ nisi nescius ς *Hs vulgo olim*, nisi inscius ς 67 en stat *Hs* ‖ perdere *s* ‖ mecum *A ω vulgo olim*, secum (mecum *sscr m 2*) *M cVatic Merkel*² ‖ *quod qui probant*, coepta placent—parum est *poetae interloquentis esse volunt, sed cf quae dixi NJhbb 1894, 778* 69 seruat (uel claudit *sscr*) *s*, claudit ς 72 Dii *M* ‖ si facerent (*vota sc*), sine patre f. *Phil XXXIX 178 Köstlin* ‖ si quisque *e* 73 Fit deus *cGronov Hs vulgo olim* ‖ natura *cVatic* ‖ ignavis—repugnat] *cf Soph frg 374 Nauck* 74 *sq* Cupidine (*litt mai*) *Hs* ‖ tanto *cum* amori *coniunx Plan* ‖ tanta *g* ς 75 Pendere *l*, Prodere ς ‖ obstarit *N* ‖ amanti *R* 76 cur illa (*corr e*) *h e* ς 77 Per gladios ς *Hs vulgo olim* ‖ neque *ex* nec (in *sscr*) *v*, neque ς *Hs vulgo olim* ‖ nec in hoc *e* ς *ω vulgo*, nec ad hoc *e*² ς *cSprotii Plan*, nec hoc (in *sscr m*) *M l*, nec (h *m 2*)uc *N*, ad ł o *sscr n*, nec (nunc *i r m 2*) *F*, nec (ad haec *ex corr m 3*) *h* 78 opus est *alterum om M*, *add m* ‖ gladiis (opus est *i r m 3*) opus est *F*

ille mihi est auro pretiosior, illa beatam
purpura me votique mei factura potentem.'
    Talia dicenti curarum maxima nutrix
nox intervenit, tenebrisque audacia crevit.
prima quies aderat, qua curis fessa diurnis
pectora somnus habet: thalamos taciturna paternos
intrat et (heu facinus!) fatali nata parentem
crine suum spoliat praedaque potita nefanda
fert secum spolium celeris progressaque porta
per medios hostis (meriti fiducia tanta est!)
pervenit ad regem; quem sic adfata paventem est:
    'Suasit amor facinus: proles ego regia Nisi
Scylla tibi trado patriaeque meosque penates.
praemia nulla peto nisi te: cape pignus amoris
purpureum crinem nec me nunc tradere crinem,

---

85 *Hyginus fab 198 Schmidt*: quem ut victorem faceret, patri dormienti fatalem crinem praecidit ‖ (*Lactantii*) *Argum VIII fab 1*: ut victorem hostem faceret gloriosiorem [gloriosum *O*], crinem purpureum patri dormienti abscidit [cr. p. abscidit genitori dorm. *O*], quo fata patris continebantur.

86*sq Priscianus V 16*: ut 'celer' masculinum 'celeris' facit femininum, cuius neutrum in e invenitur. Ovidius metamorphoseon VIII: 'praedaque potita nefanda Fert secum spolium celeris progressaque porta'.

90*sq In Orthographia Bernensi II quam edidit HHagen in Anecdotis Helveticis (Gramm Latini Suppl) p 297, 4 post* inuenitur *addita sunt haec in cod Bern A 92 sched 28*: Exemplum de suadeo. Ouidius metamorphoseos in libro VIII^{uo}: 'Suasit amor facinus, proles ego regia Nisi Scilla'.

92 *Brambach inscr Rhen 2031 = Carm epigr 360 (2)*: cape pignus amoris.

---

79 Ille mihi *recepi ex* ***N X***, Ille (uel illa *sscr*) ***v***, Illa mihi ***M g*** *Burm vulgo* ‖ beata ***R*** 80 potentem est ***g ς*** 81 furtorum maxima *Hellmuth* 82 que *om* ***ς*** 83 q$^{a^2}$ curis ***F*** 84 Corpora *cGoth* 85*sq* fatali (*item Hyginus et L*) ***F n h l g ς*** *VA vulgo*, uitali ***v O e ς*** *R Merkel* ‖ uitali crine parentem Nata ***e ς*** *cSprotii* 87 *habent Priscianus* ***X*** *Plan VA, non habent (add i mg* ***m****, i l* ***v***^{2} ***n****)* ***v O*** *R, del post Heinsium (cf praef ed*^{2} *p XXV) Merkel* ‖ sceleris (*sed cf VII 647*) ***F h m n ς*** *Plan A Hs vulgo olim* ‖ pretium sceleris (*coll 105*) *Bentley*, pignus sceleris *Vollmer* ‖ pr. ponte ***m*** 88 hostis ***N***, hostes ***n*** *cett vulgo* ‖ meritis ***ς*** *Hs vulgo olim* 89 trementem (uel pauentem *sscr*) est ***ς***, pauentum est ***R*** ‖ est *om ccGoth et Rhenov, del Hs* 90 Spasit ***v*** ‖ gloria (uel regia *sscr* ***v***) ***M v***, regia ***m*** *et* ***i r n*** 91 Silla ***h*** ‖ *sic* ***v F l*** $^{ł\ e^2}$ ***ς*** *R Merkel*, patriamque ***N ς***, ***h*** patri(ā, e$_{\text{ę}}$ *corr m 2*, e *sscr m 3*)que ***M***, patriosque ***e***, patriosque ***ς*** *Hs vulgo olim* ‖ *παραδίδωμι τὴν ἐνεγκαμένην καὶ τὸν ἐμὸν θάλαμον Plan* 92 nisi (te ***i r*** *m 2*) ***F*** 93 Purp. cinem$^{r^2}$ ***M*** ‖ nec ***i r N***

sed patrium tibi crede caput!' sceleratаque dextra
munera porrexit. Minos porrecta refugit
turbatusque novi respondit imagine facti:
'di te summoveant, o nostri infamia saecli,
orbe suo, tellusque tibi pontusque negetur!
certe ego non patiar Iovis incunabula, Creten,
qui meus est orbis, tantum contingere monstrum.'

Dixit, et ut leges captis iustissimus auctor
hostibus inposuit, classis retinacula solvi
iussit et aeratas inpelli remige puppes.

Scylla freto postquam deductas nare carinas
nec praestare ducem sceleris sibi praemia vidit,
consumptis precibus violentam transit in iram,
intendensque manus passis furibunda capillis
'quo fugis' exclamat, 'meritorum auctore relicta,
o patriae praelate meae, praelate parenti?
quo fugis, inmitis, cuius victoria nostrum
et scelus et meritum est? nec te data munera, nec te
noster amor movit, nec quod spes omnis in unum
te mea congesta est? nam quo deserta revertar?
in patriam? superata iacet. sed finge manere:
proditione mea clausa est mihi. patris ad ora?
quem tibi donavi! cives odere merentem,

---

94 que *add* h^2 ‖ dextra *i r* ***m*** 96 imagine monstri ***g*** 98 Orbe ł suo² ł suo² ł pontus²
tuo ***M***, Orbe polus ***N***, orbe pio *Hs* ‖ tibi celumque ***e***, tibi coelumque ς ‖ negentur *cMedic Hs vulgo olim* 100 Quae (uel Qui *sscr* ***s***) ***s*** ς *Hs vulgo olim* 101 cap/tis (i *eras*) ***N F*** 102 (re *s l m 2*)tinacula ***h*** 103 impelli ς *ccSprotii et Dresd Hs vulgo olim*, impleri (uel impelli *sscr*) ***v***, impleri (*sed cf her 3, 153 et NJhbb 1893, 629*) *cett* ω *vulgo* ‖ puppes *i r* F^2, puppem ***h*** 104 Postquam silla freto d. carinas nare ***h*** ‖ Silla ***l*** ‖ mare (uel nare *sscr*) ***v*** ‖ *desinit hic* ***v*** ł trādit (trāsit *inde m 2*) 105 sceleri sua *Hs* 106 uiolen(t *a m 2*)ā² ***N*** ‖ uadit ***F*** ‖ ad iram *cSprotii* 107 passis ***F h l m*** ς ω, sparsis ***e*** h^2 ς, (spar *i r m 2*)sis ***N***, fossis ***M***, scissis *c1huan* ‖ furiosa (uel furibunda *sscr*) *cSprotii* 108 auc(tri *i r m 2*)ce ***N*** 110 nostrum (est *add m 2*) ***N*** 112 Noster mouit amor ς *Hs*, N. amor tenuit ς *Bothe* ‖ in uno ς 113 cogesta ***h***, conie(s *i r*)ta ***e***, coniecta ***p*** ς 114 Impatriam ***M*** ł ab ore² 115*sq* (ob *ex* ad *m 2*, ad *sscr m 3*) ora ***N***, ad ora (ab *i mg m 3*) ***e***, ab ore ς, ob ora ς *cSprot Hs* ‖ *sunt qui signum interrog ponant aut semel post* donavi (*Korn*) *aut bis post* ora *et post* donavi (*Merkel*) 116 Quem tibi ***M F h*** ς *R Riese*, Que/ (m *eras*) tibi ***N l***, Quae (ł Quem *sscr* e^2) tibi ***e*** ς *VA vulgo olim* ‖ / odere ***M*** ‖ merentem (ł manentem *sscr m 2*) ***e*** ‖ ciues o. merentem *i r* ***n***

finitimi exemplum metuunt: exponimur orbae,
terrarum nobis ut Crete sola pateret.
hac quoque si prohibes et nos, ingrate, relinquis,
non genetrix Europa tibi est, sed inhospita Syrtis,
Armeniae tigres austroque agitata Charybdis.
nec Iove tu natus, nec mater imagine tauri
capta tua est (generis falsa est ea fabula!): verus
et ferus et captus nullius amore iuvencae,
qui te progenuit, taurus fuit! exige poenas,
Nise pater! gaudete malis, modo prodita, nostris
moenia! nam fateor, merui et sum digna perire.
sed tamen ex illis aliquis, quos inpia laesi,
me perimat! cur, qui vicisti crimine nostro,
insequeris crimen? scelus hoc patriaeque patrique est,

117*sq* exponimur orbae, terrarum—pateret] *sic, ubi post Bentleium P de Winterfeld (cf Jhb cl Alt 1901 II 294 Ehwald)* orbe *idem quod* orbae *esse vidit, scripsi (cf Hermes XXXIX 58) cum* ***M*** ‖ exponimur orbe *probante Hs* ***M*** *cMedic R* ł obstruximus orbem *sscr* ***m***, exponimur orbem *cBas*, exponimus orbem ***N***, obstrinximus (ł expellimus ł remouimus *sscr m 2*) orbem ***e***, obstruximus orbem ***n s*** *cett VA Burm vulgo* ‖ *versum obelo not Merkel*[2] ‖ obstruximus o. t. nobis, ut *in ed Bachii distinx Ochsner* ‖ expungimur orbae *Bentley*, expendimus orbem *Adv cr II 86 Madvig*, exposcere, in orbe *Korn*, seponimur orbe *Rev d Ph 1895, 140 Tournier* ‖ exponimur orbae, ut—patescat *P de Winterfeld* **118** Terr. Crete nobis ut *ad Ter Maurum p 262 Santen* ‖ pateret *i r* ***F***[2], maneret ***g*** ‖ et Cr. s. pateret? *Ehwald*, vel Cr. s. pateret *Vollmer* **119** Hac quoque ***N e l ς R*** *Hs vulgo olim*, Hanc quoque (*sed cf NJhbb 1894, 780*) ***M F n h ς*** *VA vulgo* ‖ prohibes, si nos *Burm* **120** Nec genitrix ***h*** ‖ tua est ***p*** ‖ est *om* ***e ς*** *del Hs* **121** Armeni(y)eque tigres ***N h ς***, Armenique tigr. ***s ς*** *A Hs vulgo olim*, Armeniae aut t. *Hs*, Armeniae tigresque *Ehwald* ‖ Austrove *Hs* ‖ caribdis ***M h***, caripdis ***l***, caripus ***F***, *inde* caripd[i]s ***F***[2] **122***sq* natus, falsa nec imagine tauri Lusa tua est genitrix (falsa est ea fabula), uerum ***ς*** *Ciofanus*, natus, falsi nec imagine tauri Ducta tua est genitrix (falsa est ea fabula), verus *p 127 Hartman* **123***sq* Capta (*cf 124*) ***N***, Ducta ***M*** *Hs vulgo*, Lusa ***X m ω*** ‖ est *om cSprotii* ‖ generis ***N l e***[2] (*sscr m 3* ***m***) ***h***[3], gen(itrix *i r m 2*) ***M***, genitrix ***F e h*** *cSprot* ‖ falsa est et fabula ***e p ς*** ‖ uerus ***e***[2] ***ς*** *R Jahn vulgo*, uerū (*i e* uerum, s *post* ū *eras*, ū *ex corr F*, ¯ *add* ***m n***) ***A*** *RV*, *ἀλλὰ τῷ ὄντι Plan* ‖ est *add* ***e*** ‖ generis falsa est ea fabula vestri *'unus Heinsii' Capoferreus vulgo olim* ‖ generis—vestri. Verus is et *vel* At ferus et *Baumg-Crusius* **124** *del Merkel*[2] ‖ Sed ferus *Burm*, Et merus *Lemaire* ‖ Et ferus et captus n. a. puellae *Advers III c 21 Barth* **128** Me tamen *cGronov Hs vulgo olim* **129***sq* cur quo vicisti crimine nostrum Insequeris crimen? — est, officium tibi fit *Rev Phil 1895, 141 Tournier* ‖ nostro ***e*** ł duro[2] **130** patrique ***F h ς*** *RA vulgo*, patr[i]que ***M***, patrisque ***N F***[2] ***e l g*** *V* ‖ est *addidi ex* ***M*** *R, om cett VA vulgo*

officium tibi sit! te vero coniuge digna est,
quae torvum ligno decepit adultera taurum
discordemque utero fetum tulit! ecquid ad aures
perveniunt mea dicta tuas? an inania venti
verba ferunt idemque tuas, ingrate, carinas?
iamiam Pasiphaen non est mirabile taurum
praeposuisse tibi: tu plus feritatis habebas!
me miseram! properare iubet, divolsaque remis
unda sonat; mecumque simul mea terra recedit.
nil agis, o frustra meritorum oblite meorum:
insequar invitum puppemque amplexa recurvam
per freta longa trahar!' vix dixerat, insilit undis
consequiturque rates faciente cupidine vires
Gnosiacaeque haeret comes invidiosa carinae.
Quam pater ut vidit (nam iam pendebat in aura
et modo factus erat fulvis haliaeetus alis),
ibat, ut haerentem rostro laceraret adunco.

---

131 tibi fit (ł sit *sscr* e^2) *e cCantabr* ‖ uero *scripsi cum A ω*, uere (*corr* e^2) *e s ς Hs vulgo*, *σοῦ δ' ἄρα σύνευνος ἑπαξία ἦ—ἠπάτησε Plan* ‖ *sensus est*: '*Pasiphae digna est, cuius verus coniunx* (*qui nunc, quamquam diceris, non es*) *sis tu, non ille taurus, qui nunc est*' (*cf 136*) **133** *διφυῆ Plan*, dissortemque *Hs* ‖ et (hęc *inde n*) quid ***O***, (et *i r m 2*) quid ***h*** **134** *sq* peru. moa² maledicta *e*, p. me(a *add m 2*) dicta ***F*** ‖ mea dicta (tuas *om*, an i. uenti *i r m 2*, *eadem sscr m 3*) ***M*** ‖ an—idemque *om* ***N***, *i l add* ***n*** **135** *om* (*i mg add m 2*) ***M*** ‖ carina (s *add m 2*) ***N*** **136** Iam (iam *alterum add m 2*) ***h*** ‖ pasiphaen ς *Plan VA*, phasiphen ***M***, pasyphen ***e*** *R*, pasiphen *cett* **138** preparare *R* ‖ iubet (*litteras nunc evanidas*, — ł iuuat *fort fuit — sscr in* ***M***, *super quas glossam* minos *sscr* ***m***) ***O*** ς *Ehwald*, iuuat ***X*** *ω vulgo* ‖ diuolsaque ***N***, diuulsaque ***M*** ***n e*** ς *vulgo*, diuisaque ***F h l*** e^2 ***m g***, diffisaque *Hs* **139** mecumque simul mea *recepi ex* ***N e h p*** ς, mecum simul et m. ***F***, mecum simul (ha *i r*) mea ***M***, mecum simul ah m. ***l*** ς *R vulgo*, mecum simul et m. ς, mecum sine me mea *Hs* ‖ diuolsaque—mecumque] que—que *inter se respondere censet Ehwald* ‖ recedi\s *ex* t *m 2*) ***F*** **141** puppemque (que *om* ***h***) ***O F h l*** *ccBerol et Vrat*, pupemque *R*, puppimque (*cf 148*) ***e*** ς *VA vulgo* **142** trah(o *ex* a *m 2*)r ***F***, ferar ς ‖ undas ς *Hs vulgo olim* **143** *del Hs* **144** que *om* ***h*** **145** *sq* in aura *cSenat alter et c coni HAKoch*, *μετέωρος ἦν ἐν ἀέρι Plan*, in auris ς *cSenat prior*, in auras ***A*** *ω* ‖ in auris, Ut modo *Capoferreus* **146** factus auis ***e g s*** ς *ω* ‖ haliaeetus alis ς *Loers*, haliaeetos alis ς *Hs*, *ξανθαῖς πτέρυξιν ἁλιαίετος Plan*, haliaetus in alis ς, alietus in a. ***M h***, (h)aliethus in a. *ω*, alictus in a. ***l***, halietus in a. ***g***, halietos u² in a. ***N***, alietos in a. ***F***, alyethos in a. ***e*** **147** laniaret ς *cSprotii* ‖ acuto (uel aduncо *sscr*) *cSprotii*
ł alicius

illa metu puppim dimisit, et aura cadentem
sustinuisse levis, ne tangeret aequora, visa est.
pluma fuit: plumis in avem mutata vocatur
ciris et a tonso est hoc nomen adepta capillo.
Vota Iovi Minos taurorum corpora centum — *Labyrinthus. Ariadnes corona.*
solvit, ut egressus ratibus Curetida terram
contigit; et spoliis decorata est regia fixis.
Creverat opprobrium generis, foedumque patebat
matris adulterium monstri novitate biformis.
destinat hunc Minos thalamo removere pudorem
multiplicique domo caecisque includere tectis.
Daedalus ingenio fabrae celeberrimus artis
ponit opus turbatque notas et lumina flexu
ducit in errorem variarum ambage viarum.
non secus ac liquidis Phrygius Maeandrus in undis
ludit et ambiguo lapsu refluitque fluitque
occurrensque sibi venturas adspicit undas
et nunc ad fontes, nunc ad mare versus apertum

---

162 *sq Sen Herc fur 683*: qualis incertis vagus Meander undis ludit et cedit sibi *sq* ‖ *Vibius Sequester p 7, 10 Burs*: Maeandros Cariae gentis Asiae; hic tam flexuosus est, ut in sese recurrat.

---

148 dimittit at aura ς *vulgo olim* ‖ dimisit: pluma cadentem (*cf 150 VI 667 IX 782*) *malim* 149 *sq* aequora fertur ς ‖ sustinuisse, levis ne tangeret—Scylla fuit: plumis *Rev Ph 1895, 141 Tournier* ‖ spuma ruit plumis *Rev Ph XXVIII 1 Havet* 151 Cy(i)rris *e h*, C(y *ex* u *m 2*)ris *M* ‖ a rapto *cMedic* ‖ adempta *F*, ade/pta (m *eras*) *N* 152 taurorum sanguine (t corpora *sscr* e^2) *F e l* ς, taurorum munere *s* 153 ut egr. ς *RA Hs vulgo*, et egr. *A V* ‖ curetida *O e* ς *VA*, creteida *n cett* 157 thalamo *N*, thalam(i *i r*) *M*, t(h)alami *F e h* ς ω, thalamis *l* ς *Hs vulgo olim* ‖ retinere *h* 160 /// ponit (Ini *sub ras dignoscitur N*) *O* ‖ turbatque uias ς ‖ lumina *F h* ς, limina *O e l* h^2 ς ω *Jahn* ‖ flexu(ł sus *sscr* e^2) *O F* ς* *g* ς ω, flexum (*sed cf NJ hbb 1894, 780*) *m n* ς *Hs vulgo olim*, flexus ς ‖ limina tecti (uel flexu *sscr*) *cSprotii*, lumina flexim *coni Hs* 162 *sic* (phrigus *M*) *M h* ς *Korn*, liquidus phri(y)giis *l* ς *Hs vulgo olim*, liquid(us *i r m 1*, ł dis *sscr m 2*) frygiis *e* ‖ m(a)eandros *e l* ς ω *Hs vulgo olim*, menandros *F cZwicc*, meander ς ‖ in aruis *F l* ς *Plan Hs vulgo olim* ‖ liquid(i *ex* u)s phrigius (*prior virgula litterae* u *et totum* s *i r m 2*) meandrus in undis *N*, liquidos phrygius maeandros in arcus *cTwisdenius prior* 163 ludit; in ambiguo lapsu *Ciofanus* 164 165 *om O*, *i mg m*, *i l n* ‖ prospicit *cArondel* 165 in mare ς *Hs vulgo olim*

incertas exercet aquas: ita Daedalus inplet
innumeras errore vias; vixque ipse reverti
ad limen potuit: tanta est fallacia tecti.
Quo postquam geminam tauri iuvenisque figuram
clausit et Actaeo bis pastum sanguine monstrum
tertia sors annis domuit repetita novenis,
utque ope virginea nullis iterata priorum
ianua difficilis filo est inventa relecto,
protinus Aegides rapta Minoide Diam
vela dedit comitemque suam crudelis in illo
litore destituit. desertae et multa querenti
amplexus et opem Liber tulit, utque perenni
sidere clara foret, sumptam de fronte coronam
inmisit caelo. tenues volat illa per auras,
dumque volat, gemmae nitidos vertuntur in ignes
consistuntque loco specie remanente coronae,
qui medius Nixique genu est Anguemque tenentis.

Daedalus et Icarus. Perdix.

Daedalus interea Creten longumque perosus
exsilium tactusque loci natalis amore
clausus erat pelago. 'terras licet' inquit 'et undas
obstruat, at caelum certe patet; ibimus illac:
omnia possideat, non possidet aera Minos.'

---

166 (Incert *i r m 2*)as ***M***, Et dubias (t incertas *i mg* ***n***) ***N p*** ς, Incertas (t et dubias *sscr m 2*) ***e***, Diuersas *cMedic* ‖ ut dubias e. aquas, ita *temptavi* 168 texti *Gronovius* 169 tauri geminam (*ex codd?*) *Hs* 170 actheo ***e*** ‖ pastum semine *cBerol* 172 Atque ope *cVratisl* ‖ superata ***N*** *ccMedic et Spir*, iterata (uel intacta *sscr*) ***s*** 173 filio *R* ‖ relecto *cPal DanHeinsius vulgo*, relicto ***A ω*** ‖ *τὴν πύλην εὗρε ταύτης ἑξάψας τὸ νῆμα Plan* 174 minoi(de dia *i r m 2*) ***N***, minoida (*corr* F^2) diam ***F l*** ‖ (chi *i r m 2*)am ***F***, (chi *m 2*)a(m *m 2*) ***h***, chiam *cSprot* ς *R*, dian ς *Hs vulgo olim*, chian ς, dya ***e***, dian ς 175 que *om* ***h*** ‖ ipso ***e*** 176 destituit (uel deseruit *sscr*) ***s***, deseruit ς *Hs vulgo olim* ‖ desert(e et *i r m 2*) — multa perhenni (querenti *sscr m 2*) ***N*** ‖ multo$^{a^2}$ (querenti *i r m 2*) ***M*** 177 *om* ***O***, *i mg* ***m*** ‖ querenti — utque *i l n* ‖ Amplexusque et ς 179/234 *exstant in* ***τ*** 179 Iam misit ***N***, Imposuit (uel Immisit *sscr*) *cSprotii* ‖ ille ***h*** 180 *sq* uolant gemmae *VA* ‖ subitos ς *vulgo olim*, subitos (uel nitidos *sscr*) *cSprot* ‖ Dumque volat, g. nitidum v. in ignem, qui medius — tenentis, Consistuntque — Coronae *Möbius* 182 *del Bentley* ‖ nix(ique *i r m 2*) ***N***, nisique ς ‖ est *om* (*add m 2*) ***N*** ‖ anguenque ***h*** 184 tractusque (*sed cf 224*) *cMed Hs vulgo olim* ‖ soli nat. ς *Hs vulgo olim* 185 Clasus (*corr m 2*) ***h*** ‖ pelag(u *i r m 2*) ***M*** ‖ licet inquit et *i r* ***n*** 186 late patet *cSprot* ‖ patet et licet armis (t ibimus illac *sscr* ***τ***, *i mg* F^2) ***τ F h l g*** ‖ ill(ac *i r m 2*, ł o *sscr m 3*) ***N***, illo ***e***

Dixit, et ignotas animum dimittit in artes
naturamque novat. nam ponit in ordine pennas,
a minima coeptas, longam breviore sequenti,
ut clivo crevisse putes. sic rustica quondam
fistula disparibus paulatim surgit avenis.
tum lino medias et ceris adligat imas
atque ita conpositas parvo curvamine flectit,
ut veras imitetur aves. puer Icarus una
stabat et ignarus sua se tractare pericla
ore renidenti modo, quas vaga moverat aura,
captabat plumas, flavam modo pollice ceram
mollibat lusuque suo mirabile patris
inpediebat opus. postquam manus ultima coepto
inposita est, geminas opifex libravit in alas
ipse suum corpus motaque pependit in aura.
Instruit et natum ‘medio’ que ‘ut limite curras,
Icare’, ait ‘moneo, ne, si demissior ibis,
unda gravet pennas, si celsior, ignis adurat.
inter utrumque vola! nec te spectare Booten
aut Helicen iubeo strictumque Orionis ensem:
me duce carpe viam!’ pariter praecepta volandi
tradit et ignotas umeris accommodat alas.

---

188 *sq* animum—longam (190) *i l n* ‖ demittit *F n g* ς, demisit *p*, dimisit *cSprot*, diuertit ς ‖ et ignotas longam breuiore sequenti (animum dimittit in artes *sscr m 2*) ***M*** 189 nouit (*corr*) ***e***, nouam *cBonon* 190 *del Merkel* ‖ sequenti ***O*** *Hs vulgo*, sequente ***τ X*** *ω Jahn* 191 (cli *i r m 2*)uo ***F*** ‖ creuisse (ł caruisse *sscr m 2*) ***M*** 192 paulat(i *ex* a)m s. a$^{u^2}$/enis ***M*** 193 Tunc ς ‖ imas *i r* F^2 194 dispositas *s* ς ‖ flectit *i r* F^2 194/197 *om* ***τ*** 195 imitentur ς *Hs vulgo olim* 197 renidenti ς *VA vulgo*, reni$^{t^2}$/enti ***M***, renitenti (i. ridenti ł renidenti *sscr* e^2) *cett R* ‖ mouerit *Hs* 198 afflabat *vel* tractabat *Hs* ‖ et flauam ***M*** *R*, flaua ***τ***, flāu/ (u *partim i r*) ***F*** 199 uisuque ***N*** *cMedic* ‖ plausuque ς, lusu et ***τ*** 200 coepto *recepi ex* ***A*** *VA*, c(o)eptis ***e m*** ς *R vulgo* 201 gemin(a *ex* i *m 2*)s—alas ***M***, geminis—alis *cArgent Plan HVoss* ‖ uibrauit ς 203 natam (*corr*) ***τ*** ‖ medio quo lim. ***N*** ‖ medioque in lim. ***τ*** ς, medio tu lim. *cGronov* ‖ limine ς 204 demissior ***M l*** ς, dimissior ***τ N F h e m*** ς 205 pinnas (*corr m 2*) ***N*** ‖ adur^{at}et ***F*** 206 *sq* Inter/(que *eras*) ***M*** ‖ nec te ***e*** ς *ω vulgo*, ne(u *i r m 2*) te ***F***, neu te *cett* ‖ neu te—iubeam *Hs* ‖ boote ***h e***, bootem ς, boeten ***l*** 207 elicem ***M*** *Ben*, elycē ***e***, elicen ***F h*** ‖ strictumue ς *Burm vulgo olim* 208 uolando (i *sscr m n*) ***O*** 209 Tradidit ign. ***τ***

inter opus monitusque genae maduere seniles,
et patriae tremuere manus. dedit oscula nato
non iterum repetenda suo pennisque levatus
ante volat comitique timet, velut ales, ab alto
quae teneram prolem produxit in aera nido,
hortaturque sequi damnosasque erudit artes
et movet ipse suas et nati respicit alas.
hos aliquis tremula dum captat harundine pisces,
aut pastor baculo stivave innixus arator
vidit et obstipuit, quique aethera carpere possent,
credidit esse deos. et iam Iunonia laeva
parte Samos (fuerant Delosque Parosque relictae),
dextra Lebinthos erat fecundaque melle Calymne,
cum puer audaci coepit gaudere volatu
deseruitque ducem caelique cupidine tactus
altius egit iter. rapidi vicinia solis
mollit odoratas, pennarum vincula, ceras;
tabuerant cerae: nudos quatit ille lacertos
remigioque carens non ullas percipit auras,
oraque caerulea patrium clamantia nomen
excipiuntur aqua, quae nomen traxit ab illo.

---

218 *citatur* [stivaeve] *in Glossario Osberni (Mai class auct VIII) 511.*

---

210 op$'^{2}$ $\sim^{2}$ monitusque maduere genę maduere *F* 211 cecidere *cHamb* 212 leuatis^{v2} *M*, leuatis *τ* 213 Ante euolat *h* ‖ uelit aues *τ*, aues (*corr m 2*) ab alti (*corr m 2*) *l* 214 Qui ten. (prolem *i mg m 2*) prod. *e* ‖ producit ς, deduxit ς ‖ in aere ς 217 *cf ars II 77* 218 baculo/ (s *eras*) *N* ‖ stiuaue *N e cRhenov Hs vulgo*, stiua(que *i r m 2*) *M*, stiuaeque ς *VA*, stiuaque *cett R* ‖ enixus *R* 219 obstipuit *O Riese*, obstupuit *m X vulgo olim* ‖ aera ς 221 fuerant ς *Hs vulgo*, fuerat *A ω* ‖ delos(que *om*) *τ l* ‖ relicta *cRhenov* ‖ *parenthes pos Jahn* ‖ Samos, fuerant D. P. relictae: Dextra *vulgo olim* 222 lebinthus *M e Korn*, Labynctos *R*, *Λέβεδος Plan* ‖ erat *om h*, erant ς *Hs vulgo olim* ‖ caline *τ l*, calīne *h*, caligne (uel colone *sscr*) *cSprotii*, calone *s*, carimne *g*, *Κάλυμνος Plan*, calyndne *V*, Calydna *A* 223 226 *om τ* 223 p/er^{v2} *F* 224 t/actus (r *eras*) *M*, tractus ς *R Hs vulgo olim*, captus ς, *βαλλόμενος Plan* 225 rapidi// (& *eras M*) uicinia *M e*, rapidi ad uicinia *N p* ς, rapidi at u. *fort cum g* ς *R scribendum* ‖ rabidi *Vollmer* 226 (o *ex* a *i r m 2*)doratas *M*, od(o *i r m 2*)ratas *N*, odorat(as *i r m 2*) *F*, adornatas *vel* adaptatas *Hs* ‖ p(e *ex* i *m 2*)unarum *N* 227 Tabuerunt *cMedic* 228 non *i r n* ‖ concipit ς

At pater infelix, nec iam pater, 'Icare', dixit,
'Icare', dixit 'ubi es? qua te regione requiram?'
'Icare' dicebat: pennas adspexit in undis
devovitque suas artes corpusque sepulcro
condidit, et tellus a nomine dicta sepulti.
Hunc miseri tumulo ponentem corpora nati
garrula limoso prospexit ab elice perdix
et plausit pennis testataque gaudia cantu est:
unica tunc volucris nec visa prioribus annis,
factaque nuper avis, longum tibi, Daedale, crimen.
namque huic tradiderat, fatorum ignara, docendam
progeniem germana suam, natalibus actis
bis puerum senis animi ad praecepta capacis.
ille etiam medio spinas in pisce notatas
traxit in exemplum ferroque incidit acuto
perpetuos dentes et serrae repperit usum.
primus et ex uno duo ferrea bracchia nodo
vinxit, ut aequali spatio distantibus illis
altera pars staret, pars altera duceret orbem.
Daedalus invidit sacraque ex arce Minervae
praecipitem misit, lapsum mentitus; at illum
quae favet ingeniis excepit Pallas avemque
reddidit et medio velavit in aere pennis,
sed vigor ingenii quondam velocis in alas

---

237 *Auctor de dubiis nom* (*Keil V 587*): Perdix generis feminini, ut Varro (*sic, cf Testim ad II 494 825*) 'garrula limoso prospicit elice perdix'.

244 *sq Conr de Mure p. 135*: 'Ille etiam medio pinnas in—in exemplum'.

---

231 (A *i r m 2*, E *fort fuit*)t ***M*** ‖ sed nec pater (*fort recte, cf IV 153*) ***N*** ‖ icace (*corr*) ***F*** 232 *om* (*lacuna indicata*) ***τ*** ‖ ubi es dixit ***e*** ‖ qu(a *ex* o *m 2*) ***M*** 233 conspexit ***F ς*** *vulgo olim* ‖ undas (*corr* ***h***) ***τ h*** 235 est tellus ***ς*** *Polle* ‖ de nomine *cSprot* ‖ sepulti est ***e h p ς*** 237 *sic Merkel*, limoso prospicit elice *Auctor de dubiis nom*, ramosa prospexit ab ilice (elice ***h***) ***A ω*** *vulgo olim* ‖ respexit ***ς*** 238 plausa est ***p ς*** ‖ p(e *ex* i *m 2*)nnis ***N*** ‖ uoce est ***s*** *cSprot* ***ς*** 239 *i l* ***h***^{2} ‖ tum *ed Vinc Bothe* ‖ Unica nun *cSprot* 240 magnum tibi *cGronov* 242 natalibus auctum *ccBas et Strozz Bothe* 243 rapacis (*corr* ***n e***^{2}) ***O e R*** 244 spi/na(s *ex corr m 2*) ***F*** ‖ notatas (uel natantes *sscr*) ***s*** 245 incidit *i r* ***F***^{2}, inducit ***l ς*** 246 e(t *i r m 2*) ***N*** ‖ usu/ (m *i r m 2*) ***M*** 247 ex imo ***ς*** ‖ nudo (*corr*) ***h*** 248 Iunxit ***ς*** 249 (st *i r m 2*)aret ***M*** 251 mittit ***ς*** *Hs vulgo olim* 252 accepit ***ς*** ‖ pallas excepit ***e*** 253 Redidit ***l*** ‖ uelatur ***ς*** ‖ plumis ***ς***

inque pedes abiit; nomen, quod et ante, remansit.
non tamen haec alte volucris sua corpora tollit
nec facit in ramis altoque cacumine nidos:
propter humum volitat ponitque in saepibus ova
antiquique memor metuit sublimia casus.

Aper Calydonius. Meleager.

Iamque fatigatum tellus Aetnaea tenebat
Daedalon, et sumptis pro supplice Cocalus armis
mitis habebatur, iam lamentabile Athenae
pendere desierant Thesea laude tributum:
templa coronantur, bellatricemque Minervam
cum Iove disque vocant aliis, quos sanguine voto
muneribusque datis et acervis turis honorant.

Sparserat Argolicas nomen vaga fama per urbes
Theseos, et populi, quos dives Achaia cepit,
huius opem magnis inploravere periclis.
huius opem Calydon, quamvis Meleagron haberet,
sollicita supplex petiit prece: causa petendi
sus erat, infestae famulus vindexque Dianae.

Oenea namque ferunt pleni successibus anni
primitias frugum Cereri, sua vina Lyaeo,
Palladios flavae latices libasse Minervae.
coeptus ab agricolis superos pervenit ad omnes

---

266 *citatur* [acerra] *in Gloss Osberni p 46 (cf ad 218).*

---

255 quod *om* ***l*** ‖ nomenque quod ante ***s ς*** 256 Nec tamen *cSprot* 257 *i l* ***n*** 258 Praeter humum ***s ς*** *cSprot* 259 metuit s. casus *i r* ***N*** ‖ uitat subl. *unus ex Heinsianis* 260 ethnea ***O l***, hetnea ***h*** 262 mactus hab. *Merkel* 263 Reddere d. *cSprot*, Soluere d. ***ς*** ‖ des(i *per ras ex* u)erant ***M***, desierant (desuerant *sscr m 2)* ***l***, debuerant *cMoreti*, desuerant *e coni Hs* 264 iaculatricemque ***s*** 265 diis (que *add m 2)* ***h*** 266 aceruis *recepi (cf V 131 Tibull IV 6, 1) ex* ***M F h e g ς***, acerus (acerris ***n***, ł aceruis *sscr m 3)* ***N***, *σωροῖς ἀρωμάτων Plan*, acerris ***l n ς*** *R vulgo* ‖ adorant ***e ς***, ł adornant ł honorant *sscr* ***e***^{2} 267 f(a *ex* or)ma ***M***, Fama *Hs vulgo olim* 268 The-
ł ger^2
se(o *ex* u)s—cœpit ***M*** ‖ achayca ***e*** 270 *om* ***M***, *i mg* ***m*** ‖ meleagron ***e*** 271 supplexque petit ***M R*** ‖ petenti (ł d *sscr m 2)* ***N*** 272 incultae *cLangermanni* ‖ uulnus uindexque ***ς*** 273 pleni s. anni ***e*** *vulgo*, pleni/(s *eras*) s.
||
anni (*ras supr* i *alterum*) ***M***, pleni(s *add m 2)* s. anni/ (s *eras*) ***N***, plenis s. annis ***F l ς*** ‖ ferunt homines pleni s. anni ***h*** 274 Primitias, frugem ***ς*** *Hs vulgo olim* ‖ lieo ***M h*** 275 Palladias ***F*** 276 Cętus (*corr m 2)* ab ***N*** ‖ argolicis (al' agricolis *sscr* ***F***^{2} ***l***^{2}) ***F l***

ambitiosus honor; solas sine ture relictas
praeteritas cessasse ferunt Latoidos aras.
tangit et ira deos. 'at non inpune feremus,
quaeque inhonoratae, non et dicemur inultae'
inquit, et Oenios ultorem spreta per agros
misit aprum, quanto maiores herbida tauros
non habet Epiros, sed habent Sicula arva minores.
sanguine et igne micant oculi, riget horrida cervix,
et saetae similes rigidis hastilibus horrent.
[stantque velut vallum, velut alta hastilia saetae]
fervida cum rauco latos stridore per armos
spuma fluit, dentes aequantur dentibus Indis,
fulmen ab ore venit, frondes adflatibus ardent.
is modo crescentes segetes proculcat in herba,
nunc matura metit fleturi vota coloni

---

277 Inuidiosus (*cf fast VI 36*) ***N*** ς *vulgo olim* ‖ honos ς *vulgo olim* ‖ solas *i r* ***n***, sol(a *ex* o)s ***M*** 278 Pr(a)eteritas (praet. cessasse *artissime coniungenda, cf ceterum V 547 trist IV 10, 59 alia*) *recepi ex* ***A*** *ω*, Praeteritae ***e*** ς *Hs vulgo* ‖ f(e *i r m 2*)r(unt *i r m 2*) ***N*** ‖ latoidos ς *ed Juvencii (Paris 1770)*, l(a *ex* e *m 2*)toidos ***N***, latoides (o *sscr m 2*) ***M***, lat(h)oidas ***F l*** *ω*, latonidos ***g***, letoidos *cRhenov Hs vulgo olim* 279 at non dicemur inultae ***O R*** ‖ at non inpune feretis *coll XI 207 post Bentleium Hartman* 280 Qu//qu(e$^{e^2}$ *ex* a$^{i^2}$ *m 2*)n honoratae (*supra* que *ras*, Quamquam *fuit*) ***M***, Aut inhonoratae ***N***, Quamquam inhonoratae ***R*** ‖ nec nos impune feremus ***O R*** ‖ dice(mur *i r m 2*) ***l*** ‖ *fort verum servavit* ***M*** 281 Dixit et ***g*** ‖ et œnios ***F l h*** *Korn*, (et œnios *i r m 2*) plenos (*virgula deletum*) ***N***, et (implenos *virgula del m 2*, œnios *sscr m 2*, oenios *ab alia m rec i mg*) ***M***, et œneos ς *vulgo*, et ęneos (ł olenyos *sscr m 2*) ***e***, et aonios ς, et in pelnos (*sic*) ***R***, et Oencios *VA*, et Olenios *e coni Hs* ‖ uictorem (ł ultorem *sscr m*) ***M R***, (ul *ex* uic *m 2*)torem ***N*** ‖ *post* ultorem *ras sex fere litterarum in* ***e*** 282 campos (*virgula del*, tauros *sscr m 2*) ***N*** 283 epirus ***M l*** ς ‖ sed habet ***l***, et habent ***s*** *Bothe* ‖ arva. minaces Sanguine *Ehwald* 284 ardua cervix *cFrancof Burm vulgo olim* 285 *del post Capoferreum et Bentleium Riese* ‖ rigidis$^{ł\ densis^2}$ ***e*** ‖ rigidis similes ς, densis similes (*cf XIII 846 Aen III 23*) ς *VA Hs vulgo olim* 286 *om* ***O*** ς, *i mg* ***m***, *i l ante 285* ***n***, *del Hs, quem secutus sum* ‖ *utrumque versum* (*285 286*) *del p 6 Braune, item Korn et Ehwald, utrumque poetae dederunt duplicem recensionem sumentes Helm* (*Festschr f Vahlen p 346*) *et* (*Nikander u Ov I 78*) *Vollgraff, sed cf quae dixi Hermes XXXX 213sq* ‖ uelud (*bis*) ***n h*** ς ‖ uelut alta astilia sęte *i r* ***F***^{2} ‖ alta astili (*cetera desunt*) ***m*** ‖ velut vallus *vel* valli *Gronovius* ‖ vel ut *Burm* 287 cum *i r* ***n*** ‖ rauc(a *vel* u *ex* o *m 2*) ***M*** ‖ /lato(s *a m 2*) ***M***, ł^{la}lotos ***e*** 289 arent *Hs* 290 Uix modo nascentes *cBas*, Vix modo crescenti *cRhen et e coni Hs vulgo olim* ‖ calcabat *cSprotii* ‖ in herbas ς 291 Nec (*i e et nondum*) matura ς *Hs*, Non mat. *s* ς ‖ fletur(i *i r m 2*)/ ***N***

et Cererem in spicis intercipit. area frustra
et frustra exspectant promissas horrea messes.
sternuntur gravidi longo cum palmite fetus
bacaque cum ramis semper frondentis olivae.
saevit et in pecudes: non has pastorve canisve,
non armenta truces possunt defendere tauri.

Diffugiunt populi nec se nisi moenibus urbis
esse putant tutos, donec Meleagros et una
lecta manus iuvenum coiere cupidine laudis:
Tyndaridae gemini, spectandus caestibus alter,
alter equo, primaeque ratis molitor Iason
et cum Pirithoo, felix concordia, Theseus
et duo Thestiadae prolesque Aphareia, Lynceus
et velox Idas, et iam non femina Caeneus
Leucippusque ferox iaculoque insignis Acastus
Hippothousque Dryasque et cretus Amyntore Phoenix
Actoridaeque pares et missus ab Elide Phyleus.

300*sq Lact Plac Comm in Stat Theb II 471*: Pelopea phalanx] id est Argiua, quae auxilio uenerat . ut Ovidius refert.

---

293 horrea fruges *p* 294 lento cum p. *cBersm*, cum longo p. *e* 295 Ba/caque (c *eras*) *M*, Bachaque *e* ‖ florentis (*cf VII 702*) *N* ς 296 canesue ς *Hs vulgo olim* 298 nec se nisi m. *M e* ς *et pro var lect cSprotii Hs vulgo*, nec magnis m. *N* nec sese in m. *F h l m n* ς ω, nec magnae mœn. *coni Hs* 299 meleagros *F h l* ς *cSprotii*, meleagr(o *ex* u)s *M*, meleagrus *R*, meleager *N e* ς 300 Leta manus *h* ‖ coiere *M* e^2 ς, caluere *e* (*i r n*) *cett* 301 Tindaride *l* ‖ spectandus (*cf II 366 Hor c IV 14, 17*) *N* ς, spectatus *e h* ς *R* a laudatus *vulgo*, spectatus (*omnia i r m 2*) *F*, *περιβλεπτος Plan*, spectandi *g*, spectantes *M*, pr(a)estantes *l m n* e^2 ς *VA Riese* 303 pirithoo *N l* ς, *Πειρίνθῳ Plan*, perithoo *F ccSenat et Zwicc*, perythoo *e*, cum pithoo *h* ‖ peritho ofelix *M* 304 Tespiades proles apireia *cSprotii* ‖ prolesque *s* ς *vulgo*, proles(que *om*) *A R*, et proles ς *A* ‖ *καὶ Ἀφαρήιος γόνος Plan* ‖ aphareia *N Bersm Regius A vulgo*, aph(i ex a)reia *M*, aphireia *F*, ephyreia ς, philereia *R*, Ephireia *V*, h^2 apyreia *e*, epyrea *s* ‖ amphireta liceus *l*, amphireia linceu *h*, 305 306 *F* ς *Hs vulgo*, 306 305 *O* ς* ς *VA* 306 Leucippusque *cConstantini Fanens A vulgo*, Talesipusque (Plesippusque *inde m 2*) *M*, Pelippusque *R*, Phexippusque *s*, Plexi(y)ppusque *cett Plan* ‖ fero (*i e leone, seu pelle leonina, coll 302*) *Bothe* ‖ acast(u *i r*)s *M*, acasta(us *add m 2*) *N*, acestus *h* 307 Hypotousque dria//s-que *M*, hip. driasque ς ‖ hipoteusque *h*, hippothoosque ς ‖ amintone (r *sscr F*) *F cSprotii* 308 Arthorydeque *e* ‖ pares *h e* ς ω, pare/s (n *eras*, duo *sscr m 2*) *O*, parens *F l* ς *cSprotii* ‖ phyleus *e* ς *A vulgo*, phileus *l* ς, pileus *O F h* ς *RV*, *Πήλας Plan*

nec Telamon aberat magnique creator Achillis
cumque Pheretiade et Hyanteo Iolao
inpiger Eurytion et cursu invictus Echion
Naryciusque Lelex Panopeusque Hyleusque feroxque
Hippasus et primis etiamnum Nestor in annis,
et quos Hippocoon antiquis misit Amyclis,
Penelopaeque socer cum Parrhasio Ancaeo
Ampycidesque sagax et adhuc a coniuge tutus
Oeclides nemorisque decus Tegeaea Lycaei:
rasilis huic summam mordebat fibula vestem,
crinis erat simplex, nodum conlectus in unum;
ex umero pendens resonabat eburnea laevo
telorum custos, arcum quoque laeva tenebat;

---

310 *Priscianus VII 8*: Ablativus huius declinationis in a productam desinit . . . est autem quando hunc quoque e producta terminant in Graecis nominibus, quae dativum Graecum in *η* finiunt . . . Ovidius in VIII metamorphoseon: 'Cumque Pheretiade [pheregiade *B*, feretiade *K*, pheritiade *L*, feritiade *G*] et Hyanteo Iolao' [hyanthe oio lao *B*, etyante o ioleo$^{h^2}$ *R*].

---

309 deerat *cMedic* ‖ magnive *Hs* 310 que *del Jac a Cruce* ‖ *sic* ***M*** *h* ς *Plan vulgo,* phereciade ***N F***, fereciade ***l***, pherytyade ***e*** ‖ hianteio ***M***, (h)iantheo ***h l V***, Hyantaeo *A* 311 Impier ***F***, Impi(ger *i r*) ***e*** ‖ euricion ***N F l***, euriaon ***h*** ‖ eur. et cursu ***O e*** ς *vulgo,* eur. cursuque ***F h l*** ς ‖ ethion ***M h*** *ccGoth,* ethemon *cSprotii* 312 Nary(i)ciusque ***O F h l*** ς *RV Regius,* Nericiusque ς *A*, neritiusque ς *Plan* ‖ panopeusque ***l*** ς *R Hs vulgo,* panopeus (que *om*) ***O F h e*** ς *VA*, pelopeus ***s***, papaneus *cSprotii* ‖ ilu$^{e^2\ s^t}$/que ***M***, silusque ***N***, (h)ileusque ***F h e***, illeusque ***l*** 313 Hipasus ***M***, Ipasus ***h***, Ypaphus *cSprotii* ‖ etiamnunc ***F*** ς*, etiam tunc ς ‖ in armis ***g*** ς *Hs vulgo olim* 314 ẏpocoon ***F*** ς, ipocoon ***l***, hypochoon ***e*** ‖ amic^{t}is (l *i mg*) ***M*** 315 Penelope$^{s^2}$que ***F***, Penelopesque ***N*** ς *ω vulgo olim* ‖ parrhasio ς *ω vulgo,* parrasio ***F***, pharrasio ***O*** ς*, ς, *τῷ Παρρασίῳ Plan* ‖ ancaeo ς *ω*, *Ἀγκαίῳ Plan,* anaceo ***F***, anacleo ***e***, ancaceo ***l***, anceo *cett* 316 Ampycidesque ς *Plan A vulgo,* Aniphytidesque ***e***, Anphicidesque ***h***, Amphitidesque ς *V*, Amphicid(e *ex* i *m 2*)s ***M***, Amphicidesque *cett R* 317 *sq* E$^{o^2}$lydes ***e***, Oechides *R* ‖ de(cus *s l m 2*) ***M***, dec'^{2} ***N***, decus *i r* ***F***^{2} ‖ tegeaea ς *R A*, Tegaea *V*, *Τεγεᾶτις Plan,* tegea ***A*** ‖ lycei *VA Burm*, licei ***M h*** ‖ Uenit athalantis c(o)enei pulcherrima uirgo *post 317 in textu* ***M h s*** *cSprot* ς *V*, Venit & Adlantis Cenei pulcherrima uirgo *post 319 R*, Venit atalante schoenei p. uirgo ς *Plan A* ‖ nemorique decus Teg. Lyceo, Iasii, Atalanta, venit p. virgo *Bothe* 318 huic (prim *i r m 2*)am ***N***, primam *ccMedic et Urbin* 320 iburnea (*corr m 2*) ***N*** 321 cus(tos *i r m 2*) ***M***

talis erat cultu, facies, quam dicere vere
virgineam in puero, puerilem in virgine possis.
hanc pariter vidit, pariter Calydonius heros
optavit renuente deo flammasque latentes
hausit et 'o felix, siquem dignabitur' inquit
'ista virum!' nec plura sinit tempusque pudorque
dicere: maius opus magni certaminis urget.
Silva frequens trabibus, quam nulla ceciderat aetas,
incipit a plano devexaque prospicit arva:
quo postquam venere viri, pars retia tendunt,
vincula pars adimunt canibus, pars pressa sequuntur
signa pedum cupiuntque suum reperire periclum.
concava vallis erat, quo se demittere rivi
adsuerant pluvialis aquae: tenet ima lacunae
lenta salix ulvaeque leves iuncique palustres
viminaque et longa parvae sub harundine cannae.
hinc aper excitus medios violentus in hostes
fertur ut excussis elisi nubibus ignes.
sternitur incursu nemus et propulsa fragorem

---

322 cu(l *i r m 2*)tu ***F*** ‖ talis erat cultus *(cf IX 712)* ***s ς*** *Mscr Diez BSant 10 Hs* ‖ cultu facies: quam *distinguunt RV* **323** posses ***h l ς*** *Bothe* **325** re/nuente ***M*** **327** sinunt ***ς*** *R vulgo olim* ‖ tempusque locusque *cSprotii* ***ς*** **329** exciderat ***N*** *cMed*, ceciderit ***l*** ‖ atas (*corr m 2*) ***F*** **330** pl(a *ex corr m 2*)no ***N*** **332** secuntur ***h l g*** **333** repetire (r *sscr m 2*) ***M*** **334** qu(a *ex* o *m 3*) ***h***, qua ***s ς*** *vulgo olim* ‖ demittere ***ς*** ***ω*** *vulgo*, dimittere ***A*** **335** Assueuerant ***M l*** ‖ ima *i r* ***e***^{2} **336** iuncique leues uluaeque pal. *Hs* **337** Vi(m *i r m 2*)inaque ***F*** ‖ longa paruae ***ς*** *Hs vulgo*, long(æ *ex* o *i r*) paru(a *ex* e *i r*) ***M***, long(a)e parua *cett* ***ω*** ‖ aurundine ***h*** **338** uiolentes ***M*** **339** ut *i r* ***n*** ‖ excussis (excusis ***N***) elisi n. ignes ***O ς*** *Hs vulgo*, excussis (excussis ***F***) elisus n. ignis ***F ς* g ς ω*** ‖ elisis excussi *in Bibl Diez Q^{to} 1072 Hs* **340/402** *om* ***O***; *additi sunt hi versus i mg codicis* ***M*** *a tribus manibus (340/356, 357/370, 371/402), quarum postrema fort (quamquam parvitate litterarum dubitare cogimur) eadem est atque illa quae codicem scripsit . quod si verum est, etiam duae priores recentiores esse non possunt quam ipse* ***M*** *. in* ***N*** *illi versus in folio singillatim inserto scripti sunt . in media pag recta folii, quod est ante illud, sequitur post 339* fertur ut *sq sine ullo spatio (lacuna tamen signis, quae a duabus manibus recentioribus apposita sunt, notata) — sequitur dico 403* ibat *sq . litterae ut maiores sunt quam eius manus quae codicem scripsit, ita tam similes ut haud negaverim fieri potuisse, ut ipse ille scriba alio tempore et alio atramento haec exararet . notavi tamen ut in re incerta omnes discrepantias, quae insunt in vv 340/402, siglis* ***m n***

silva dat. exclamant iuvenes praetentaque forti
tela tenent dextra lato vibrantia ferro.
ille ruit spargitque canes, ut quisque furenti
obstat, et obliquo latrantes dissipat ictu.
Cuspis Echionio primum contorta lacerto
vana fuit truncoque dedit leve vulnus acerno;
proxima, si nimiis mittentis viribus usa
non foret, in tergo visa est haesura petito:
longius it; auctor teli Pagasaeus Iason.
'Phoebe', ait Ampycides, 'si te coluique coloque,
da mihi quod petitur certo contingere telo!'
qua potuit, precibus deus adnuit: ictus ab illo est,
sed sine vulnere, aper; ferrum Diana volanti
abstulerat iaculo: lignum sine acumine venit.
Ira feri mota est, nec fulmine lenius arsit:
emicat ex oculis, spirat quoque pectore flamma,
utque volat moles adducto concita nervo,
cum petit aut muros aut plenas milite turres,
in iuvenes certo sic impete vulnificus sus
fertur et Hippalmon Pelagonaque, dextra tuentes
cornua, prosternit; socii rapuere iacentes.

---

341 dedit clamant *cSprot*, praetentaque ***n*** ς *ω vulgo*, pertentaque ***m***, protemptaque ***h***, protentaque *cett* **342** lato u. ferro (uel lati ferri *sscr*) ***s*** ‖ splendentia ς ‖ l. uenabula ferro *cSprot* **343** sternitque *cGoth Bach* ‖ canes *s l add* h^2 ‖ ruenti *cBonon Hs vulgo olim* **344** latantes (*corr m 2*) ***h*** ‖ disicit *Gebhardus* **345** ethionio ***m n***, ethinio ***h*** **348** esura ***h*** **349** itque auctor teli ***g*** ς, it telique auctor ς, it nam auctor t. ***e*** ‖ (i *add m 3*)actor ***n***, actor *vel* iactor ς ‖ pagasaeus ς *Plan vulgo*, Pagaseius *A*, pegaseus ***A RV*** **350** phepe (*corr m 3*) ***m*** ‖ Ampycides ς *Plan A vulgo*, anphicides ***h***, amphycides ς, amphitides ς, amph(ici *i r m 3*)des ***n***, amiclides ***m***, amychydes (ł cly i. amphiaraus *sscr m 3*) ***e***, amicides ***F***, oeclides ***s*** ς, amiclides (uel oeclides *sscr*) *cSprot* **351** ferro ***m*** **352** Quam potuit ς, Quod p. *cBersm* ‖ est *om cRhen, del Hs* **353** ferrumque ***n*** ς **354** telo (uel iaculo *sscr*) ***s*** **355** fulmine secius *Hs* **356** *del Capoferreus et (Emend XI 210) Schrader* ‖ flamma ***m*** ς, flammas *cett ω* ‖ spiratque e pectore flamma ς *Jahn* ‖ Lux micat—flamma ς *Hs vulgo olim*, fax—micat—flamma *Schepperus* **357** abducto ***m e*** **359** uasto sic ς *Burm* **360** Hippalmon *Riese*, hypalemon ***m***, h/palemon ***n***, hypalamon ***g***, ipalemon ς, ippalamon ***F l***, ippallamum ***h***, ypalemon ***e s*** ‖ et hic palemon ***R*** ‖ *τόν τε Πάλαμον cod BPlanudis, Εὐπάλαμον cod APlanudis A vulgo* ‖ tenentes *cDresd*

at non letiferos effugit Enaesimus ictus,
Hippocoonte satus: trepidantem et terga parantem
vertere succiso liquerunt poplite nervi.
Forsitan et Pylius citra Troiana perisset
tempora, sed sumpto posita conamine ab hasta
arboris insiluit, quae stabat proxima, ramis
despexitque loco tutus, quem fugerat hostem.
Dentibus ille ferox in querno stipite tritis
inminet exitio fidensque recentibus armis
Eurytidae magni rostro femur hausit adunco.
At gemini, nondum caelestia sidera, fratres,
ambo conspicui, nive candidioribus ambo
vectabantur equis, ambo vibrata per auras
hastarum tremulo quatiebant spicula motu.
vulnera fecissent, nisi saetiger inter opacas
nec iaculis isset nec equo loca pervia silvas.
persequitur Telamon studioque incautus eundi
pronus ab arborea cecidit radice retentus.
Dum levat hunc Peleus, celerem Tegeaea sagittam
inposuit nervo sinuatoque expulit arcu:
fixa sub aure feri summum destrinxit harundo
corpus et exiguo rubefecit sanguine saetas;
nec tamen illa sui successu laetior ictus

---

362 At nec *cBersmanni Hs* ‖ enisimus *l*, henesimus *h*, *Ἐναίσιος Plan*, Enarsimus *Hermes XXXI 343 Diels* 363 Ypochoonte *m* ‖ pauentem ς 364 poblite *F l* ‖ succiduo *ccSixianus et Gronovii* 366 Mœnia sed *cJunianus* ‖ opposita *Rappold* 369 in acerno *cGronov* ‖ tristis *l e*, *quo deleto* strictis *adscr e*, fixis *vel* strictis ς 370 *del Merkel*² ‖ frondensque /idensque *cSprotii*, frendensque *inde Hs vulgo olim* 371 Eurytidae *Merkel*², Orithie *F m n l g* ς, Orythye *e*, O(tiade *ex corr nigriore atram*) *h*, *Ὠρυτίου Plan*, orithidae ς, Orthiae *V*, oriciae *s* ς, orichiae ς, othriadae *cPal Hs*, Othryadae *Mitscherlich*, Actoridae (*cf NJbb 1859, 574 Suchier*) ς *cSprotii Gierig*, Ornytidae *Merkel*¹ ‖ a(d *i r m 2*)unco *n* 372 geniti *l* ‖ caelestia corpora (*corr g*) *n g*, cael. numina ς 373 candid. alba *m* 374 Vectebantur *F* 375 quatientes *ccMedic et Twisden* 377 Isset nec iaculo nec equis *cSprotii* ‖ iaculis essent *F m l* 378 Persequitus *m h l g* ς ω *vulgo*, Prosequitur *F e n* ς 379 Protinus ab *m*, Protinus arborea ς 380 Tegeaea ς *RA*, Tegaeea *V*, *Τεγέᾶτις Plan*, tegea (*cf 317*) *A* 381 uerno (*corr*) *F* 382 auriferi (*corr*) *h* ‖ feri est *m* ‖ distrinxit *m* ς, destringit *cRhenov Hs vulgo olim*, distringit ς 383 madefecit ς ‖ rubuerunt s. setae ς 384 ipsa *cSprotii* ‖ su(i *ex* o) *F*

quam Meleagros erat: primus vidisse putatur
et primus sociis visum ostendisse cruorem
et 'meritum' dixisse 'feres virtutis honorem'.
erubuere viri seque exhortantur et addunt
cum clamore animos iaciuntque sine ordine tela:
turba nocet iactis et, quos petit, inpedit ictus.
Ecce furens contra sua fata bipennifer Arcas
'discite, femineis quid tela virilia praestent,
o iuvenes, operique meo concedite!' dixit:
'ipsa suis licet hunc Latonia protegat armis,
invita tamen hunc perimet mea dextra Diana.'
talia magniloquo tumidus memoraverat ore
ancipitemque manu tollens utraque securim
institerat digitis primos suspensus in artus.
occupat audentem quaque est via proxima leto,
summa ferus geminos direxit ad inguina dentes.
concidit Ancaeus, glomerataque sanguine multo
viscera lapsa fluunt; madefacta est terra cruore.
Ibat in adversum proles Ixionis hostem
Pirithous valida quatiens venabula dextra;
cui 'procul' Aegides 'o me mihi carior' inquit
'pars animae consiste meae! licet eminus esse
fortibus: Ancaeo nocuit temeraria virtus.'
dixit et aerata torsit grave cuspide cornum;

---

394 *sq Ilias Lat 821*: nam licet ipse suis Mavors te protegat armis, invito tamen haec perimet te dextera Marte.

---

385 meleagros ς *Plan vulgo*, meleagrus ***m e h*** ς *R*, meleager ***F l n*** ς 386 primis *R* ‖ uisus ***n*** ‖ monstrasse cruorem ***p*** 387 Et mecum*cLeid* ‖ fer̄ ***m***, ł puros² ł tus² feris ***e*** 389 iactantque ς *vulgo ante Heinsium* 390 iactas (*corr m 3*) ***h***, iactis ***e*** 391 arthas ***m***, anceus ς *R*, antheus *i r* ***h***³ 392 quam tela ς ‖ praestant ς 393 (conce *i r m 2*)dite ***F*** 394 suis quamuis lat. *ccAmbr et Moreti*, suisque licet litonia ***h*** ‖ latoia *cMed*, Letoia *Baumg-Crusius* 395 Hunc tamen inuita *cRhenov Hs*, perimet rapiet (*virgulae a m 3*) ***n*** 396 magnilo(quo *i r m 3*) ***h*** ‖ magn. iuuenis m. ***n*** *cMedic* 398 Institerat primis digitis, suspensus in a. *Hs* ‖ dig. pronos susp. in artus *Merkel*², dig. pronus susp. in ictus *Ehwald* 399 audacem ς *Hs vulgo olim* 400 in ingu. ς *Hs vulgo olim* 401 ancheus ***e*** 402 ruunt (ł flu *sscr*) ***e***, lapsa cadunt ς ‖ madefactaque t. cruore (est *om* ***h n***) ***e h n*** ς *Hs vulgo olim*, madefactaque sanguine t. est ***g l*** ς 403 (l *add m 2*)ixionis ***N*** 404 Pir(i *cx* o)thous***M***, Pirotheus ***N***, Perythous ***e*** 405 *sq* procul consiste *primus coniunxit Burm*, cui procul *coniungunt multi* 407 antheo ***M*** 408 cornu ***F h e*** ς ‖ aerata contorsit cuspide cornum *Burm*

cui bene librato, votoque potente futuro,
obstitit abscisa frondosus ab arbore ramus.
Misit et Aesonides iaculum: quod casus ab illo
vertit in inmeriti fatum latrantis et inter
ilia coniectum tellure per ilia fixum est.
At manus Oenidae variat, missisque duabus
hasta prior terra, medio stetit altera tergo.
nec mora, dum saevit, dum corpora versat in orbem
stridentemque novo spumam cum sanguine fundit,
vulneris auctor adest hostemque inritat ad iram
splendidaque adversos venabula condit in armos.
Gaudia testantur socii clamore secundo
victricemque petunt dextrae coniungere dextram
inmanemque ferum multa tellure iacentem
mirantes spectant neque adhuc contingere tutum
esse putant, sed tela tamen sua quisque cruentat.
ipse pede inposito caput exitiabile pressit
atque ita 'sume mei spolium, Nonacria, iuris',

422*sq Apul met IV 21*: nemo quisquam fuerit ausus quamvis iacentem bestiam vel digito contingere.

---

409 *sic* (*cf 745 V 363*) *distinxi et cum optimis libris scripsi* ‖ Cui *A VA*, Quo *i r* F^2, Quo e^2 ς *R vulgo* ‖ libato (*corr m 3*) *h*, uibrato *Mscr Dicz BSant 10* ‖ uotoque *h cZwicc Mscr Diez 13 Sant 12 R*, uot(i *ex* o *m 2*)que *M*, uot(o *ex corr*, i *fort fuit*)que *F*, uotique *N e l* ς *vulgo*, notique *V* ‖ futuri *l* ‖ *καί οἱ τοῦτο καλῶς ἐκσείσαντι καὶ τῆς εὐχῆς ἤδη κρατήσειν μέλλοντι εὐθαλὴς ἀντέστη κλάδος Plan*, qua bene librata v. p. futura *Burm* ‖ aeratam t. grave (*coll XV 743*) cuspide cornum, Qua b. librata—futura *Vind p 52 Bothe* 410 abscisa (*cf Hor c IV 4, 57*) *M duo Heinsiani Polle*, (escule *i r m 2*)a *N*, esculea (uel herculea *sscr*) *s*, erculea *cSprotii*, esculea *X ω vulgo*, obstipa *Merkel*[2] 412 *sic cCantabr Hs vulgo* ‖ Uertit in immeritum fatum latrantis *cRottendorphianus*, Uertit et immeriti fatum latr. ς, Uertit et inmeritum figit latrantis *F h*, Uertit et in mentum figit (fixit *s*) latrantis *e l s* ς *ω*, Uertit (et immeritum figit latr *omnia praeter primum* m *i r*, *post* immeritum *dignoscitur sub ras* f g)antis *M*, Uertit et in me(n *i r m 2*)tum fi/gi(t *add m 2*) geladanten/ et int(er *i r m 2*) *N*, Uertit et in mentum figit geladantem *cMedic*, v. in immeriti fatum Celadontis *post Heinsium Ehwald*, v. in immeritam figi Geladantin *coni Hs* 414 oenide(s *add m 2*) *N*, enyde(ly ł tidi ł meleagri filii œni *sscr m 2*) *e*, eonide *h* 416 pectora *cSprotii* 419 aduersis uen. condidit armis (*fort recte*, *cf XII 453*) *N* 420 soci(i *add m 2*) *M* ‖ contingere ς ‖ dextram coniungere dextrae *s ccScnat et Vratisl*, dextra c. dextra *Ben* 422 ferum (*cf 400*) *M Hs vulgo*, feram *cett ω* 424 cruentat *A ω Merkel*, cruentant ς *Hs vulgo olim* 426 ita *i mg add n* ‖ atque 'i! sume *in Mscr Diez 1075 Hs* ‖ nonacria ς *ω vulgo*, nonacrea (atalantis *sscr m*) *O F l*, nonagria *e*, nonacrina *h* ‖ iuri (*per ras ex* tauri, s *add m 2*) *M*

dixit ‘et in partem veniat mea gloria tecum!’
protinus exuvias rigidis horrentia saetis
terga dat et magnis insignia dentibus ora.
illi laetitiae est cum munere muneris auctor;
invidere alii, totoque erat agmine murmur.
e quibus ingenti tendentes bracchia voce
‘pone age nec titulos intercipe, femina, nostros’,
Thestiadae clamant, ‘nec te fiducia formae
decipiat, ne sit longe tibi captus amore
auctor!’ et huic adimunt munus, ius muneris illi.
Non tulit et tumida frendens Mavortius ira
‘discite, raptores alieni’ dixit ‘honoris,
facta minis quantum distent!’ hausitque nefando
pectora Plexippi nil tale timentia ferro.
Toxea, quid faciat dubium pariterque volentem
ulcisci fratrem fraternaque fata timentem,
haud patitur dubitare diu calidumque priori
caede recalfecit consorti sanguine telum.
Dona deum templis nato victore ferebat,
cum videt exstinctos fratres Althaea referri.
quae plangore dato maestis clamoribus urbem
inplet et auratis mutavit vestibus atras;
at simul est auctor necis editus, excidit omnis
luctus et a lacrimis in poenae versus amorem est.

---

427 ueniat mihi *ccRhenov Vat et Voss Hs vulgo olim* **428** sę/tis ***F*** **429** dat/ (t *i r trium litt*) ***l*** **430** *sic* ***h e ς*** *ω vulgo*, lætitiā^{2} est ***M***, letit(c)ia est ***N F l*** ‖ mu//n(e *ex corr i r*)re ***F*** **432** tendens sua br. ***M***, tendunt sua br. (*corr m 2*) ***N*** **433** pone alc ***N*** **434** The(st *ex* sa)ıdeș^{a} (Thesaides *fuit*, s *expunxit m 2*) ***M***, Testiades *R* ‖ clamat ***M*** ‖ neu te *Mitscherlich*, ne te ***p*** **435** neu ***l*** ‖ long(o *ex* e) ***M***, longo ***F l*** ‖ tibi longo ς ‖ ne sit tibi longe (longo *cSprot*) ***e*** *cSprot* ‖ longeque tuo sit captus amore *frg Moreti et cPalat Hs vulgo olim, cf IV, 649* **436** huc$^{i^2}$ ***M*** ‖ munus *s l* ***l***^{2} ‖ illi *s l add* ***m*** **437** Contulit (n *sscr m 2*) ***M*** ‖ feruens *s* ς **439** distant ς **440** phexippi ***M h***, flexippi ***e*** ς **441** Toxia ***N h***, Texea (*corr m 2*) ***e*** **443** dubitauere ***M*** ‖ priori(s *add* ***m***, *m 3 ut videtur*) ***M*** ς *cSprot R Hs*, prioris *cett VA*, *sed cf* consorti *444 et V 598* **444** recalescit (*corr i mg m 2*) ***N***, (re *om*)calfecit ***h*** ‖ consortis *R* **446** fratres *om* (*i mg m 2*) ***N*** ‖ althae(a *i r m 2*) ***N***, altea ***h*** ς, alcmena (i. mater meleagri ł almeta *sscr m 2*) ***e*** **447** ululatibus ς *Hs vulgo olim* **448** auratas m. uestibus atris ***g s*** ς *VA Hs vulgo olim*, auratas immutat u. atris *cSprot* **450** pone$^{e^2}$ ***M***

Stipes erat, quem, cum partus enixa iaceret
Thestias, in flammam triplices posuere sorores;
staminaque inpresso fatalia pollice nentes
'tempora' dixerunt 'eadem lignoque tibique,
o modo nate, damus'. quo postquam carmine dicto
excessere deae, flagrantem mater ab igne
eripuit ramum sparsitque liquentibus undis.
ille diu fuerat penetralibus abditus imis
servatusque tuos, iuvenis, servaverat annos.
protulit hunc genetrix taedasque et fragmina poni
imperat et positis inimicos admovet ignes.
tum conata quater flammis inponere ramum,
coepta quater tenuit. pugnat materque sororque,
et diversa trahunt unum duo nomina pectus.
saepe metu sceleris pallebant ora futuri,
saepe suum fervens oculis dabat ira ruborem.
et modo nescio quid similis crudele minanti
vultus erat, modo quem misereri credere posses;
cumque ferus lacrimas animi siccaverat ardor,
inveniebantur lacrimae tamen, utque carina,
quam ventus ventoque rapit contrarius aestus,
vim geminam sentit paretque incerta duobus,
Thestias haud aliter dubiis adfectibus errat
inque vices ponit positamque resuscitat iram.
Incipit esse tamen melior germana parente,

---

466 saepe suum — ruborem] *citat* [fert i. furorem] *Vinc Bellov Spec hist VI 117.*
475 *Drac Orest 12*: melior germana sacerdos.

---

451 par/tu s^2// (paritura *fort fuit*) ***F*** 452 flamma *vel* flammas ς 453 fatali(a *add* ***m n***) ***O*** 455 qu(o *ex* e) ***M*** 456 Exc. domo *frg Moreti* 457 ramum ***A*** *ω Riese*, torrem ς *Hs vulgo* ‖ spargitque ς 460 taedas(que *a m 2*) ***N*** ‖ taedasque in fr. ς *Hs vulgo olim* ‖ et taedae fr. *coni Hs* 462 Tunc ς ‖ Ter con. quater (*cf Aen VI 700*) ς 463 pugnat ***M X*** *ω Polle*, pugnatque ***h***, pugnant ***N*** ς *Hs vulgo* 464 In diuersa *cMoreti Hs* 465 *om* ***N***, *i l et i mg duabus diuersis man add n* 466 fert ira *VincBellov* ‖ calorem (t ruborem *adscr* e^2) ***e*** ς, colorem ***g*** ς *R*, ruborem (uel colorem *sscr*) *cSprotii*, furorem ***p*** ς *VincBellov* 467 nescio quis ***N*** 468 modo qui mis. posset (s *eras*) amato ***M***, credere *i mg* ***m*** ‖ misereri uelle uideres ***s***, m. posse uideres *cBersm* 472 duabus ***l*** *cBas* 473 errans *cSprotii*, ardet ς 474 Inque uices ***O F*** ς, Perque uices ς* *cSprot*, Inque uicem ς *Hs vulgo olim*

et, consanguineas ut sanguine leniat umbras,
inpietate pia est. nam postquam pestifer ignis
convaluit, 'rogus iste cremet mea viscera!' dixit.
utque manu dira lignum fatale tenebat,
ante sepulcrales infelix adstitit aras
'poenarum' que 'deae triplices, furialibus', inquit,
'Eumenides, sacris vultus advertite vestros!
ulciscor facioque nefas: mors morte pianda est,
in scelus addendum scelus est, in funera funus:
per coacervatos pereat domus inpia luctus!
an felix Oeneus nato victore fruetur,
Thestius orbus erit? melius lugebitis ambo!
vos modo, fraterni manes animaeque recentes,
officium sentite meum magnoque paratas
accipite inferias, uteri mala pignora nostri! —
ei mihi! quo rapior? fratres, ignoscite matri!
deficiunt ad coepta manus: meruisse fatemur
illum, cur pereat; mortis mihi displicet auctor. —
ergo inpune feret vivusque et victor et ipso
successu tumidus regnum Calydonis habebit,
vos cinis exiguus gelidaeque iacebitis umbrae?
haud equidem patiar: pereat sceleratus et ille
spemque patris regnumque trahat patriaeque ruinam!

476*sq* et consanguineas—pia est] *Priscianus IV 19*: quae in genetivo duplicant i, extremam earum mutant in e euphoniae causa, ut 'pius pii pietas'. *adduntur in LK haec* (*Keil II 128 Adn crit*): ab eo autem quod est pietas compositum dixit ouidius et (ad *K*) consanguineas compositum 'ut sanguine leni adumbras impietate pia'.

477 *Drac Rom 5, 257 et Orest 8*: inpietate pius (-um).

483 *Prosper Aquit Carm de ingratis 883* (*Migne Patr L LI 141 A*): Christus mortem moriendo piaret.

476/480 *del Merkel*[2] 477 postquam nam *l* ‖ letifer *cSprotii* 478 conł ca[2] e[2]
ualuit—cremat *e* ‖ concaluit ς 479 manu lignum dextra *cSprot* 482 uestros—uultus *h* 486 fruatur ς *Hs*, feretur (*fort recte, cf VII 60*) *ccBersmanni et*
ł sentite[2] o a
Moreti 487 orbus erat ς, o. eat *Hs* 489 praestate meum magnaque parat/s *F* ‖ magnasque *M* 490 Excipite *cSprot* 491 Heu mihi ς ‖ rapimur *cCantabr* 492 accepta—me(o *vel* a *sscr m 2*)ruisse *M* 494 et ipse (*corr* F^2) *N F l* ς 497 periat (*corr m 2*) *N* ‖ et ipse *cSprot* ‖ sceleratus et una *Hs* ‖ scel. et ille; Spemque *distinx Gierig* 498 regnumque *A ω Jahn*, regnique ς *Hs vulgo olim*

mens ubi materna est? ubi sunt pia iura parentum
et quos sustinui bis mensum quinque labores?
o utinam primis arsisses ignibus infans,
idque ego passa forem! vixisti munere nostro;
nunc merito moriere tuo. cape praemia facti
bisque datam, primum partu, mox stipite rapto,
redde animam — vel me fraternis adde sepulcris!
et cupio et nequeo. quid agam? modo vulnera fratrum
ante oculos mihi sunt et tantae caedis imago,
nunc animum pietas maternaque nomina frangunt. —
me miseram! male vincetis, sed vincite, fratres,
dummodo, quae dedero vobis solacia vosque
ipsa sequar!' dixit dextraque aversa trementi
funereum torrem mediios coniecit in ignes.
aut dedit aut visus gemitus est ille dedisse
stipes et invitis correptus ab ignibus arsit.
Inscius atque absens flamma Meleagros ab illa
uritur et caecis torreri viscera sentit
ignibus ac magnos superat virtute dolores.
quod tamen ignavo cadat et sine sanguine leto,
maeret et Ancaei felicia vulnera dicit
grandaevumque patrem fratresque piasque sorores
cum gemitu sociamque tori vocat ore supremo,
forsitan et matrem. crescunt ignisque dolorque,
languescuntque iterum: simul est extinctus uterque,

---

500 *Priscianus VII 77*: 'mensum' quoque pro 'mensium'. Ovidius in VIII metamorphoseon: Et quos [*om GLK*] sustinui bis mensum quinque labores'.

---

499 ubi nunc ς *Burm* ‖ pia uota *h e* ς (*i mg m*) *RV Burm vulgo olim* 500 mensum (t enses *sscr m 2*) *N* ‖ mensum bis *e*, bis menses ς *RV*, menses bis *p s* ς *cSprot* 501 a(r *ex* s)sisses *F* 503 moriare *Hs* ‖ factis *M* 504 primo *M* 505 uel tu *g* ‖ vel — sepulcris *del Merkel*² 506 Heu cupio *Bothe* ‖ nunc uulnera *cSprot* 507 mihi stant *cDresd et* (*coll her 7, 69*) *Hs* ‖ tantae cladis ς *Burm* 508 tangunt ς 510 *del Merkel*² 510*sq* vosque funus et ipsa sequar, dextraque *Hs* 511 aduersa *N h e* ς *R* 513 est ille (ille // *M*) *A ω*, est ipse *Bentley* 514 stipes, ut inv. *e Merkel* ‖ inuitus *cSprot* ‖ correptis (correptus *iteratum sed virg deletum*) *M* 515 meleagros *N* ς, meleagrus *M h R*, meleag(rus *i r m 2*) *e*, meleager *F l* ς ‖ in illa ς *Hs vulgo olim* 517 at magnos ς *Hs vulgo olim*, et m. ς 518 sine uulnere *p* ς *cSprot* 519 anthei *M*, a(nc *i r m 2*)ei *N*, an(c *ex corr m 2*)ei *h* ‖ funera *cSenat* ‖ dixit ς 520 fratremque *Hs vulgo olim* 522 ignesque *N h* ς

inque leves abiit paulatim spiritus auras
paulatim cana prunam velante favilla.
Alta iacet Calydon: lugent iuvenesque senesque,
vulgusque proceresque gemunt, scissaeque capillos
planguntur matres Calydonides Eueninae.
pulvere canitiem genitor vultusque seniles
foedat humi fusus spatiosumque increpat aevum.
nam de matre manus diri sibi conscia facti
exegit poenas acto per viscera ferro.
non mihi si centum deus ora sonantia linguis
ingeniumque capax totumque Helicona dedisset,
tristia persequerer miserarum dicta sororum.
inmemores decoris liventia pectora tundunt,
dumque manet corpus, corpus refoventque foventque,
oscula dant ipsi, posito dant oscula lecto.
post cinerem cineres haustos ad pectora pressant

---

524 *sq Ilias Lat 1062*: inque leves abiit . . favillas.
533 *sq Stat silv II 2, 36*: non mihi si cunctos Helicon indulgeat amnes.

---

525 *om* ς, *del Hs* ‖ pruna(m *add m 2, supra* a *ras*) ***M***, prunas ***h*** ‖ prunam cana ς ‖ celante ***p*** 528 527 (*signis i mg appositis correctum*) ***N*** 527 *i mg* ***h***^{3} ‖ Et uulgus proceresque ***F e g l s*** *cSprot*, Uulgusque et pr. ς ‖ scissosque ***N*** 528 planguntur m. C. Eueninae *Hs vulgo*, Plangunt hunc m. c. euueni/(ę *add m 2*) ***M***, Plangunt (ora *i r m 2*) matres calidon(is oeneu *i r m 2*) ***N***, Planguntur m. calidonides (œneus atq, *i r m 2*) ***F***, Plangunt matres calidonides eu‿uenię (*lineam duxit m 2*) ***l***, (Ora simul plangunt matres *i r m 2*) calidonides heu (heu *alterum add m 2*) ***h***, Plangunt se m. calydonydes eunenynę ***e***, Plangunt hunc m. Calydonides œneus atque ς, Plangunt ora simul m. cal. eheu (heu heu *alii*) ***e***^{2} ***g p*** ς, Planxeruntque simul m. c. eheu ***s***, Plangebant m. cal. euveninae *cSpir*, Plangebant m. c. aoniaeque *frg Moreti et cPal*, Plangunt se m. c. Eneus heheu ***R*** 529/530 que *bis om* ***h*** 531 Nam mater manibus diri (ł Nam de matre manus *sscr m 2*) ***e***, Nam (materna *ex corr m 3*, de matre *fuit*) m. d. ***F*** ‖ N. materna ς ‖ duri ***N*** 533 linguae (*corr* ***m h***^{2}) ***M h l***, lingu(as *i r m 2*) ***F*** ‖ *στόματα πολύφωνα ἑκατὸν καὶ γλώσσας τοσαύτας . . δεδώκει Plan, cf Ilias II 489* ‖ o. sonantia, linguae Ingeniumque cap. *Hs* 535 Tristi//a ***M*** ‖ Tri(sti *i r m 2*)a prosequerer (*sed* ꝑ *i e* pro *ex* p *m 2*) ***N*** ‖ dicta (*cf NJhbb 1894, 781*) ***N e h*** ς *vulgo olim*, uota (*cf Dirae 3*) ***M F l n e***^{2} ς ***R*** *Riese*, fata ς, voce *Merkel*^{2} 536 plangentia ***N***, li(u *ex* b)entia ***M*** ‖ tendunt ***F***, plangunt ς 537 corpus *alterum om* (*add* ***m***) ***O*** ‖ manet corpus tangunt refouentque fou. ***N*** ‖ man. corpus fratris ref. ***s*** ‖ refouentque tenentque ς 538 l(e *i r m 2*)cto ***M*** 539 Post cineres (*corr* ***h***^{2}) cineres (*cf Arch f Lex XII 1902, 618 PMaas*) ***N h*** ς ‖ pressant ***F h l*** ς ω, uersant (pressant *i mg* ***N***) ***O e*** ς

adfusaeque iacent tumulo signataque saxo
nomina conplexae lacrimas in nomina fundunt.
Quas Parthaoniae tandem Latonia clade
exsatiata domus praeter Gorgenque nurumque
nobilis Alcmenae natis in corpore pennis
adlevat et longas per bracchia porrigit alas
corneaque ora facit versasque per aera mittit.

Theseus apud Acheloum. Perimele.

Interea Theseus sociati parte laboris
functus Erectheas Tritonidos ibat ad arces.
clausit iter fecitque moras Achelous eunti
imbre tumens. 'succede meis', ait 'inclite, tectis,
Cecropida, nec te committe rapacibus undis:
ferre trabes solidas obliquaque volvere magno
murmure saxa solent. vidi contermina ripae
cum gregibus stabula alta trahi; nec fortibus illic
profuit armentis nec equis velocibus esse.
multa quoque hic torrens nivibus de monte solutis
corpora turbineo iuvenalia flumine mersit.

---

540 Effusaeque *uel* Infusaeque ς ‖ signataque saxa Nomine ς *Hs vulgo olim* 541 lacrimasque *p* ‖ in nomine ς *Hs vulgo olim* 542 Parthaoniae ς (*item i mg* e^2, *glossa* quia parthaon pater fuit œnei *addita* e^2) *Hs vulgo, idem videtur fuisse in* **O** ‖ p(ost *i r m 2*) aoniæ ***M***, (post *i r m 2*) //aoniae ***N***, post (*i r h*) œnię(ae) ***F h l m*** ς *V*, post œneae *cSprotii* ς *A*, post œnyę (ł post ea *sscr m 2*) *e*, post aoniae (*alii aliter*) ς, postquam Enaeie *R* ‖ Letoia *Hs* ‖ cladem *l* ‖ *ἐπείπερ ἡ Λητωὶς τῷ ὀλέθρῳ τῆς Οἰνέως οἰκίας ἐκορέσθη Plan* 543/544 praeter—Alcmenae *del Merkel*^{2} ‖ Exsatiata *i r m*, Exsaturata *cBerol*, Exaciata ***F h l*** ‖ gorgemque ***O***, gorgēque *h* 544 *om* (*i mg m 3*) *h* ‖ al(g *ex* c *m 2*)mene ***M***, algmenae ***N***, altnēę ***F***, althee ***l*** 546 mittit *e* ł misit^2 548 er//ctheas ***M***, erictheias ***N***, ericte(as *i r m 2*) ***F***, erictheas ***l***, erycthéas *e*, hericteias *h*, erichthonias ς, erechtheas ς *Hs vulgo, πρὸς τὴν Ἐρεχθέως γῆν Plan*, Erechtheias *A*, Erichtheas *RV* ‖ titonidos ***M***, tritonid(a *ex* o)s ***F***, tritonidas ***l*** ‖ ad aras *s* 549 *om* ***N***, *i l n* 550 meis dux inclite ***N*** ‖ incl. regnis *h* 551 cecropide ***N e h*** ς *ω*, cicropide ς ‖ committe *i r* F^2 ‖ capacibus ς 552*sq* obstructaque *vel* obstrataque *Hs* ‖ murmure magno Uoluere saxa solent *p* 553 Impete saxa *cSprot* ‖ solet ***O*** ς ‖ contr/// (e mina *sscr m 2*, contraria *fuit*) ***M***, con(termina *i r m 2*) ***N*** 554 rapi ς 557 iuuenalia flumine (*cf III 55 et Pr SG 1887, 28*) *scripsi*, iuuenalia culmine ***O h l***, iuuenilia culm. ***F g*** ς *RV*, iuuenilia flumine *Riese*^{1}, iuuenilia uertice ***e p*** ς, iuuenilia uortice ς *A Hs vulgo olim* ‖ Culmine turbineo iuuenilia corp. *s* ‖ turbinea iuuenum vertigine *Korn*, turbineo iuvenalia gurgite *Zingerle*

tutior est requies, solito dum flumina currant
limite, dum tenues capiat suus alveus undas'.
Adnuit Aegides, 'utor' que 'Acheloe, domoque
consilioque tuo' respondit; et usus utroque est.
pumice multicavo nec levibus atria tophis
structa subit; molli tellus erat umida musco,
summa lacunabant alterno murice conchae.
iamque duas lucis partes Hyperione menso
discubuere toris Theseus comitesque laborum:
hac Ixionides, illa Troezenius heros
parte Lelex, raris iam sparsus tempora canis,
quosque alios parili fuerat dignatus honore
amnis Acarnanum, laetissimus hospite tanto.
protinus adpositas nudae vestigia nymphae
instruxere epulis mensas dapibusque remotis
in gemma posuere merum. tum maximus heros,
aequora prospiciens oculis subiecta, 'quis' inquit
'ille locus?' (digitoque ostendit) 'et insula nomen
quod gerit illa, doce, quamquam non una videtur!'
Amnis ad haec 'non est' inquit 'quod cernitis, unum:
quinque iacent terrae; spatium discrimina fallit.

---

567 *sq Conr de Mure p 193* (*ed Bas*): 'Hac Ixionides—parvis tam sp. t. canis'.

---

558 Tucior ///es requie solito *F* ‖ currunt *F l* 559 capiat ς *Hs vulgo*, capiet *e*, capt(e *ex corr*)t *h*, captet *ω*, captat *A* 560 utorque *A*, utarque ς *Plan ω vulgo* 562 tofis *F h l*, tectis *N* 563 Tecta subit ς, texta subit *Gronovius* 564 lacunabant *N* e^2 *s* ς (*sscr cSprot*) *A vulgo*, lacu(s *ex corr m 2*)nabant *M*, lacis nabant (*corr*) *h*, lacusnabant *cett RV* 565 hiperion emenso (*corr*) *M*, (hy *a m 2*)perione *l*, iparione *h* 566 toti *N* 567 illac ς ‖ Troezenius ς *ω vulgo*, *Τροιζήνιος Plan*, trocenius *h*, trozenius *A* 568 paruis (*item h* ς) sparsus iam temp. *F*, raris sparsus sua temp. *s*, paucis iam (uel pariis *sscr*, *cum gl* id est albis) temp. *cSprotii* ‖ pariis *e*, paucis *vel* albis *vel* niueis ς ‖ timpora *N l* 569 quosque alii *O* 570 acarna(nium *i r*) *N*, acarnonum *i r* h^2 571 appositis ς 572 epul(i *ex* a *m 2*)s mensis (i *virgula del m 2*, a *sscr eadem*) *M*, epulas mensis ς *R* 573 Ingenuum pos. *cCantabr* ‖ gemmam *e* ς, gemmas ς ‖ gemmā^{2} pos. meum^{r} *h* ‖ hinc maximus *s*, cum max. ς *Bentley* 574 aequor(a *ex* e) prospici(ens *ex* es *m 2*) *M* 575 *distinxit Ehwald*, ostendit, et 'insula *vulgo* 576 gerat *e* ς *R vulgo olim* ‖ gerit illa? doce! *distinx Quaest Ov cr Münster 79 p 10 Algermissen* 577 cernitis *M p* ς *cSprotii Riese*, cernimus (*sed cf 589 IX 250*) *cett RV vulgo* 578 spatii d. fallunt *e* ς, spatium d. tollit *Burm*

quoque minus spretae factum mirere Dianae,
naides hae fuerant. quae cum bis quinque iuvencos
mactassent rurisque deos ad sacra vocassent,
inmemores nostri festas duxere choreas.
intumui, quantusque, feror cum plurimus umquam,
tantus eram pariterque animis inmanis et undis
a silvis silvas et ab arvis arva revelli
cumque loco nymphas memores tum denique nostri
in freta provolvi. fluctus nosterque marisque
continuam diduxit humum pariterque revellit
in totidem, mediis quot cernis Echinadas undis
ut tamen ipse vides, procul, en procul una recessit
insula, grata mihi (Perimelen navita dicit):
huic ego virgineum dilectae nomen ademi;
quod pater Hippodamas aegre tulit inque profundum
propulit e scopulo perituraе corpora natae.
excepi nantemque ferens „o proxima mundi

---

589 *Lact Plac Comm in Stat Theb II 728*: in Acheloo enim, Aetoliae fluuio, tres insulas his nominibus natura constituit: Artemita, Agalia, Megale — Ouidii quoque celebratas carminibus (*sed cf Metam VIII 578* quinque iacent terrae, *ib 591* Perimelen navita dicit).

---

580 Nay(i)ades *e h ς RV* ‖ hec̣ f. *l p* 583 plurimis (*corr n*) *N h* ‖ un/quam *M*, unquam *l* 584 que *om h* ‖ animus i. et undas *cMedic*, animos i. et undas *post Hs Bothe* 585 reuelli *F l ς R*, l' reuulxi *i mg* l^3, reu(ulsi *i r m n*) *O*, reuulsi *e h p ς VA Riese vulgo, sed cf Hermes XXXIX 54* 586 tunc *e ς cSprotii* 587 In mare *cSprotii* ‖ deuolui *cMenardi* ‖ fluctus/ (que *eras videtur*) *M* 588 diduxit *F h l m ς RA vulgo*, deduxit (*cf XV 267*) *O e g ς V* ‖ pariterque reuellit *scripsi post Jahnium cum optimis libris . hoc enim dicit poeta: Fluctus continuam humum diduxit et pariter* (*i e 'und so zugleich'*; *item coniungendum esse 584sq* pariterque reuelli, *quod poeta consulto repetit, vides*) *revellit* (*i e revellendo divisit in*) *in totidem Echinadas quot cernis mediis undis . vulgata lectio interpolata videtur* ‖ pariterque reuellit *A ω*, pariterque reuulsit ς, partesque resoluit ς *Hs vulgo* ‖ *τὴν συνεχῆ διέτησε γῆν καὶ ἐπ' ἴσης διέπασεν εἰς τόσας Ἐχινάδας Plan* 589 medii(s *add m 2*) quot (*i r m 2*) is c. ethinadas unda *N* ‖ ethina/das (i *eras*) *M*, echina(das *i r m 2*) *F* 590 (U *i r*)t tamen *M*, At tamen *l* 591 perimelē *F*, perymelem *e*, perimenem *l*, Perimeden (*cf Apollod I 7, 3*) *malim* ‖ dixit (*corr F*) *F ς* 592 e/go *M* 593 Quam pater *V* 594 Protulit *N ccDresd Sprotii et Bersmanni* ‖ ex sopulo *p* ‖ peritura *h*, pariturae *ccLeidens Rhenov Twisden Hs vulgo olim* 595 proxima mundi (terrę *adscr m*) *O F l ς R*, pr. terrae *e h p ς Jahn*, prox. coelo (*cf IV 533*) *ccMariang Accursii et Medic Hs vulgo olim*, prox. mundo ς

regna vagae“ dixi „sortite, tridentifer, undae, 596
[in quo desinimus, quo sacri currimus amnes 597
huc ades atque audi placidus, Neptune, precantem. 598
huic ego, quam porto, nocui. si mitis et aequus, 599
si pater Hippodamas, aut si minus inpius esset, 600
debuit illius misereri, ignoscere nobis.] 600ª
adfer opem mersaeque, precor, feritate paterna 601
da, Neptune, locum; vel sit locus ipsa, licebit“. 602

---

596 uag(e *ex* i *m 2*)—tridenti fer/ndae (e *eras*) ***M*** **597/610** *ea quae dedi in textu litteris rectis suppeditantur ab optimis libris, quae litteris cursivis et uncinis inclusa excudenda curavi desunt in illis, exstant in deterioribus. Ovidiana haec non esse (fort tamen, ut nunc videtur, ante medium aevum conficta sunt) exposui Hermes XXXX 215sq* **597/600ª** *om* ***O*** *(item* ***F****, v infra)* ***l****, habent* ***F***² ***h e g*** *(i mg* ***n*** *cLeid Voss 51, in* ***n*** *a m 3, hic a m 2)* ***ς*** *Plan* ***ω****, del (cf praef ed p XI) Merkel* **601/602** *om* ***N*** **603/608** *om* ***O F l*** *cDresd, habent* ***F***² ***h e g*** *(i mg* ***n*** *cLeid Voss, illic a m 3, hic a m 2)* ***ς*** *Plan* ***ω****; aut versus 605/08 aut 609/10 deleri iusserat Hs* ‖ *notandum est in* ***F*** *erasam esse post 596 fere dimidiam partem alterius columnae folii 29 r.; sunt autem, si metiris spatia, erasi versus qui sunt in* ***O l*** *inter 596 et 634, versus dico 601* (adfer *sq*)—*633* (consenuere *sq*). *in ras scripti sunt a manu multo recentiore (fort saec XIII exeunte =* ***F***²*), quae tamen antiquior est quam partes recentiores et Metamorphoseon (f) et Tristium in eodem codice supplctae, versus illi undequadraginta (597/633), quales sunt in* ***h e n ς ω****, ita tamen ut postremi decem (624* Haut procul—*633* Consenuere) *non iam in ras, sed i mg inferiore paginae scripti sint. fol 29 v incipit iusto loco a v 634* (Effecere leuem *sq*) ‖ *versus illos, quos om* ***O F l****, a Merkelio damnatos deff Vind p 84 Bothe, Animadvers p 41 Gnesotto, Neue Kritik d Klass Röm Dichter p 39 Sprengel, Festschr f Vahlen p 349sq Helm, Nikander u Ovid I 80sq Vollgraff . sed cf quae dixi l c* **597 601 602 598** ***e*** **597** In quem decidimus *cMoreti*, In quo dificimus *Mscr Diez BSant 22*, in quem deferimur *Hs* ‖ quot sacri *post Burm Bentley* **598** *del Hs* ‖ placitus *R* ‖ neptūne ***F***² ‖ uocantem *ccGronovii et Junian Bothe*, rogantem *cFrancof* **599** sis mitis ***F***² ***e s ς*** **600** *cf VI 482* ‖ ypodamas ***F***² ***n*** ‖ minus ***e*** **600ª** misereri et parcere nobis ***n*** *ccArgent et Barberin*, misereri et ign. n. ***ς*** ‖ *post 600ª inter lin litteris minutioribus* Cui quondam tellus clausa est feritate paterna ***F***² ***ω*** ‖ sis mitis et aequus, cui quondam—paterna Da Nept. locum *sq vv 600/600ª deletis p 8 Suchier* **601/602** Cui quondam t. cl. est f. paterna Da neptune—licebit (*versu 601* adfer opem—paterna *omisso, item p 11 Braune*) ***e***, Cui quondam t. cl. est fer. paterna Affer opem mersaeque pr. f. paterna ***h s*** *Mscr Diez BSant 12*, Cui quondam t. cl. fer. paterna Hanc quoque complector (603) *sq versibus 601/602* (Adfer—licebit) *omissis* ***n***, *πάρεχε ταύτῃ βοήθειαν, ἣ πᾶσα γῆ ἀποκέκλεισται τῇ τοῦ πατρὸς θηριωδίᾳ (καὶ τῇ καταποντισθείσῃ, δέομαι, τῇ τοῦ πατρὸς θηριωδίᾳ, sed om haec cod Par 2848) δὸς, ὦ Πόσειδον, τόπον Plan*, Cui quoniam [*sic e coni*] t. cl. est f. paterna, adfer opem mersaeque (precor) pietate [*sic cBersm*] paterna Da, Neptune, locum *sq Bothe, item* (*servato tamen* quondam) *Bach* **602** *i mg cSprotii* ‖ neptūne ***F***² *R*

[hunc quoque conplectar. movit caput aequoreus rex
concussitque suis omnes adsensibus undas.
extimuit nymphe, nabat tamen. ipse natantis
pectora tangebam trepido salientia motu.
dumque ea contrecto, totum durescere sensi
corpus et inducta condi praecordia terra.]
dum loquor, amplexa est artus nova terra natantis,
et gravis increvit mutatis insula membris.'

Philemon et Baucis.

Amnis ab his tacuit. Factum mirabile cunctos
moverat: inridet credentes, utque deorum
spretor erat mentisque ferox, Ixione natus
'ficta refers nimiumque putas, Acheloe, potentes
esse deos' dixit, 'si dant adimuntque figuras'.

Obstipuere omnes nec talia dicta probarunt,
ante omnesque Lelex animo maturus et aevo
sic ait: 'inmensa est finemque potentia caeli
non habet, et quidquid superi voluere, peractum est,
quoque minus dubites, tiliae contermina quercus
collibus est Phrygiis, medio circumdata muro.
ipse locum vidi; nam me Pelopeia Pittheus
misit in arva, suo quondam regnata parenti.

---

603 Hunc quoque *e h ς*, Hanc quoque F^2 *n ς Hs*, Hunc ego *cDresd*, tunc quoque *coni Hs*, sic qu. *coni Burm* ‖ ecoreus F^2 605 nympha *n* ‖ tamen ipsa (ipse *R*) tenebam *h R*, tamen ipsa tenebat *g* 606 tangebat *g*, ł tre² ł salientia mulcebam *ccAmbr et Medic* ‖ tepido *e* ‖ saltantia F^2, silentia *cSprotii* 607 contracto *e*, complector *ς* ‖ tactum dur. *cSixianus Bothe* ‖ direscere (*corr*) *h*, concrescere *cMedic R* 608 inducta—terra *n ς vulgo*, inductis—terris F^2 *h p e ς cSprotii Bothe*, inductis—petris *coni Bothe* 609 natantis *N ccBersmanni et Zwicc*, natantes *n cett vulgo* 609/610 *damnat post Heinsium, qui aut hos duos aut quattuor priores (605/608) delendos censuerat, Schraderus* 611 ab his (ł ad hec *sscr m 2*) *e* ‖ fatum *Hs* 613 mentis(que *add m 3*) *h* 615 qui dent adimantque *in Bibl Diez 1075 Hs* 616 Obstupuere *X VA vulgo olim*, Obstrepuere *cMedic R* 617 omnes (que *om*, *sscr* e^2) *e h* ‖ animi—aevi *Hs* 618 Dis, ait, inm. *Hs*, Vis, ait, inm. *Burm* 620 Quo/que (d eras) *N* ‖ dubites de me *R* ‖ tilię *i r m n*, //(tili *i r*)e *l*, tilyę (ł tingę *i mg m 2*) *e*, *om vocem Plan* 621 phigiis *l* ‖ medio *recepi ex O h l g ς Plan*, modico *e* F^2 *ς R vulgo* ‖ *siquidem* modicus *vel* mediocris (*cf VI 343*) *idem est atque* medius (*cf VII 779 Hor c III 3, 46, quo loco non bene coniecerunt* modicus), *apparet hoc esse genuinum, illud glossam* 622 m(e *i r m 2*) pelopei(a *i r m 2*)/ *N* ‖ pitheus *M l*, phiteus *h* F^2 *ς* ‖ Pelopia pytheus *R* 623 parente *h* F^2

haud procul hinc stagnum est, tellus habitabilis olim,
nunc celebres mergis fulicisque palustribus undae.
Iuppiter huc specie mortali cumque parente
venit Atlantiades positis caducifer alis.
mille domos adiere locum requiemque petentes,
mille domos clausere serae. tamen una recepit,
parva quidem, stipulis et canna tecta palustri,
sed pia Baucis anus parilique aetate Philemon
illa sunt annis iuncti iuvenalibus, illa
consenuere casa paupertatemque fatendo
effecere levem nec iniqua mente ferendo.
nec refert, dominos illic famulosne requiras:
tota domus duo sunt, idem parentque iubentque.
Ergo ubi caelicolae parvos tetigere penates
submissoque humiles intrarunt vertice postes,
membra senex posito iussit relevare sedili,
quo superiniecit textum rude sedula Baucis
inque foco tepidum cinerem dimovit et ignes

---

630 *Scholia in Lucan V 517 Us*: cum omnes harundinem dicant, hic 'cannam' dixit secutus Varronem sicut et Ouidium.

---

624 Aut (*corr m 2*) procul huic(inc *i mg m 2*) *M* ‖ est *om* ς, *del Hs* 626 mortali *e*, mortalis ς 627 athalantiades F^2, athlanciades *l* ‖ positisque ς 628 *om N, i l n* 628*sq* Mille locos adiere *g* ‖ domus *e* F^2 *h* ‖ tandem una *Bothe* 630 stipulisque et *Capoferreus* ‖ texta *post Priceum Hs* 631 philemon *N h l Plan A*, pilemon *M cGoth*, pylemon (*semper*, h *fere add* e^2) *e* F^2 *R* 632/687 *exstant in* τ 632 illa sunt *M*, Ambo sunt *e* ‖ iuuenalibus *M h Riese*, iuuen(i *i r*)libus *N*, puerilibus ς, iuuenilibus *cett vulgo olim* 633 fauendo *N*, fatendo τ, ferendo *h l* ς ω 634 ferendo (am *sscr et* ferendo *i mg iteravit m*) *M cSenat R Bothe*, ferenda *N*, ferendam *cett VA vulgo olim* 635 famulosne *M*, famulos(ne *ex corr m 2*) *h*, famulosue ς *Korn* 636 iu(b *ex* u)entque *M* 637 paruos *N l h* ς *VA vulgo*, paucos *M e* ς *R*, parcos ς *ed Trist p LXXVI Owen et ZÖG 1881 Rappold*, '*lege* paulos . *Varro* pauper *a* paulo lare' *in Bibl Diez 1075 Hs*, placitos *Merkel*² ‖ tenuere (t tetigere *sscr* e^2) *e cBersmanni*, subiere *cGronovii* 638 Summissoque *O*, Summisso/que (s *eras*) *F* ‖ uertice portas *cMenardi* 639 cubili ς 640 Quod superini. *e* ς ω, quoi sup. *Burm*, cui sup. *Adv cr I 68 Madvig* 641 Inque *recepi* (*cf NJhbb 1893, 613*) *ex M F h l* ς *R*, In(de *i r m 2*) *N*, Eque *in Bibl Diez 1075 Hs*, Inde *e* ς *VA vulgo* ‖ foc(o *i r m 2*) *N* ‖ demouit *cVoss*

suscitat hesternos foliisque et cortice sicco
nutrit et ad flammas anima producit anili
multifidasque faces ramaliaque arida tecto
detulit et minuit parvoque admovit aeno
quodque suus coniunx riguo conlegerat horto,
truncat holus foliis; furca levat illa bicorni
sordida terga suis nigro pendentia tigno
servatoque diu resecat de tergore partem
exiguam sectamque domat ferventibus undis.
Interea medias fallunt sermonibus horas
[sentirique moram prohibent. erat alveus illic
fagineus, dura clavo suspensus ab ansa.
is tepidis inpletur aquis artusque fovendos
accipit. in medio torus est de mollibus ulvis,
inpositus lecto sponda pedibusque salignis.]
concutiuntque torum de molli fluminis ulva
inpositum lecto sponda pedibusque salignis.

---

642 foliis et *l* ς ‖ uimine sicco *cBonon* 643 flammae (*corr*) ***F*** ‖ perducit *τ* ***M e l*** ς, perduxit ***h*** *R*, produxit ς ‖ flammas flatu perducit *cSprotii* 645 a(d *ex* m *m 2*)mouit ***N*** 647 olus ***N*** ‖ illa ς *R et, ut videtur* (*cf quae dixi NJhbb 1894, 201*) ***O***, ill(e *ex* a *m 2*) ***M***, ill(e *i r m 2*) ***N***, ille *cett vulgo* 648/650 *om τ* 648 Horrida *cPal*, Torrida *Gebhardus* 649 summo pend. *s* 650 eximiam *Bothe* ‖ donat ***h*** 651 mediis fallunt serm. *Burm* 651*sq quinque illi versus, quos post 651 uncinis inclusos litteris cursivis excudendos curavi exstant in* ***X*** *Plan ω, i mg adscripti sunt quattuor priores* (sentirique—ulnis) *ab* ***m n***, *desunt omnes in* ***O***, *del Merkel, deff Animadv p 45 Gnesotto et* (*Festschr f Vahlen p 354 sq*) *Helm. satis inepte eos* (*saec V vel VI, ut nunc videtur*), *ne balnei mentio deesset, conglutinatos esse demonstravi Hermes XXXX 221 sq. frustra obloquitur* (*Nikander u. Ovid p 84 sq*) *Vollgraff* 652 *sic* ***m n h e*** ς *ω*, Sentirique moras *Mscr Diez BSant 10*, Et sentire moram (mora *τ*) *τ* ***F l g*** ς, Et sentire famem ς ‖ fuit alueus ***s*** ‖ auens (l *sscr*) ***m*** 653 curua clauo *var lect in cBarberin Hs vulgo olim*, dura in clauo ***n*** ‖ clau(o *ex* a) ***F*** 654 trepidis *τ* ‖ fouendus *τ l* 655ª *sq inter 655ª et 656ª habent hunc versum* (*cf 655*) Constituuntque (Consteruuntque *vel* Conficiuntque *alii*) thorum de molli fluminis ulua (herba h^3) ***s*** *cSprotii* (*i mg* h^3) ς, Concutiuntque thorum—ulua ***e*** *cBerol 270. 4 Mscr Diez BSant 12* 655ª Accipit. inde torum sternunt de mollibus ulvis Impositum lecto *Hs* ‖ Acc. in medioque thorus de *Mscr Diez BSant 22* 656ª Impositus ***F l*** ς *Hs vulgo olim*, Impositis ***e h*** ς *Mscr Diez BSant 9 11 12 RV Jahn*, Imposito ς ‖ Impositus tecto (in medio tecto *sc*) *Regius A* ‖ sponda *bis h* 655 *exstat* (*cf ad 655ª*) *in* ***O***, *virgula del* ***m*** ‖ Conficiuntque ***N*** 656 Impositum (*item e coni post Heinsium Merkel*) *videtur fuisse in* ***O*** ‖ Impositu$^{s^2}$ ***M***, Imposit(is *i r m 2*) ***N***

vestibus hunc velant, quas non nisi tempore festo
sternere consuerant: sed et haec vilisque vetusque
vestis erat lecto non indignanda saligno.
accubuere dei. mensam succincta tremensque
ponit anus, mensae sed erat pes tertius inpar:
testa parem fecit; quae postquam subdita clivum
sustulit, aequatam mentae tersere virentes.
ponitur hic bicolor sincerae baca Minervae
conditaque in liquida corna autumnalia faece
intibaque et radix et lactis massa coacti
ovaque non acri leviter versata favilla,
omnia fictilibus. post haec caelatus eodem
sistitur argento crater fabricataque fago
pocula, qua cava sunt, flaventibus inlita ceris.
parva mora est, epulasque foci misere calentes,
nec longae rursus referuntur vina senectae
dantque locum mensis paulum seducta secundis.
hic nux, hic mixta est rugosis carica palmis
prunaque et in patulis redolentia mala canistris
et de purpureis conlectae vitibus uvae.

---

667 *Martialis XI 52, 9*: (ova) tenui versata favilla.

---

657 quis[a] non *F* 658 consueuerant *N*, consue//rant *e* ‖ et *om M* 659/660 *i l n* 659 lecto sed non indigna *p* ς, lecto tamen haud indigna *cGronov* 660 succincta *l* 662 qua (*corr*) *F* 663 equatum (*corr* *F*²) *F e h* ς, equat(u *ex* a)m *N* ‖ mente extersere uirentes[ł ta²] *e*, mente et tersere uir. *τ F l*, menta tersere (extersere ς *A*) uirenti *cBersmanni* 664 biculor *τ* 665 liquido—melle ς 666 In(tu *ex corr m 2*)baque et *F*, Intubaque et ς *R* ‖ intubaque radixque *Hs* ‖ et massa lactis (*corr m 2*) *N*, lactis et massa *τ F l* 667 leviter durata *Rev d Ph 1895, 43 Tournier* 668*sq* fictibus[ł li²] *e* ‖ argento (argilla s. terra *sscr m 2*) *l* ‖ eadem—argilla *Dan Heinsius vulgo olim*, eodem (*in mensa sc*)—argilla *Baumg-Crusius* 669 argento erat *τ* ‖ er/at(er *i r m 2*, e *ex* i *corr eadem*) *N* 670 qua *e* ς *R vulgo*, qu(a *ex* æ *m 2*) *M*, qu(a *i r m 2*) *N*, q̄ (*i e* quae, ¯*a m 2*) *h*, qu(a)e *cett* ‖ illata *τ* 671 epulisque *τ* ‖ focis *cBersmanni* 672 *post* 673 *transp Hs* ‖ Non longae *h* 673 subducta *cSprotii* ‖ secundis[sis²] *i r h*² 674 rugo *l* 675 pat. redolentia *e n h*³ ς *VA vulgo*, pat. uolentia[u²] (redolentia *i mg m 2*) *M*, pat. (red *add n h*³)olentia *N h*, pat. olent(c)ia *τ F h l R* ‖ pat. halantia *vel* ridentia *vel* halantia *Hs* 676 Et purpuratis (*corr m 2*) *N* ‖ uicibus (*corr m 2*) *l*

candidus in medio favus est; super omnia vultus
accessere boni nec iners pauperque voluntas.
Interea totiens haustum cratera repleri
sponte sua per seque vident succrescere vina:
attoniti novitate pavent manibusque supinis
concipiunt Baucisque preces timidusque Philemon
et veniam dapibus nullisque paratibus orant.
unicus anser erat, minimae custodia villae;
quem dis hospitibus domini mactare parabant.
ille celer penna tardos aetate fatigat
eluditque diu tandemque est visus ad ipsos
confugisse deos. superi vetuere necari
„di“ que „sumus, meritasque luet vicinia poenas
inpia“ dixerunt; „vobis inmunibus huius
esse mali dabitur. modo vestra relinquite tecta
ac nostros comitate gradus et in ardua montis
ite simul!“ parent ambo baculisque levati
[ite simul. parent et dis praecuntibus ambo

---

677 *sq* super omnia—voluntas] *citant Joh Saresb Policr VIII 8 (II p 274) et Vinc Bellov Spec hist VI 117.*

---

677 (u *i r m 2*)ultus ***F*** 678 nec inops ς ‖ uoluptas ***F*** ‖ nec iners aut parca v. *Rev d Ph 1895, 43 Tournier* 679 *sq* hastum ***N*** ‖ exhaustum toties ***e*** ς ‖ quotie(n)s ς *A Hs vulgo olim, quod qui probant a v 681 apodosin incipiunt* ‖ exhaustu quoties ς ‖ quoties haustum (*est sc*), cratera — vina. Attoniti *distinx Bothe*, interea, quotiens haustus, cratera r. *Rev d Ph 1895 Tournier* 680 succresscere ***M***, succressere ***l***, sua crescere ***p*** ς 681 attonit(i *ex* o *m 2*) — pauen(t *ex* s *m 2*) ***M*** ‖ timent ***g*** 682 timidus (que *om*) ***h***, tumidusque ***l*** ‖ pilemon (*corr* ***m***) ***O F*** 683 *om* ***O***, *i mg* ***m***, *i l* ***n*** 685 diis ***M*** 686 pennae *cMed* 687 Illuditque ς 689 Diique ***M h*** ‖ mer. dabit *cAmbr*, mer. luant (*coll II 688*) *in Bibl Diez 1075 Hs* 690 immunibus unis *Hs* 693 *habet solus* ***M*** *cum cSpirensi, recepit Hs* ‖ leuati *cSpir Hs*, leuatis ***M*** ‖ et dii' p̄euntib' ambo. Mēbra leuant baculi' tardiq, senilib' annis *sscr m 2, priori similis et prope aequalis* (*adscripsit eadem versus 683 697ª 698ª*), *ut hic textus exstet in* ***M***:

ot dii' p̄euntibus ambo . Mēbra leuant baculi' tardiq, senilib' annis²
Ite simul . parent ambo . baculiſque leuatiſ

‖ et dis p̄untibus ambo (693ª) *i r n* ‖ Membra—sen . annis (693ᵇ) *i l ab eadem manu n* 693ª *et* 693ᵇ *non habet* ***O***, *habent* ***X m n*** ω, *del Hs, deff eos duplicem recensionem ab ipso poeta profectam sumentes (Festschr f Vahlen p 357) Helm et (Nikander u Ov p 87) Vollgraff, spurios esse (fort e glossa* dis praecuntibus *versui 693 adscripta confictos) exposui Hermes XXXX 228 sq* 693ª sim. parentque deis pr. ambo *cSprotii*

membra levant baculis tardique senilibus annis] 693[b]
nituntur longo vestigia ponere clivo.
Tantum aberant summo, quantum semel ire sagitta 695
missa potest: flexere oculos et mersa palude
cetera prospiciunt, tantum sua tecta manere.
dumque ea mirantur, dum deflent fata suorum,
[mersa vident quaeruntque suae pia culmina villae: 697[a]
sola loco stabant. dum deflent fata suorum] 698[a]
illa vetus dominis etiam casa parva duobus
vertitur in templum (furcas subiere columnae, 700
stramina flavescunt), adopertaque marmore tellus

693[b] tardisque *l* 694 nit(summo *i r m 3*) *h* 696 Visa potest *R* ‖ oc. immersa palude *p* 698 facta (*expunx m 2*) *M* 698 *sq ea quae in textu litteris rectis, uncinis non inclusa, dedi habent A Plan ω Hs vulgo . quae litteris cursivis et uncinis inclusa (versus dico, 697[a] et 698[a]) scripsi inveniuntur primo, ni fallor, versui 699 i mg ab eadem, quae add 693[a] et 693[b], manu adscripta in M, fluxerunt inde in F et multos ς, ita ut aut quomodocunque in textum varie mutatum inculcarentur aut i mg adscriberentur . mira hinc varietas velut haec:*

696 Missa potest flexere oculos et mersa palude
697 Cetera prospiciunt tantum sua tecta manere
698 Dumque ea mirantur dum deflent fata suorum
697[a] Mersa uident quaeruntque suae pia culmina uillae
698[a] Sola loco stabant [stabat *cBersm*] dum [cum *F*] deflent fata suorum (locorum ς)
699 Illa uetus *sq sic F ς Regius* ‖

versum 698[a], ne offendat ingrata illa repetitio dum deflent fata suorum, *om ς, eundem sic corrigit* Sola loco stabat quae dis fuit hospita magnis *cBerol*, Missa potest. flexere oculos et inhospita tecta Mersa uident quaeruntque ubi sint pia culmina uille *ad v 696 i mg adscr e*[2], Mersa uident quaeruntque sue sua (*sic*) culmina uille *ad v 697 i mg adscr h*[3] ‖ *versus 697[a] et 698[a] def (Festschr f Vahlen p 659 sq, cf Nik u Ov I 88 Vollgraff) Helm, et is ut (omissis sine ullius, quod sciam, codicis fide versibus 697/98) scriberet haec:*

696 flexere oculos et mersa palude,
697[a] mersa vident, quaeruntque suae pia culmina villae:
698[a] sola loco stabant . dum deflent fata suorum,
699 illa vetus *sq* ‖

mihi versus 697[a] et 698[a] conflati videntur ex aliquot glossis marginalibus et loco I 295 mersae culmina villae *adscripto . cf quae dixi Hermes XXXX 229 sq* 696/697[a] mersa, palude versa (*coll X 157*) *JZichen* ‖ cuncta vident *Vollgraff* 698 deflent quoque *p* 699 et iam ς *VA* ‖ parva casa *h*, casa plena *Burm* 701 fulvescunt (*sed cf IX 36 et Vind p 87 Bothe*) *post Capoferreum Ehwald* ‖ flav. ad. marm. tellus *O h ς* (*cf I 343 sq*) *Hs* ‖ *parenth posui* ‖ aurata(que *add R*) marm. tellus *F R*, ornataque m. t. *l* ‖ flav. aurataque tecta videntur *e ς Plan VA Jahn vulgo*

caelataeque fores aurataque tecta videntur.
talia tum placido Saturnius edidit ore:
„dicite, iuste senex et femina coniuge iusto
digna, quid optetis!“ cum Baucide pauca locutus
iudicium superis aperit commune Philemon:
„esse sacerdotes delubraque vestra tueri
poscimus, et quoniam concordes egimus annos,
auferat hora duos eadem, ne coniugis umquam
busta meae videam neu sim tumulandus ab illa!“
Vota fides sequitur: templi tutela fuere,
donec vita data est; annis aevoque soluti
ante gradus sacros cum starent forte locique
narrarent casus, frondere Philemona Baucis,
Baucida conspexit senior frondere Philemon.
iamque super geminos crescente cacumine vultus
mutua, dum licuit, reddebant dicta „vale“ que
„o coniunx!“ dixere simul, simul abdita texit
ora frutex. ostendit adhuc Thyneius illic
incola de gemino vicinos corpore truncos.
Haec mihi non vani (neque erat cur fallere vellent)
narravere senes; equidem pendentia vidi

---

702 aurataque tecta videntur ***O h*** ς *Hs*, adoperta(que *add* ***l*** *R*) tecta uid. ***F l*** *R*, adopertaque marmore tellus ***e*** ς *Plan VA Jahn vulgo* ‖ *post 702 repetitus est versus 682* (pylemon ***e***) *in* ***e*** (*i* ***l n***) ς *VA* **703** Talia cum ***e g*** ς *ω Hs*, T. dum ***N*** ‖ placito (*corr m 2*) ***F*** **704** coni. digno ς **705** Dicite digna quid opt. ***M***, Digna do qui petitis ***N*** ‖ quid optatis ***h***, quod optetis ***l*** **706** Indicium ***h*** ς, Consilium ς ‖ pilemon ***O*** **709** hora duos sedes ***N*** ‖ nec ***O*** ‖ un/quam ***M*** **710** nec sim tumulatus ***e*** ς *cSprotii* ‖ tumulandus ***N*** **712** annis senioque *Hs* ‖ s(o *ex* a *m 2*)luti ***N*** **713** gradu(s *a m 2*) ***l*** ‖ dum starent ς **714** Narrarent casus ***M h e*** ς *ω Hs*, Inciperent casus ***N*** ς *Burm*, loquique inciperent c. *inde Kraffert*, Narrassent casus ***F l n*** ς, navarent curas *Merkel*² ‖ pilemon (*corr m*) ***O*** **715** pilemon (*corr m*) ***O*** **716** gelidos *cJunianus Burm* **717** dum poterant ***s*** **718** dixere simul tunc abdita ***N*** ‖ simul *alterum om* ***h*** ‖ addita ***l*** **719** Thyneius *Ehwald*, thineius ***O F l p*** ς, tyneyus ***e***, thuneius ***h***, thineus fineius cineius tirinthius *alia* ς, thioneius ***g*** *cSprotii*, Phyneius *R*, Tyaneius ς *A vulgo olim*, Sigeius (*i e Phrygius*) *Bothe*, Dineius *Suchier*, Pelopeius (*coll 622*) *HAKoch*, Thymbreius *vel* Limyreius *Korn*, Cibyreius *Merkel*², Tyrieius *Polle*, Thimneius (*a Thymni fluvio*) *Riese*² **720** accola *Riese* ‖ gemina (ł no *sscr* ***e***²) uicinos arbore (ł corpore *sscr* ***e***²) ***e*** ς *cSprotii Burm* **721** nec erat ***e*** ς ‖ nec erant qui *cMedic*

serta super ramos ponensque recentia dixi
„cura deum di sint, et qui coluere colantur.“
Desierat, cunctosque et res et moverat auctor, 725 *Erysichthon. Fames.*
Thesea praecipue; quem facta audire volentem
mira deum innixus cubito Calydonius amnis
talibus adloquitur: ‘sunt, o fortissime, quorum
forma semel mota est et in hoc renovamine mansit,
sunt, quibus in plures ius est transire figuras, 730
ut tibi, conplexi terram maris incola, Proteu.
nam modo te iuvenem, modo te videre leonem,
nunc violentus aper, nunc, quem tetigisse timerent,
anguis eras, modo te faciebant cornua taurum;
saepe lapis poteras, arbor quoque saepe videri, 735
interdum, faciem liquidarum imitatus aquarum,
flumen eras, interdum undis contrarius ignis.
Nec minus Autolyci coniunx, Erysicthone nata,
iuris habet. pater huius erat, qui numina divum
sperneret et nullos aris adoleret odores. 740
ille etiam Cereale nemus violasse securi
dicitur et lucos ferro temerasse vetustos.
stabat in his ingens annoso robore quercus,
una nemus; vittae mediam memoresque tabellae
sertaque cingebant, voti argumenta potentis. 745
saepe sub hac dryades festas duxere choreas,
saepe etiam manibus nexis ex ordine trunci

ł pendens²
723 ponensque *e* **724** cura deum di(*vel* dii)sint *A ω, recepit hanc lectionem a Lachmanno (ad Lucr p 253) probatam post Heinsium Riese* ‖ dii *M* u² ł sunt²
F ς RV ‖ sınt *M*, si/nt (sunt *fuit*) *N*, sint *e*, sunt *F l ς* ‖ colantur *O h e ς ω Riese*, coluntur *F l ς* ‖ cura deum pii sunt *cRhenov Jahn* ‖ cura pii dis sunt—coluntur *Hs vulgo olim*, cura deum qui sunt, et quos coluere (*dei sc*), colantur *Fuss*, curae dum di sunt—colantur *Polle* **725** Desiera/t *M* ‖ cunctos/ (que *eras*) *N* **727** deum nixus (*corr h*³) *F h l g* ‖ cubito innixus *e*, cubito nixus *cSprot*, nisus (*vel* innisus) cub. *ς* ‖ cal. heros *ς* **729** nota (*corr m*) *O* ‖ et in hoc *i r h*³ ‖ in *om O add n* **730** plur(e *i r m 2*)s *N*, pluris *fort scribendum* ‖ uis est *ς* ‖ transisse *F ccBas et Medic* **731** terras *h* ‖ improbe protheu *M ς*, incola *i mg m* **733** quam *l cSpirens*, qu(e *ex* a *m 2*)m *F* **734** Auguis *F* **738** autolica *l*, anthiloci *s* ‖ erisicthone *h ς*, eresicthone *M F l ς*, erisictone *vel* eresictone *ς*, ere sic thone *N*, eresyctone (*ubique*) *e*, Erysichthone *Plan A vulgo* **741** ceriale *N* **740** odores *recepi ex O*, honores *n X ω vulgo* **742** ferro lucos uiolasse nefando *p* **745** portentis *h*, potentum *Hs*

circuiere modum, mensuraque roboris ulnas
quinque ter inplebat. nec non et cetera tantum
silva sub hac omnis, quantum fuit herba sub omni.
Non tamen idcirco ferrum Triopeius illa
abstinuit famulosque iubet succidere sacrum
robur, et ut iussos cunctari vidit, ab uno
edidit haec rapta sceleratus verba securi:
„non dilecta deae solum, sed et ipsa licebit
sit dea, iam tanget frondente cacumine terram.“
Dixit, et obliquos dum telum librat in ictus,
contremuit gemitumque dedit Deoia quercus:
et pariter frondes, pariter pallescere glandes
coepere ac longi pallorem ducere rami.
cuius ut in trunco fecit manus inpia vulnus,
haud aliter fluxit discusso cortice sanguis,

762*sq* 770*sq* *Servius in Bucol X 62*: qualis fuit illa, quam Erysicthon occidit: qui cum arborem incideret, et vox inde erupit et sanguis, sicut docet Ovidius ‖ *idem in Aen III 34*: nam (ut) Ovidius ait, cum Erysicthon arborem incideret, primo sanguis effluxit, post ululatus secutus est ‖ *Iunii Philargyrii Explan in Bucol X 62*: qualis illa, quae Erysicthonem occidit arborem caedentem, et vox inde erupit et sanguis, ut docet Ovidius.

---

748 Circuiere *M*, Circumiere *h* ς, Circuire e^2 *N*, Circuere ς 749 implerat *cSprot* ‖ per(ter *sscr m 2*) *M* ‖ tant(v̄ *ex* o) *M*, tanto *F h* ς *Hs* 750 sub hac omnis *A* ω, sub hac, silva *Hs vulgo* ‖ quant(v̄ *ex* o) fuit *M*, quant(um *i r m 2*) fuit *N*, quantum iacet *e*, quanto fuit *F h l* ‖ sub illa *h g* ς, sub (illa *i r n* F^2) *N F* ‖ herba sub arbore (*sic*) *l* ‖ quanto iacet herba sub omni ς *Hs* (uiret herba *in Bibl Diez 1075 idem*) *vulgo olim* 752 751 *M* 751 Nec tamen *e s* ς ‖ ferrum *i r n* ‖ Triopeius *cRhenov A vulgo*, dri(y)opeius *A Plan RV* ‖ dr. illa *F h l* ς ω, dr. ab illa *O e s* ς 752 Abstinuit ut eos cunctari uidit ab ore *add cRhenov* ‖ iu(b *ex* u *m 2*)et *N* 753 et$^{ut^2}$ iussos retrahi se uidit *N* ‖ (cunct *i r m 2*)ari *e* ‖ ab ore ς, ad unum *Hs* 754 haec *i l add* h^2 ‖ uerb(a *ex* o) *M* ‖ rapta uiolentus *cSprot* 755 sed ipsa *h* 757 oblicos *l* ‖ telum dum *e* ς ‖ uibrat *cSprot* 758 Deoïa *post Vivianum 'in suis castigationibus' Hs* ‖ deo⏝ida (*virgulam⏝add et* l. diuina *sscr m 2*) *M*, deo(id *i r*)a *N*, deoida *F l g* ς *R*, dodonida *ex* deoida h^2, dodonia *cSprot*, theodoyca *s*, *θεοϊκελος Plan* ‖ de uulnere quercus *l* ς, iam (*vel* mox) decida q. ς, decidua q. *VA* 759 p(alle *i r m 2*)scere *F* 760 Coepere hinc (*corr m 2*) *F* ‖ pall. deducere *h*, sudore madescere ς 761 Huius ut *p* ‖ improba *l* 762 discusso cortice sanguis e^2 ς (*cSprot ex sil*) *VA vulgo*, discussa cortice sanguis *cStrozzanus Hs vulgo olim*, discusso sanguine cortex *A R*, discussus sanguine cortex (*cf IX 57*) *conieci*, *idem suasisse nunc video in Bibl Diez 1075 Heinsium*

quam solet, ante aras ingens ubi victima taurus
concidit, abrupta cruor e cervice profundi.
Obstipuere omnes, aliquisque ex omnibus audet
deterrere nefas saevamque inhibere bipennem.
adspicit hunc „mentis“ que „piae cape praemia!“ dixit
Thessalus inque virum convertit ab arbore ferrum
detruncatque caput repetitaque robora caedit,
redditus et medio sonus est de robore talis:
„nympha sub hoc ego sum Cereri gratissima ligno,
quae tibi factorum poenas instare tuorum
vaticinor moriens, nostri solacia leti.“
Persequitur scelus ille suum, labefactaque tandem
ictibus innumeris adductaque funibus arbor
corruit et multam prostravit pondere silvam.
attonitae dryades damno nemorumque suoque,
omnes germanae, Cererem cum vestibus atris
maerentes adeunt poenamque Erysicthonis orant.
adnuit his capitisque sui pulcherrima motu
concussit gravidis oneratos messibus agros,
moliturque genus poenae miserabile, si non
ille suis esset nulli miserabilis actis,
pestifera lacerare Fame. quae quatenus ipsi

---

764 arupta *l*, abruta *h*, obrupta *ad Lucr V 505 Wakefield* ‖ profusus ς *Hs vulgo olim* 765 Obstipuere *O Riese*, Obstupuere *X ω vulgo olim* ‖ obstupuere animis *Hs* 766 Dum terrere *s* ‖ bipennim *cSprot* ς 768 Thesalus *M* ‖ detorsit' *cCantabr* 769 Dum truncatque *s* 770 Redditus et m. s. est de rob. *M Korn*, Editus (Edidit' et *h*) etme d. s. est de r. *e h* ς *A*, Editus e m. s. est de r. *N F l cSprotii*, Editus e m. s. est cum r. *n g s* ς *R Hs vulgo*, Editus e m. s. est e rob. *cGoth*. Cum sonus auditur medio de r. ς, Edita de m. uox est at r. *pro div lect cGronov*, Redditus en medio s. est de r. *cArgentinus* 771 hoc ego(que *sscr m 2*) sum *M* 772 fatorum *l* 774 Prosequitur ς ‖ ipse suam *e* 775 adductaque (eleuata² nubibus (funibus *i mg m 3*) *M* ‖ abductaque *e* ς 776 multas p. p. siluas *g* ‖ prosternit ς ‖ prostrauit corpore ς ‖ pondere (siluam² multo *N* 777 *sq* nemorisque ς *cSprotii* ‖ suo(que *i r*) *M*, suo(que *i r m 2*) *N* ‖ nemorumque suorum *F l cSenat* ‖ suoque [*sunt sc*]: Omnes [*igitur sc*] *distinx Jahn* ‖ Omnesque *R* ‖ Et nece germanae *ccBarberin et Senat, item e coni Phil NF IV 160 Zielinski* 779 erisicthonis *h* ς, eresicthonis *F*, ere. sicthonis *l*, eresyctonis *e*, eres ictonis *M*, ere sic thonis *N*, Erysichthonis *Plan* ς *RA* 781 Conclusit *F* ‖ Concussit/ (que *eras*) graui(dis *i r m 2*) honeratos me(s *i r*, n *videtur fuisse*)sibus *M* ‖ grauibus *N* 782 pæne *M* 783 /ulli (n *eras*) *N*, nullis ς *R* ‖ a(c *i r m 2*)tis *M* 784 (lacerare *i r m 2*) fame/ *M* ‖ quatenus *F l* ς, quatinus *O h e* ς

non adeunda deae est (neque enim Cereremque Famemque
fata coire sinunt), montani numinis unam
talibus agrestem conpellat oreada dictis:
„Est locus extremis Scythiae glacialis in oris,
triste solum, sterilis, sine fruge, sine arbore tellus;
Frigus iners illic habitant Pallorque Tremorque
et ieiuna Fames. ea se in praecordia condat
sacrilegi scelerata iube! nec copia rerum
vincat eam, superetque meas certamine vires!
neve viae spatium te terreat, accipe currus,
accipe quos frenis alte moderere dracones!“
Et dedit. illa dato subvecta per aera curru
devenit in Scythiam rigidique cacumine montis
(Caucason appellant) serpentum colla levavit
quaesitamque Famem lapidoso vidit in agro
unguibus et raras vellentem dentibus herbas.
hirtus erat crinis, cava lumina, pallor in ore,
labra incana situ, scabrae rubigine fauces,
dura cutis, per quam spectari viscera possent;
ossa sub incurvis exstabant arida lumbis,
ventris erat pro ventre locus, pendere putares
pectus et a spinae tantummodo crate teneri.
auxerat articulos macies genuumque tumebat
orbis, et inmodico prodibant tubere tali.

---

785 est *om* ***F l g*** ς, *del Hs vulgo olim* 786 moturam numinis iram *cMenardi* 787 agrestis (*Ceres sc*) *Bothe* ‖ or(e *ex* i *m 2*)ada ***M***, horrida (*corr m 2*) ***N*** 788 sithię ***h l***, scytice ***F*** 789 sterelis ***M l*** ‖ sine fronde *ccSprotii et Gronovii* 790 habitat ς *R* 792 inba (*corr*) necopia ***F*** ‖ ne/ (c *eras*) ***M*** ‖ ne copia ς 793 que *add* h^2 795 Aspice ***l*** ‖ altos *ccCantabr et Jun*, apte *Vivianus* ‖ moderare ***F*** ς 796 subiecta (v *sscr* ***M***) ***O*** ς ‖ sublimis in aera *cSprotii* 797 sithiam ***h l*** ‖ rigidiue (*corr m*) ***O*** ‖ cacumine ***F h l*** ς, cacumina (*devenit sc, fort recte*) ***O e*** ς ω 799 Quaesiuitque *c Vratisl* 800 et raras ***m*** *cBonon Hs vulgo*, et talis ***F***, et duris ς *R*, et raris (*'quos raro exercet' Jahn*) ***A*** VA^{in^2} 802 Labra huic cana ***M***, Labraque cana (uel Labra hinc cana uel Labra huic *sscr* ***s***) ***s*** ς ‖ sit(u *ex corr m 2*) ***N***, siti ς ‖ rubine (*corr m 2*) ***F*** ‖ scabri r. dentes ς *Jahn*, liuent r. fauces *cGenevens, cf II 776* 803 quam numerari (*cf VI 391*) ***s*** *Bothe* 805/807 pendere — macies (*corr* ***m n***) *om* ***O***, *del Merkel* 805 locus (pendere putares *i r m 2*) ***M***, locus ^{pendere} genumque $^{putares^2}$ tumebat ***N*** 806/807 *i mg* ***m***, *i l* ***n*** ‖ ^{ordine} crate tener(i *ex* e) ^{x}Auserat ***m*** ‖ genuumque rigebat ς *Hs vulgo olim* 808 Orbis non modico ***h*** ‖ tal(i *ex* o *m 2*) ***M***

hanc procul ut vidit (neque enim est accedere iuxta
ausa), refert mandata deae paulumque morata,
quamquam aberat longe, quamquam modo venerat illuc,
visa tamen sensisse famem est retroque dracones
egit in Haemoniam versis sublimis habenis.
Dicta Fames Cereris, quamvis contraria semper
illius est operi, peragit perque aera vecta
ad iussam delata domum est et protinus intrat
sacrilegi thalamos altoque sopore solutum
(noctis enim tempus) geminis amplectitur ulnis
seque viro inspirat faucesque et pectus et ora
adflat et in vacuis peragit ieiunia venis;
functaque mandato fecundum deserit orbem
inque domos inopes, adsueta revertitur arva.
Lenis adhuc somnus placidis Erysicthona pennis
mulcebat: petit ille dapes sub imagine somni
oraque vana movet dentemque in dente fatigat
exercetque cibo delusum guttur inani
proque epulis tenues nequiquam devorat auras.
ut vero est expulsa quies, furit ardor edendi

S10 pa/ulumque (t *eras*) morata (est *add m 2*) ***M*** ‖ morata est *cGoth* S11 longe quam(quam *ex* qui *m 2*)modo ***F*** S12 seuisse famē/ est retro(que *add m 2*) ***M***, sentire (ł sensisse *sscr m 2*) fam. mestosque (ł retro *sscr m 2*) ***N*** ‖ Famem (*maiuscula litt*) *Burm* ‖ est ***M***, est *om cett vulgo* S13 (h *add m 2*)abenis ***M*** S14 quamquam ***p*** S15 uecta ***N h*** ς, uento (ł vecta *sscr m*) ***F M e l*** ς *ω vulgo* S16 *sq* et protinus—thalamos *om* ***O***, *corr* ***m n*** S16 *om* (*i mg m 2*) ***h*** ‖ (iu *i r m 2*)ssam ***N*** ‖ delapsa ***p*** ‖ et prot. intrat *i r* ***m***, *i l n* S17 *om* ***M***, *i mg ante 816* ***m*** ‖ sacrilegi thalamos *i l n* ‖ a(lt *ex corr m 2*)oque ***F*** ‖ solutum *om* ***N***, *add n* S18 Noctis e(um *i r m 2*) tempus ***N***, Noctis erat t. ***h*** ł ulnis^2 ***e g*** ς *Hs vulgo olim*, In noctis tempus ***l*** ‖ ulnis (ł alis *sscr m 2*) ***N***, alis ***e***, alis ***s*** ς *Hs vulgo olim* S19 et pectora *cBerol Bothe* ‖ pectus et alvum *Zielinski*, pectora ventremque (*ut sit hypermeter*) *NJhbb 1895, 56 Dittrich* S20 peragit (*cf IV 413 X 727*) *recepi ex* ***A*** *VA*, spargit ς *Plan R vulgo* ‖ ut in usa^2 v. peragat ***e s*** ς S21/S22 *del Merkel*^{2} S21 Functaque ***M*** S22 inop(e *ex* i)s ***M*** ‖ inopes sueta ***h*** ‖ assueta(que *sscr m 2*) reuertitur ***M***, assuetaque uertitur ς ‖ r. arua (*cf 789 799*) ***F h l m g*** ς *A*, r. antra (*ex XIII 777*) ***O e*** ς *cSprotii RV Merkel vulgo* ‖ *ἀγροὺς τοὺς συνήθεις Plan* S23 erisicthona ***h*** ς, eresicthona ***N l***, ereċsicthon/a ***M***, eresithona *F*, eresyctona ***e***, Erisitona *V*, Erysichthona ς *Plan RA* S25 dente refringit *cBerol* S26 Exercet(que *add m 2*)—delu/sum (*sed* s *i r m 2*) ***N***, desuetum (ł delusum *sscr* ***m***) ***M*** *cBonon R, fort recte* S27 nequicquam ***F h l*** ς

perque avidas fauces incensaque viscera regnat.
nec mora, quod pontus, quod terra, quod educat aer,
poscit et adpositis queritur ieiunia mensis
inque epulis epulas quaerit, quodque urbibus esse
quodque satis poterat populo, non sufficit uni,
plusque cupit, quo plura suam demittit in alvum.
utque fretum recipit de tota flumina terra
nec satiatur aquis peregrinosque ebibit amnes,
utque rapax ignis non umquam alimenta recusat
innumerasque faces cremat et, quo copia maior
est data, plura petit turbaque voracior ipsa est:
sic epulas omnes Erysicthonis ora profani
accipiunt poscuntque simul; cibus omnis in ipso
causa cibi est, semperque locus fit inanis edendo.
    Iamque fame patrias altique voragine ventris
attenuarat opes, sed inattenuata manebat
tum quoque dira fames, inplacataeque vigebat
flamma gulae. tandem, demisso in viscera censu,
filia restabat, non illo digna parente.

---

829 ar(i *i r*)d(a *i r m 2*)s ***M***, auidas *sscr* ***m*** ‖ incensaque *post Heinsium Ehwald*, inmensaque ***A*** *ω*, immensaque *vel* emersaque ς ‖ inmensaque viscere (*sed cf Pr Gotha 1889, 3 Ehwald*) *Merkel* ‖ guttura regnat *cSprotii* **830** ether ***h*** **833** (sa *i r m 2*)tis populo (poterat *hic i l m 2*) ***F*** ‖ populis *cSenat Plan* ‖ populo pot. ς *Hs vulgo olim* ‖ uni (uel illi *sscr*) ***s*** **834** Plusque petit *cSprotii*, Pl. capit ς *Hs* ‖ quod plura ***e*** *cSenat* ‖ dimittit ***N F l***, dimersit *cSenat R* **835/836** *del Zielinski* **835** terra cōR (*sic*) ***F*** **836** peregrinos(que *om*) ***F***, peregrinos/ (que *cras*) ***N*** **837** utve *Bothe* **838** *sic* (faces *i r* ***N***) ***N e*** ς *ω Jahn*, trabes ς *Hs vulgo olim* ‖ (t *ex* c *m 2*)r(abe *i r m 2*, cremās *fuit*, cremas *i mg m 2*)s cremat ***M***, Innumerasque cremans (c *ex* t ***F***) cremat ***F h g p*** ‖ Inn. trabes cremans quo ς, Innumerisqne cremans cremaret quo ***l***, *ἀλλ' ἄπειρα φρύγανα πίμπρησι, καὶ δσῳ μείζων' Plan* **839** pl. capit *vel* cupit ς **840** erisict(h)onis ς, eresicthonis ***O l*** ς, eresithonis ***F*** ς, eresyctonis ***e***, eresictonis ***h***, erisithonis *V*, Erisichthonis *A*, Erysichthonis *Plan R vulgo* ‖ prohani ***h*** **841** *sq* Accipiunt (quicumque *virg del*, ł poscunt *sscr* ***m***) ***M*** ‖ in ipso ***M*** *R*, in illo *cett vulgo* ‖ in illo est causa cibi semperque *cSprot* **843** fame/ ***M*** ‖ altique ***N X*** *ω vulgo olim*, altaque (ti *sscr* ***m***) ***M*** ς *Merkel* ‖ uor. uestras (ł uentris *sscr m 2*) ***M*** **844** Attenu(a *i r m 2*)rat ***M*** ‖ maneba/ (t *cras?*) ***N***, manebas ***g*** ς *Hs vulgo olim*, furebat *in Bibl Diez 1075 Hs* **845** Tu quoque ***N*** ς, Tunc q. ***s*** *cSprot* ‖ vigebas *Burm* **846** *sic* ς *VA vulgo*, et tandem *A R Korn* ‖ in guttura *cSprot* ‖ demerso in *in Bibl Diez 1075 Hs*

hanc quoque vendit inops: dominum generosa recusat
et vicina suas tendens super aequora palmas
„eripe me domino, qui raptae praemia nobis
virginitatis habes“ ait: haec Neptunus habebat;
qui prece non spreta, quamvis modo visa sequenti
esset ero, formamque novat vultumque virilem
induit et cultus piscem capientibus aptos.
hanc dominus spectans „o qui pendentia parvo
aera cibo celas, moderator harundinis“, inquit
„sic mare conpositum, sic sit tibi piscis in unda
credulus et nullus, nisi fixus, sentiat hamos:
quae modo cum vili turbatis veste capillis
litore in hoc steterat (nam stantem in litore vidi),
dic ubi sit; neque enim vestigia longius exstant.“
illa dei munus bene cedere sensit et a se
se quaeri gaudens, his est resecuta rogantem:
„quisquis es, ignoscas; in nullam lumina partem
gurgite ab hoc flexi studioque operatus inhaesi,
quoque minus dubites, sic has deus aequoris artes
adiuvet, ut nemo iamdudum litore in isto,
me tamen excepto, nec femina constitit ulla.“
Credidit et verso dominus pede pressit harenam
elususque abiit: illi sua reddita forma est.
Ast ubi habere suam transformia corpora sensit,

---

848 generosa dominum (*corr*) ***h*** 850 raptae qui ***p*** 851 hæc *i r* (hanc *fort fuit*) ***M n*** ‖ ait et *cSenat*, ait. hic *R*, ait hanc (uel hoc *sscr*) ***s*** 852 speta (*corr*ꝑm *2*) ***F*** ‖ quamuis modo ***m*** *VA vulgo*, quamuis non ***M***, quamuis (ea *i r m 2*) ***h***, quamuis // (ea *i r m 2*) ***N***, qu. ea ***F e l s g*** ς *cSprotii*, qu. iam *Riese* ‖ ea iuṣsa ***F*** 853 Esset hero *i r* ***N*** ‖ formamque nouam (*prob Hs*) ς 854 et cultus ς *DanHeinsius vulgo*, et uultus ***A*** *ω* ‖ piscem (*cf 857*) ***A*** *R*, pisces ***e g p*** ς *VA vulgo post Merkelium* ‖ captantibus ***p*** ς 855 pendendentia (*corr*) ***F*** ‖ parco *Hs*, pravo (*sed cf fast VI 240*) *Waddel* 856 Fila cibo *cCantabr* 858 et nullus *scripsi ex* ***A*** *R*, et nullos ***e*** ς *VA vulgo*, et nullus ***M*** ‖ fixos *R* 860 stantem litore *cBersmanni* ‖ littora uidi ***e*** 861 exstant *i r* F^2 862 sentit ς *Hs vulgo olim* 865 operatus *ccMedic et Thuan Hs vulgo*, oneratus ***N F h e*** ς, honeratus ***M l*** h^2 ς, ἐργαζόμενος *Plan* ‖ oneratus adhaesi ***s***, intentus adhaesi ς *cSprotii* 866 arces ***F*** 868 nec tantum constitit ***g*** 869 pressus arenam *cArgentin* 870 /abiit (h *eras*) ***O*** ‖ abit si(c *ex* t *m 2*) illi ***F*** ‖ illi reddita sua f. ***l*** 871 habere satam *Bothe* ‖ tranformia ***l*** ‖ corpora uidit *cSprotii*, corp. sentit ς *Hs vulgo olim*

saepe pater dominis Triopeida tradit, at illa
nunc equa, nunc ales, modo bos, modo cervus abibat
praebebatque avido non iusta alimenta parenti.
vis tamen illa mali postquam consumpserat omnem
materiam dederatque gravi nova pabula morbo,
ipse suos artus lacero divellere morsu
coepit et infelix minuendo corpus alebat.
Quid moror externis? etiam mihi nempe novandi est
corporis, o iuvenis, numero finita potestas.
nam modo, qui nunc sum, videor, modo flector in anguem,
armenti modo dux vires in cornua sumo, —
cornua, dum potui! nunc pars caret altera telo
frontis, ut ipse vides.' gemitus sunt verba secuti.

---

872 *sq Conr de Mure p 151*: Saepe pater dom. Driopea vendit—cervus abibat'.

877 *sq Seneca exc Controv III 7 Müller*: iste sensus eius est, qui hoc saeculum amatoriis non artibus tantum sed sententiis implevit. Ovidius enim in libris metamorphoseon dicit: 'Ipse suos artus—minuendo corpus alebat'.

---

872 pat(er *add m 2*) ***M*** ‖ domino *cCantabr*, domin(is *i r*) ***M*** ‖ Triopeida *A vulgo* (*idem esse in cMenardi testatur in Bibl Diez 1072 Hs*), Triopaeam *unus Heinsii*, driopeida^{a} ***M***, driopeia^{d2} ***F***, Dryiopeida *R*, dri(y)opeida *cett V*, *Δρυόπειον σῶμα Plan* ‖ uendit at illa ς *Conradus de Mure Hs*, tradidit illa ***N***, tradit^{di2} illa ***h*** 873 habibat ***N*** ‖ cerva redibat *Zielinski* 876 dederantque ***s***, dēērantque *post Burm Bentley* ‖ noba (*corr m 2*) ***N*** ‖ noua pabu^{2} pocula ***M***, mala pab. ς 877 *σπαράττων διασπᾶν Plan*, lacerans divellere *inde Postgate*, *an* laceros div.? ‖ *hic desinit cSprotii* 879 exemplis ς ‖ externos *Gronov* ‖ mihi nempe *Polle*, mihi s(a)epe (*sed cf 881 IX 80*) ***A*** *ω* ‖ nouand(i *i r m 2*) ***M*** ‖ est (*add n*) *om* ***N*** ς, *del Hs vulgo olim* 880 corpori(s o *i r m 2*) ***N*** iuu. ‖ iuuenis (*gl* theseu *i mg, cf 728*) ***M*** *Korn*, iuuenes *cett ω vulgo olim* ‖ numero infinita ***e*** ς 881 qui nunc ***e***, quod$^{ł\ quod2}$ nunc ς *Hs vulgo olim* ‖ uideo(r *add m 2*) ***N*** ‖ uertor in ***s*** 883 dum potui (ł supsi *sscr m*) ***M*** ς *Hs vulgo*, dum sumpsi ***N*** ***X*** *ω*, dum gessi ***g*** *ccMed et Vat* 884 sua uerba *cZulichem Hs* ‖ Incip̄ lib̄ VIIII ***M***, Incipit nonus ***N***, l' IX ***F***, LIBER NONVS ***e***, PLVBII (*sic*) OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON VIII · EXPLICIT LIBER · INCIPIT VIIII ***l***